honestū, nullum honestū turpe. quoddā igit iustū
nō est turpe. Quint⁹ modus est q̄ cōducit ex vñibus
dedicatiuis pticulare dedicatiuū p̄ reflexionē, vt
omne iustū honestū, oē honestū bonū. quoddā igit
tur bonū iustū. Sext⁹ mod⁹ ē q̄ cōducit ex vniuer-
sali dedicatiua & vñ abdicatiua abdicatiuum vñ
p̄ reflexionem vt oē iustū honestū, nullū honestū
turpe, nullū igitur turpe iustū. Septim⁹ modus ē q̄
cōducit ex pticulari et vñ dedicatiuis dedicatiuū
pticulare p̄ reflexionē vt qdā iustū honestū, oē
honestū vtile, quoddā igit vtile iustū. Octau⁹ mo-
d⁹ est, qui conducit ex vñibus abdicatiua & dedicati-
ua, pticulare abdicatiuū p̄ reflexionē, vt nullū tur-
pe honestū oē honestū iustū, quoddā igit turpe
nō ē iustū. Non⁹ mod⁹ ē qui cōducit ex vñ abdicati-
ua & pticulari dedicatiua p̄ reflexionē dedicati-
uū particulare vt nullū turpe honestum, quoddā
honestū iustum, quoddā igit iustum non est turpe.
Formulę scđi modi sunt quattuor. Prim⁹ mod⁹ est
qui cōducit ex vñibus dedicatiua & abdicatiua, ab-
dicatiuum vñ directū, vt oē iustū honestū, nullū
turpe honestū, nullū igit turpe iustū. Scđs mod⁹ ē
q̄ cōducit ex vñibus abdicatiua, abdicatiuū vñ dire-
ctū vt nullū turpe honestū, oē iustum honestū
nullū igit turpe iustum. Terti⁹ mod⁹ ē q̄ cōducit ex
particulari dedicatiua & vñ abdicatiua abdicatiuū
pticulare directū, vt quoddā iustū honestū, nullū

turpe honestū qđ dā igit iustū nō est turpe. Quartus modus est qui cōduxit ex vli dedicatiua et particulari abdicatiua. abdicatiuum particulare directum, vt omē iustū ē turpe. quoddā malū non est turpe quoddā igit malū nō est iustū. Formulę tercię modi sunt sex Primus modus est q cōducit ex dedicatiuis vlibus dedicatiuū particulare tā directi q reflexim vt oē iustū honestum, oē honestū iustum, oē iustū bonū, quoddā igit honestū bonū, quoddā bonū honestum. Secundus modus est qui cōducit ex dedicatiuis particulari et vli dedicatiuū particulare directi, vt quoddā iustū honestū, oē iustū bonū, quoddā igit honestū bonū. Tertius modus est q cōducit ex dedicatiuis vli & particulari, dedicatiuū particulare directi, vt omē iustū honestum, quoddā iustum bonū, quoddā igitur honestum bonum. Quartus modus est qui cōducit ex vli dedicatiua et particulari abdicatiua, abdicatiuum particulare directum, vt oē iustum honestū, nullū iustū malū quoddā igit honestū nō ē malum. Quintus modus est qui cōducit ex dedicatiua particulari et abdicatiua vli, abdicatiuū vniuersale directi, vt quoddā iustū honestū, nullū iustum malum, quoddā igitur iustum non est malū. Sextus modus est qui cōducit ex dedicatiua vli et abdicatiua particulari abdicatiuū particulare directi, vt oē iustū honestū qđ dā iustū nō est malū qđ dā igit honestū nō ē malū. Has formas cathegoricorū syllogismorū q plene nosse dēsiderat librū legat q inscribit perihermenias apalei et subtilius que sunt tractata cognoscit. Difficta enī atq; considerata ad magnas intelligētīę vias lectorē prestante domino vtiliter introducūt. Nūc ad hypotheticos syllogismos ordine sequenti veniamus. Modi syllogismorū hypotheticorū qui fiunt cum aliqua cōclusionē sūt septē. Primus modus est si dies est, lucet, est autē dies, lucet igit. Secundus modus est, si dies est lucet, nō lucet autē, non est igitur dies. Tertius modus est ita, non est dies, et non lucet, et quia dies est, lucet igitur. Quartus modus est ita, aut dies est aut nox, aut quia dies ē, nox igit non est. Quintus modus est ita. aut dies ē aut nox utiq; nox non est dies igit est. Sextus modus est ita non est dies, et non lucet dies aut est, nox igitur nō est. Septimus modus est ita, nō est dies et nox, utiq; nox non est dies igitur est. Modos autē hypotheticorum syllogismorum si quis plenius nosse desiderat librum legat. Marii victorini qui inscribitur de syllogismis hypotheticis. Hic ad dialecticas diffinitionū species accedamus que tanta dignitate precelunt vt possint iudiciorum aperte manifestationes, et quedam indicia dictionum ostendere.

De diuisione diffinitionum ex Marii Victorini libro abbreviata. Cap. xxx.

Diffinitio est philosophorum que in rebus exprimendis explicat qđ res ipsa sit, qualis sit, et quemadmodum membris suis consistere debeat. Est enim oratio breuis, vniuers-

cuiusque naturam rei a communione diuisa propria significatione cōcludens. Diuisio diffinitionum in partes. xv. habetur. Prima species diffinitionis est οὐσιολογικὴ. i. substantialis, que proprie et vere dicitur diffinitio, vt est homo animal rationale, mortale, sensus disciplinęq; capax. Hęc enī diffinitio per species et differentias descendens venit ad proprium et designat plenissime quid sit homo. Secunda species diffinitionis est que gręce εὐνοιοματικὴ dicitur latine notio nūcupatur, quā notitionē cōmuni non proprio nomine possumus dicere. Hęc isto modo sepe efficitur. Homo est quo rationali conceptione exercitio preest animalibus cunctis. Non enī dixit quid sit homo. sed quid agat, quasi quodā signo in notitiam deuocato. Ista enī et reliquis noticia rei profertur, non substantialis explicatio declaratur. et quia illa substantialis est. diffinitionū oīm obtinet principatum. Tercia species diffinitionis est que gręce ποιοτικὴ dicitur, latine qualitativa vocatur quia ex qualitate nomē accepit pro eo q quale sit id quod queritur euidenter ostēdit. Cuius exemplum tale est. Homo est qui ingenio valet, artibus pollet et cognotione rerum, aut quod agere debet eligit, aut aduersione quid iutile sit contēnit. His enim qualitatibus expressus ac diffinitus est homo. Quarta species diffinitionis ē que gręce ὑπογραφικὴ latine a Tullio descriptio nominatur, qua adhibita circuitiōe dictorū factorū q; rem q sit descriptione declarat, Queritur enim quid sit auarus, quid crudelis qđ luxuriosus, et vniuersi luxuriosi, auari et crudelis natura describit, vt si luxuriosum volumus diffinire, dicimus luxuriosus est victus nō necessarij, sed sumptuosi et honoris apparentes, in delicijs affluens, i libidine proptus. Hęc et alia diffiniunt luxuriosum, sed per descriptionē diffiniūt. Que species diffinitionis a ratoribus magis apta est q dialecticis, quia latitudines habet, que simili modo in bonis rebus ponitur et malis. Quinta species diffinitionis est. quam gręce κατὰ ἀντιλεξιν latine aduerbiū dicim⁹. Hęc vocem illam de cuius requeritur alio sermōe designat. vno et singulari, et quodāmodo quid illud sit in vno verbo positū, vno verbo aliud declarat, vt conticescere et tacere. Item cū terminū dicim⁹ finem. aut populatas interpretamur esse vastatas. Sexta species diffinitionis est quam gręci cata dia phoram, nos per differentia dicimus, scriptores vero artiū de eodem & de altero nomināt. vt cū queritur quid sit inter regē et tyrannū, adiecta differentia quid vterq; sic diffinitur id est rex est modestus et tepatus tyrannus vero impius et imitiss. Septima species diffinitionis est quā gręci cata metaphorā. latini per translationem dicunt. vt Cice. in topicis. Littus est quo fluct⁹ elicit. Hoc varie tractari potest, Modo enī vt moueat, modo vt designet, modo vt laudet aut vituperet, Vt moueat, nobilitas virtutis maiorum est apud posteros sarcina, vt

designet apex est arx corporis vt laudet adoleſcētia et flos etatis, vt vituperet, diuitię sunt breuis vite longum viaticū. Octaua species diffinitionis est quā greci cata apheresi vocāt ἀπο τοῦ ἐν ἀντιῶν latini per priuantiam contrarię eius quod diffiniunt dicunt. Bonū est quod malū non est iustū est quod iniustū nō est, & his similia. hoc autem genere diffinitionis vti debemus, cū cōtrariū est notū. vt si bonū est quod prodest cū honestate. id quod tale nō est malū est. Nona species diffinitionis est quā greci cata hypotyposin, latini per quādā imaginatiōnem dicunt, vt æneas est veneris et anchise filius. Hęc semper in indiuiduis versatur quam greci atomā appellāt. Decima species diffinitionis est quā greci κατα ἐκλειψιν ὁλοκληρου ὁμοιογενους latini per indigentiam pleni ex eodē genere dicunt vt si queratur quid sit aīal, respōdeat vt homo, rez enī quesitā per dictū declarauit exēplum. Hoc est autē propriū diffinitionis. quid sit illud quid queritur declarare. Vndecima species diffinitionis est. quā greci cata analogiā, latini iuxta proportionē dicunt, vt si q̄ratur quid sit thesis, respondeaturq; cui vis deest vt sit arsis. Duodecima species diffinitionis est, quā greci cata epenō. id est per laudē, vt tullius pro cluentio, lex est mens et consiliū et animus et sentētia ciuitatis, Et aliter. Pax est trāsq̄ illa libertas Fit et per vituperationē, quā greci plogon vocant vt seruitus est postremū oīm malorum non modo bello s; morte quoq; repellēda. Tercia decima species diffinitionis ē quā greci cato proſti latini ad aliquid vocant vt est illud pater est cui est filius, dñs est cui est seruus. Quartadecima species diffinitionis est grece cato tonoron, latine generalis. vt Cicero in rethoricis, genus est q̄ plures amplectitur partes. Itē pars ē quę subest generi. Quindecima species diffinitionis est quā greci cata etiologyan. latini secundum rei rōnem vocant, vt dies est sol supra terras, nox est sol sub terris. Scire autem debemus predictas species diffinitionum topicis merito esse sociatas, qm̄ inter quędā argumenta sūt positę, et nōnullis locis cōmemorantur in topicis. Nunc autē ad topica veniamus quę sūt argumentorū sedes, fontes sēsū et origines dictionū.

¶ De topicis

Cap. XXXI.

Topica est disciplina inueniēdorū argumentorū. Diuisio topicorū siue locorū ex quibus argumenta ducūt triplex est. Nā alia in eo ipso de quo agitur herent, alia q̄ dicuntur effecta, quodāmodo ex rebus aliis tracta noscūtur, alia q̄ assumūtur extrinsecus, Argumenta q̄ in alio ipso de quo agitur herēt, in trib⁹ diuisa sūt. Priā a toto, secūda a pte. tertia a nota. Argumētū a toto, cū diffinitio adhabēt ad id quod q̄ritur, sicut ait Cicero. Gloria ē laus recte factorū magnorūq; ī republica fama meritorum. A partibus est argumētū, cū his q̄ se deffēdit, aut negat factū, aut factū esse iure defendit. A nota est argumētū, cū et sui nominis ar-

gumētum aliquid dicitur, vt Cicero consulem inquit que rebā, quē in isto maiali inuenire non poteram. Effecta argumenta sunt quę quodāmodo ex rebus aliis tracta noscuntur. Sunt autem numero. xiiii. i. primum a coniugatis argumentū est cū declinatur a nomine et fit verbū, vt Cicero verrē dicit euertisse prouinciā, vel nomen a verbo cū latrocinari dicitur latro. Nomen a nomine. Terētius Nam inceptio est amentium haud amantūz dum modo distet vnus appellatiōis postremitas in alia vocis declinatio ne formata. Secundum argumentum a genere est, cum de eodem genere sententia dicitur, vt virgilius, varium et mutabile semper femina. Tertium a specie argumentum est, cum generali questionī fidē species facit, vt at nō sic phrygi⁹ penetrat laçedemona pastor, A simili argumentum est, quando rebus aliquibus similia proferuntur vt suggere tela mihi. nā nulluz dextera frustratorserit in rutulos, steterint quę in corpore grauium iliadis campis. A differentia argumentum est, quādo per differentiam aliqua separantur, vt Virgilius, non diomedis equos nec curtū certus achillis. Acōtra riis argumentum dicitur, quādo res discrepātes sibimet opponuntur, vt Virgilius, mortali ne manu factę immortale carinę fas habeāt, certusq; incerta pericula lustret enneas! A consequentibus argumentum dicitur, quādo positaz rema liquid ineuitaliter. cōsequitur, vt Virgilius, non ea vis aīo nec tanta superbia victis. Ab antecedentibus argumentum est, qm̄ aliqua ex his quę prius gesta sunt comprobātur, vt Cicero pro milone, cū non dubitauerit aperire quid cogitauerit, vos potestis dubitare quid fecerit dubitare! A repugnantibus argumentum est, quādo illud quod obicitur aliqua contrarietate destruitur, vt Cicero. Is igitur non mō de tali piculo liberatus. sed honore amplissimo ditat⁹ domite iterficere voluisset. A cōiugatis argumentum est cū probabiliter ostēdit qd sit ex re quaq; venturū, vt Virgilius. Nos si pellāt nihil ab fore credunt qui omnem hesperia sua subiūga mittant. A causis argumentū est, qm̄ consuetudine cōmuni res quęq; tractetur, vt Terentius, Ego non nihil veritus suz dudū abs te daue, ne facere quod vulgus seruorū solet dolis vt me deluderet. Ab effectis argumentū est, cū ex his quę facta sūt aliquid approbat. vt Virgili⁹. Degeneres animos timor arguit. A comparatione argumētū est quādo per collationem personarum siue causarū sententię ratio sub imputatione formatur, vt Virgilius. tu potes eneam manibus subducere grauiuz Nos aliquid contra rutulos iuuisse nephanduz est. Ita argumenta que ducuntur extrinsecus q̄ grece ἀρεχουος. i. artis expertes, vocāt, vt est testimonium. Testimoniū vero cōstat re, et diuiditur quiq; modis. id est primo ex persona secūdo ex naturę auctoritate. tertio ex tpibus auctoritatuz. quarto ex dictis factisq; maiorum quinto ex tormentis.

Tertius ergo superior modus qui est ex temporibus in octo species deriuatur. Prima ingenio, secunda opibus, tertia ætate, quarta fortuna, quinta arte, sexta usu, septima necessitate, octaua concursione fortuitorum. Testimonium omnem est, quod ab aliqua externa resumitur ad faciendam fidem, persona non qualiscumque est testimonii pondus habet ad faciendam fidem, sed morum probitate debet esse laudabilis. Naturæ auctoritas est quæ maxima virtute consistit. Testimonia multa sunt, quæ afferunt auctoritatem. i. ingenium, opes, ætas, fortuna, ars, usus, necessitas, et concursio rerum fortuitarum. A dictis factisque maiorum petitis cum prisca dicta factaque memorantur. A tormentis fides præbetur postquam nemo creditur velle mentiri. Ea vero quæ tractantur cum tempore, quia suis nominibus plana sunt, definitione non indigent. Memoriam quoque condendum etiam Topica oratoribus, dialecticis poetis et iurisperitis, communiter quidem argumenta præstare, sed quando aliquid specialiter probant ad rhetores, poetas, iurisperitos pertinet, quoniam vero generaliter disputant ad philosophos attinere manifestum est. Mirabile plane genus operis in vnum potuisse colligi quicquid nobilitas varietas humane mentis in sensibus exquirendis per diuersas causas poterat inuenire conclusum ac voluntarium intellectum. Nam quocumque seuerterit, quascumque cogitationes intrauerit, in aliquid eorum quæ prædicta sunt necesse est cadat ingenium.

¶ De oppositis.

Cap. xxxii.

Contrarioꝝ genera quatuor sunt quæ Aristoteles ἀντικίμενα. i. opposita vocat propter quod sibi velut ex aduerso videtur obistere, vt contrarie, nec tamen omnia quæ sibi opponuntur contraria sunt, sed omnia contraria opposita sunt. Primum genus est contrarium, quod iuxta Ciceronem diuersum vocatur pro eo quod tamen contraria sibi opponuntur, vt non eorum sint quibus opponuntur, vt sapientia, stultitia, quod genus in tres species diuiditur. Nam sunt quedam eiusmodi quæ medium habent, et sunt, quæ sine medio sunt, et quedam sunt quæ habent medium et tamen sine nomine sunt nisi vtrumque eivocabulum creet. Candidum et nigrum medium habent, quia inter eos sæpe color pallidus vel fuscus inuenitur, sine medio sunt quoties vnum de duobus accidit, vt sanitas vel infirmitas horum nihil est, medium. Ea autem quorum media sine nomine sunt, vt felix infelix medium habent non felix. Secundum genus est relatiuorum quæ ita sibi opponuntur vt ad se conferantur sicut duplicum simplicum. Horum solum oppositorum genus ad se referunt. Non enim est maius nisi ad minus referatur, et simplicum nisi ad duplicum aut eius cui opponitur. Nam relatiuum ipsi relatiuo ita opponitur, vt hoc ipsum quod apponitur, aut eius sit cui opponitur, aut ad id quocumque modo referatur. Dimidium enim opponitur duplo eiusque duplici medium est, sed ita illi opponitur vt eius sit cui opponitur. Sic et paruū opponitur magno, ita vt ipsum paruū ad magnum cui

opponitur sit paruū. Nam superiora quæ dicuntur contraria, ita sibi opponuntur vt eorum non sint quibus opponuntur, nec ad ea quocumque modo referantur. Siquidem iniquitas iusticie ita contraria est vt non eiusdem iusticie iniquitas sit, aut ad illam sit iniquitas. Tertium genus est oppositorum, habitus vel oratio quod genus Cicero priuationem vocat quæ ostendit aliquid quæpiam habuisse vnde priuatus est. Cuius species sunt tres, quarum prima est in re, secunda in loco, tertia in tempore congruo. In re vt cecitas et visio in oculis. In loco vt cecitatis et visionis in oculis locus est. In tempore congruo vt infantem non dicere sine dentibus eum cui dentibus adhuc parua ætas negavit. Non enim est priuatus dentibus quos nondum habuit. Quartum vero genus ex confirmatione et negatione opponitur, vt Socrates disputat. Hæc a superioribus ideo differunt, quod illa sigillatim dici possunt, hæc nisi conexe dici non possunt. Quod genus. Quartum apud dialecticos multum habet conflictum et appellatur ab eis, valde oppositum, siquidem et tertium non recipit. Nam ex illis quedam habere tertium possunt, vt in contrariis candidum et nigrum. Tertium eius nec candidum nec nigrum, sed fuscum vel pallidum. In latinis quoque vt multa et pauca. Tertium est nec multa nec pauca sed mediocria. In habitu vel oratione, vt visio et cecitas. Tertium eius, nec cecitas nec visio, sed lippitudo. Hic ergo legit et non legit, tertium nihil habet.

¶ Finit liber secundus.

¶ Incipit præfatio ad quattuor sequentibus disciplinis
Mathematica latine dicitur doctrinalis scientia quæ abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas est, quæ intellectu a materia separantes vel ab aliis accidentibus, vt est participat, vel ab aliis huiusmodi in sola ratiocinatione tractamus. Cuius species sunt quatuor. i. arithmetica, musica, geometria, et astronomia. Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis secundum se. Musica est disciplina quæ de numeris loquitur, qui inueniuntur in sonis. Geometria est disciplina magnitudinis et formarum. Astronomia est disciplina, quæ cursus siderum celestium atque figuras contemplatur atque omnes habitudines stellarum. Quas disciplinas, deinceps paulo latius indicabimus vt earum cause competenter possint agnosci.

¶ Incipit liber tertius.

¶ De vocabulo Arithmetice discipline. Cap. I.

Arithmetica est disciplina numerorum. Greci enim numerum rithmon dicunt. Quam scriptores secularium litterarum inter disciplinas mathematicas ideo primam esse voluerunt, quam ipsa vt sic nulla alia indiget disciplina, musica autem et geometria et astronomia quæ sequuntur vt sunt atque subsistant, istius egent auxilio.

¶ De auctoritatibus eius.

Cap. II.

¶ Numeri disciplinam apud grecos primam Pythagoram autumant conscripsisse, ac deinde a Nicomacho

macho diffusius esse compositā quā apud latinos primus apuleius, deinde boetius trāstulerunt.

¶ Quid sit numerus, et vnde dicatur. Cap. iiii.

Numerus autē est multitudo ex vnitatibus constituta. Nam vnum semen numeri esse non numerū volūt. Numero autē nummus nomen dedit, & a sui frequentatione nomen indidit. Vnus ex grēco nomen trahit. Grēci enī *ενα* dicunt, sic duo & tres, quos illi *Δυο* & *τρια* appellāt. Quatuor vero a figura quadrata nomen sumpserunt. Quinq; autē nō secū dū naturam sed secundū placitū voluntatis vocabulū acceperūt, ab eo q numeris noīa indidit. Sex autē et septē a grēco veniūt. In multis enī nominib⁹ quę in grēco aspirationez habent, nos pro aspiratione. s. ponim⁹. Inde p hex sex, pro hepta septem, sicut pro herpillo herba serpillum. Octo vero per translationē, sicut illi *οκτω* et nos octo, ita illi *εννεα*. nos nouē. illi *δεκα* nos decem. Dicti autē grēca *εθymologia*, eo q ligēt et cōiungant infra iacentes numeros. Nam *δεσμε* v. s. *υ* cōiungere vel ligare apud eos dicit^r. porro viginti dicti q sint decē bis geniti. u. p. b. litera posita. Triginta q a ternario denario gignantur. sicut q; ad nonaginta. Centū vero vocati a canto. quod ē circulus. Ducēti a duo & centū, sic & reliqui vsq; ad mille. Mille autē a multitudine, vnde & militia quasi multicia. Inde & milia quę grēci mutata litera i. r. p. l. *μυριαδας* vocant.

¶ Quid prestent numeri.

Cap. iiii.

Ratio numerorū cōtēnenda non est. In multis enī sanctarū scripturarū locis quantuz mysteriū habeant elucet. Non enī frustra in laudibus dei dictū est. Oīa in mēsurā & numero & pondere fecisti. Senarius nāq; qui partib⁹ suis perfectus est perfectionē mundi quadā numeri sui significatione declarat. Similiter & 40. dies quib⁹ moyses & helias & ipse dominus ieiunauerūt sine numerorū cognitione non intelligūtur. Sic & alij in scripturis sanctis numeri existunt, quorū figuras nō nisi noti hui⁹ artis sciētiz soluere possunt. Datū est etiā nobis ex aliqua parte sub numerorū consistere disciplina, qn̄ horas per eā discim⁹, qn̄ de mēsum circulo disputamus, qn̄ spacium anni redeuntis agnoscim⁹. Per numerū siquidem ne cōfundamur instruimur. Tolle numeruz in rebus oībus et oīa pereūt. Adime seculo calculi cōpotū & cuncta ignorantia cęca cōplectitur, nec differri potest a cęteris aīalibus quę calculi nesciunt rationem.

¶ De prima diuisione pariū et imparium. Cap. v.

Numerus diuiditur, paribus et imparibus. Par numerus diuiditur in his. Pariter par pariter impar, & impariter par, & impariter impar. Impar numerus diuiditur in his. primū & simplū, secundū & cōpositum, tertiu⁹ mediocre qui quodā modo primus & incōpositus est. alio vero mō secundus & cōpositus est. Par numerus ē q̄ i duabus equis partibus diuidi potest, vt duo. & qua

tuor, & octo. Impar vero numerus est qui diuidi æquis partibus nequit. vel deficiente vel superante, vt. 3. 5. 7. 9. & reliqua. Pariter par numerus est qui secundū parem numerū pariter diuiditur, quousq; ad indiuisibile perueniat vnitatē, vt puta sexaginta quatuor habet medietatē. xxxii. hic autē. xvi. xvi vero octo octonari⁹. iiii. quaternari⁹. ii. binari⁹ vnū qui singularis indiuisibilis est. Pariter impar est q̄ in partes æquas recipit sectionem, sed partes eius mox insecabiles permanent, vt. vi. et. ix. triginta & quinquaginta. Mox enim si hunc numerum diuiseris, incurris in numerum quem secare non possis. Impariter par numerus est, cuius partes etiam diuidi non possunt, sed vsq; ad vnitatem non perueniunt, vt vigintiquatuor. Hi enim in medietate diuisi. xij. faciunt, rursumq; in aliam medietatem. vi. deinde in aliam tres, et vltra diuisionem non recipit sectio illa, sed ante vnitatem inuenitur termin⁹ quem secare non possis. Impariter impar est quo ab impari numero impariter mensuratur, vt. xxv. xlix. qui dum sint impares numeri ab imparib⁹ etiā paribus diuiduntur, vt septies septez, quadragies noni, et quinquages quini. Imparium numerorū alij simplices sunt, alij cōpositi, alij mediocres. Simples sunt qui nullā partem habent nisi solā vnitatem vt ternarius solam tertiam, et quinaris solam quintā, & septenarius solā septimā, his eī vna pars sola est. Cōpositi sunt qui non solū vnitatē metiūt sed etiā alieno numero procreatur, vt. ix. xv. &. xxi. Dicimus enī ter terni, & septies terni, ter quini, et quinquies quini. Mediocres numeri sunt qui quodāmodo simplices et incompositi esse videntur, alio vero modo et compositi. verbigratia. nouez ad xxv. dū cōparatus fuerit primus est et incōpositus qui non habet communem numerum nisi solū monadicū. Ad. xv. vero si cōparatus fuerit secundus ē et cōpositus, qm̄ inest illi cōmunis numerus preter monadicū. i. ternarius numerus qui nouē mensurat ter terni et quindecim ter quini. Item pariū numerorum alij sunt superflui, alij diminutiui, alij perfecti. Superflui sunt quorum partes simul ductę plenitudinem suam excedunt, vt puta duodenari⁹ habet enim partes. v. duodecimā quod est vnū. sextā quod duo. quartam quod tria, tertiam quod quatuor, dimidiā quod sex, vnū enī et duo et tria et quatuor et sex simul ducta. xv. faciunt. & longe a duodenario excedunt, sic et alij similes plurimi, vt duodeicesim⁹, et multi tales. Diminutiui numeri sūt qui partibus suis cōputati, minorem summam efficiunt, vt puta denarius cui⁹ partes sunt tres, decima quod est vnū, quinta quod duo. dimidia quod quinq;. Vnū enī & duo et quinq; simul ducta octonariū faciūt longe a denario minorē. Similis est huic octonarius et alij plurimi qui in partes redacti infra consistunt. Perfectus numerus est qui suis partibus adimpletur vt senarius. habet enim tres partes, sextam, tertiam, et dimidiā. Sexta enim eius v-

num est. tertia duo. dimidia tres. Hæ partes in summam ductæ. i. vnum et duo et tria. simul eundem cõsummant perficiuntq; senarium. Sunt autem perfecti numeri intra denarium sex. intra centenarium xxviii. intra millenarium quadringenti nonaginta sex.


¶ De secunda diuisione totius numeri. Cap. vi

Omnis numerus aut secundum se consideratur, aut ad aliquid. Iste diuiditur sic. Alij enim sunt equales, alij inæquales. Iste diuiditur sic. Alij sunt maiores, alij sũt minores. Maiores diuiduntur sic. i. multiplices. ii. superparticulares. iii. superpatientes. iiii. multiplices superparticulares. v. multiplices superpatientes. Minores diuiduntur sic. i. submultiplices ii. superparticulares iii. superpatientes. iiii. submultiplices. superparticulares. v. submultiplices subsuperpatientes. Per se numerus est qui sine relatione aliqua dicitur vt. iiii. v. vi. et cæteri similes. Ad aliquid est numerusq; relatione ad alios comparatur. vt verb. gratia. iiii. ad. ii. dum comparatus fuerit duplex dicitur. & multiplex sex ad. iiii. vii. ad. iiii. x. ad. v. et iterum tres ad vnum triplex sex. ad. ii. ix. ad. iii. et cæteri. Equales numeri dicuntur qui secundum quantitatem equales sunt, vt. gratia. ii. ad. ii. iii. ad. iii. x. ad. x. c. ad. c. Inæquales vero numeri sunt qui adinuicem comparati inæqualitatem demonstrant, vt. iiii. ad. ii. iiii. ad. iii. v. ad. iiii. x. ad. vi. et vniuersaliter maior minori, aut minor maiori huiusmodi dum comparatus fuerit inæqualis dicitur. Maior numerus est qui habet in se illum minorem numerum ad quem comparatur, et aliquid plus, vt. gratia. Quinarius numerus ternario numero fortior est, eo qd habet quinarius numerus in se trinarium, et alias partes eius duas, et reliqui tales. Minor numerus est qui continetur a maiore ad quem comparatur cum aliqua parte sui, vt ternarius ad quinarium, continetur ei ab eo cum duabus partibus suis. Multiplex numerus est qui habet in se illum minorem numerum, bis aut ter aut quater aut multipliciter, vt. gratia. Duo ad vnum dum comparati fuerint duplex est, iiii. ad. i. triplex. iiii. quadruplex et reliqui. E contra submultiplex numerus est qui intra multiplicem continetur bis aut ter aut quater aut multipliciter vt. gratia vnus a duobus bis continetur a tribus ter a quatuor quater, a quinque quinquies, et ab alijs multipliciter. Superparticularis numerus est dum fortior continet infra se inferiorem numerum circa quem comparatur, similiter et vnã partem eius vt. gratia. iiii. ad. ii. dum comparati fuerint, continent intra se duos, et alium vnum qui media pars est duorum. Quatuor ad tres dum comparati fuerint continent in se. iiii. et alium vnum qui est tertia pars trium. Iterum quinque ad quatuor dum comparati fuerint habent in se quaternarium numerum et alium vnum qui quarta pars dicitur esse quaternarii numeri et cæteri tales. Superpatientis numerus

est qui in se inferiorem numerum totum continet. et super hoc alteras partes eius duas, aut. iiii. aut. iiii. aut. v. aut alias. vt. gratia. v. ad. ii. dum comparati fuerint habet in se quinarius numerus ternarium. et super hoc alias partes eius duas. Septem ad quatuor dum comparati fuerint habent in se iiii. et alias eius partes. iiii. nouem ad quinque dum comparati fuerint, habent in se quinque et alias quatuor partes eius. Subsuperpatientis numerus est qui continetur in numero superpatientis, cum aliquibus partibus suis duabus aut tribus aut pluribus vt. verb. gratia. iiii. continetur a. v. cum alijs duabus partibus suis. Subsuperparticularis numerus est minor qui continetur in fortiori numero cum aliqua parte sua aut media, aut tertia, aut quarta, aut quinta vt. gratia. ii. ad. iii. iii. ad. iiii. iiii. ad. v. et cæteri. Multiplex superparticularis numerus est qui dum comparatus ad inferiorem sibi numerum fuerit, continet in se totum inferiorem numerum multipliciter cum aliqua parte eius, vt. verb. gratia. v. ad. ii. dum comparati fuerint continent in se bis binum. iiii. et vnã partem eius. Nouem ad quatuor dum comparati fuerint continent in se bis quaternum, et vnã partem eius. Submultiplex superparticularis numerus est qui dum comparatus ad inferiorem sibi numerum fuerit, continet eum multipliciter cum alijs partibus eius, vt. verb. gratia. viii. ad. iii. dum comparati fuerint in se bis ternum cum alijs duabus partibus eius. xiiii. ad. vi. dum comparati fuerint, continent in se bis senum, cum alijs duabus partibus eius. xvi. ad. vii. dum comparati fuerint continent in se bis. viii. cum alijs duabus partibus eius. xxi. ad. ix. dum comparati fuerint continent in se bis. ix. cum alijs tribus partibus eius. Submultiplex superparticularis numerus est qui dum ad fortiolem sibi comparatus fuerit continetur ab eo multipliciter cum aliquibus partibus suis. vt. verb. gratia. iiii. ad. viii. continetur bis in duabus partibus suis. iiii. ad. xi. continetur bis cum tribus partibus suis.

¶ De tertia diuisione totius numeri. Cap. vii.

Numeri aut discreti sunt, aut continentes. Iste diuiditur sic. I. linealis. ii. superficialis. iii. solidi. Discretus numerus est, qui discretis monadibus continetur. vt. verb. gratia. iiii. iiii. v. vi. et reliqui. Continens numerus est qui coniunctis monadibus continetur vt. gratia. Ternarius numerus in magnitudine intelligitur. i. linea, aut spaciũ aut solidum dicitur. Continens similiter vt quaternarius et quinarius numeri. Linealis numerus est qui inchoans a monade linealiter describitur ad infinitum. Vnde alpha ponitur pro significatione linearum, quoniam hæc litera vnũ significat apud grecos. Superficialis numerus est qui non solum longitudine, sed et latitudine continetur, vt trigonus



quadratus quinquangulus vel circulares numeri, et cæteri q; semp in plano pede. i. superficie continentur.

LIBER

☞ Trigonus numerus est ista.



☞ Quadratus numerus est ista




☞ Quinquangulus est ista.



☞ Circularis est ista.




☞ Qui dum semel multiplicatus fuerit a se inchoans ad se conuertitur. vt verbi gratia. Quinquies quini vices quinquies ita.



☞ Solidus numerus est qui longitudine et altitudine continetur, vt sunt pyramides qui in modum flamme conuertuntur ita.



☞ Cubus vt sunt tessere ita



☞ Sphære quibus est æqualis vndiq; rotunditas ita.

☞ Sphericus autem numerus est qui circulo numero multiplicatus a se inchoans et in se conuertitur, quinquies quini vices quinquies. Hic circulus dum in seipso multiplicatus facit spheram. i. quinquies. xxv. cxxiii.

☞ De differentia arithmetice geometrie et musica. Cap. viii.

Mter arithmeticaem autem et geometriam et musicam hoc interest, vt medium inuenias in arithmetica. Primo sic quæris. Coniungis extrema et diuidis et facis medium. vt puta fac extrema e. vi. et. xii. simul iungis et faciunt. xviii. partiris media et facis. ix. quod est analogicum arithmetice, et medius quot monadibus superat primum, his superetur ab extremo. superant enim, ix. vi. tribus monadibus his superatur a. xii. Secundum geometriam vero iam quæris. Extrema multiplicata tantum faciunt quantum et media multiplicata vt puta. vi. et. xii. multiplicata faciunt septuagesies dimidius. media. viii. & ix. multiplicata tantumdem faciunt. Secundum musicam ita. Qua parte superat medius primum, eadem parte superatur medius ab extremo. vt puta. vi. et. viii. duabus partibus superant quæ duæ partes tertia media. viii. superat ab vltima, nona vel decima secunda.

Arithmetica medietas.

vi. ix. xii.

Geometria medietas.

vi. viii. ix. xii.

☞ Quod numeri infiniti existunt. Cap. ix.

Numeros autem infinitos esse certissimum est, quoniam in quocunq; numero sinez faciendum putaueris. i. ipse non dico vno addito a ugeri, sed quemlibet ingentem multitudinem continens, in ipsa ratione atq; scientia numerorum non solum duplicari. verum etiam multiplicari potest. Itavero suis quisq; numerus proprietatibus terminatur. vt nullus eorum par esse cuicunq; alteri possit. Ergo et dispares inter se atq; diuersi sunt. et singuli quisq; finiti sunt et omnes infiniti sunt.

☞ Quid sit geometria, et de inuentoribus et devocabulo eius. Cap. x.

Geometriæ disciplina primum ab ægyptiis reperta dicitur, quia mundante nilo et omnibus possessionibus eius limo obductis initium terræ diuidendæ per lineas et mensuras nomen arti dedit. Qui deinde longius acumine sapientius producta, et maris et celi et aeris spacia metiuntur. Nam prouocati studiosi ceperunt post terræ dimensionem et celi spacia quærerere quanto interuallo luna a terris, a luna sol ipse distaret, et vsq; ad verticem celi quanta se mansura distederet sicq; interualla ipsa celi orbisq; ambitum per numerum stadiorum ratione probabili distinxerunt. Sed quia ex terræ dimensione hæc disciplina cepit ex initio sui et nomen seruauit. Nam geometria de terra et de mensura nuncupata est. Terra enim græce γη vocatur. ωετρον. mensura. Huius discipline ars continet in se linamenta interualla, magnitudines et figuras, dimensiones et numeros


☞ De quadripartita diuisione geometrie, Cap. xi.

Geometriæ quadripartita diuisione est, in planum in magnitudinem numerabilem, in magnitudinem rationalem et figuras solidas. Planæ figure sunt quæ longitudine et latitudine continentur quæ sunt iuxta platonem numero quinq;. Numerabilis magnitudo est quæ numeris arithmetice diuidi potest. Magnitudines rationales sunt quarum mensuram scire possumus. Irrationales vero quarum mensuræ quantitas cognita non habetur.


☞ De figuris Geometriæ. Cap. xii.

Figure solidæ sunt quæ longitudine et latitudine et altitudine continentur, vt est cubus cuius species quinq; in plano. Quarum prima plano pede circulus est figura plana ita, quæ vocatur circunducta, cuius in medio punctus est quo cuncta conuertuntur, quod centrum geo-

metrici vocant, latini punctum circuli nuncupant, plano pede ita.



Quadrilatera figura est in plano quadrata, quę sub quatuor rectis lineis iacet ita.




Dianatheton grammaton figura plana ita.




Orthogonium idest retriangulum, figura plana in plano pede. Eū enim triangulum et habet angulum rectum ita.




Isopleros figura plana recta ac subtiliter constituta in solidum ita.



Sphera est figura in rotundum formata ita partibus cunctis equalibus in solidum.




Cubus est figura propria solida, quę longitudine et latitudine et altitudine continetur in solidum ita.



Cylindrus est figura quadrata habens superius semicirculum in solidum ita.




Conon est figura quę ab amplo in angustum finit sicut orthogonium ita.



Pyramis est figura quę in modū ignis ab amplo in acutum confurgit ita. Ignis enim apud grecos appellatur.



Sicut autem infra 10. omnis est numerus, ita infra hunc circulum omnium figurarū concluditur ambitus.



Prima autem figura huius artis punctus est, cuius pars nulla est. Secunda est linea præter latitudinem longitudo. Recta linea est quę ex quo in suis punctis iacet. superficies vero quod longitudo et latitudines solas habet. Superficiæ vero finis lineę sunt. Quorum formę ideo in superioribus 10. figuris positę non sunt, quia intra eas inveniuntur.

De numeris secundum geometriam querendis Cap. xiii.

Quæros autem secundum Geometriam ita quæris. Extrema quippe eius multiplicata tantum faciunt quantum et media duplicata. ut puta. vi. et. xii. multiplicata faciunt septuagesies dipondius media. 8. et. 9. multiplicata tantumdem faciunt.

De musica et eius nomine. Cap. xiiii.



Musica est peritia modulationis sono cantuque consistens, et dicta musica per derivationem a musis. Musę autem appellatę. Α πο του μουσικη. i. a quęrendo quę per eas sicut antiqui voluerunt vis carminū et vocis modulatio quęreretur. Quarum sonus quę sensibilis res est, et præterfluit in præteritum tempus imprimiturque memorię. Inde a poetis Iouis et memorię filias musas esse confictum est Nisi enim ab homine memoria teneantur soni pereunt, quia scribi non possunt.

De inuentoribus eius. Cap. xv.

Moyse dicit repertorem musice artis fuisse Tubal qui fuit de stirpe cayn ante diluuium. Græcivero Pythagoram dicunt huius artis inuenisse primordia ex malleorum sonitu et cordarum extensione percussa. Alij Linum thebeum et cęthuz et amphion in musica arte primos claruisse ferunt. Post quos paulatim directa est præcipue hæc disciplina, et aucta in multis modis. eratque tam turpe musicam nescire quę literas. Interponebatur autem non modo sacris, sed et omnibus solemnibus omnibusque lætis vel tristioribus rebus ut enim in veneratione diuina hymni, ita in nuptiis hymenei et in funeribus threni, et lamenta ad tibias canebantur. In conuiuio vero lyra et cythara circumferebatur, et accumbentibus singulis ordinabatur conuiuiale genus canticorum.

Quid possit musica. Cap. xvi.



Vlla itaque sine musica disciplina potest esse perfecta. Nihil enim est sine illa. Nam et ipse mundus quadam armonia sonorum fertur esse compositus, et celum ipsum sub armoniæ modulatione reuolui. Musica mouet affectus prouocat in diuersum habitum sensus. In præliis quoque tubę concentus pugnantes accendit, et quanto vehemētior tubę fuerit clangor tanto fit ad certamen animus fortior. Siquidem et remiges cantus hortatur ad tolerandos quoque labores, musica animum mulcet, et singulorum operum fatigationem modulatio vocis solatur. Excit-

tatos quoq; animos musica sedat, sed de Dauid legitur quia a spiritu immundo Saulem arte modulationis eripuit. Ipsas quoq; bestias necnon & serpentes volucres atq; delphinos, ad auditum suae modulationis musica prouocat. Sed et quicquid loquimur vel intrinsecus venarum pulsibus commouemur, per musicos ritmos, armoniae virtutibus probatur esse sociatum.

¶ De partibus musicae.

Cap. xvii

Musicae sunt tres. id est armonica, rithmica metrica. Armonica est quae decernit in sonis acutum et grauem. Rithmica est quae requirit incurSIONem verborum vtrum bene sonus an male cohereat. Metrica est quae mensuram diuersorum metrorum probabili ratione cognoscit vt verbi gratia. heroicum, iambicum, elegiacum. et caetera.

¶ De triformi musicae diuisione.

Cap. xviii.

Ad omnem sonum qui materies cantilena- rum est, triformis constat esse naturam. Prima est armonica quae ex vocum cantibus constat. secunda organica, quae ex flatu consistit. tertia rithmica quae in pulsu digitorum numeros recipit. Nam aut voce editur sonus per fauces aut flatu, sicut per tubam vel tibiam, aut impulsu, sicut per cytharam, aut per quodlibet aliud quod percutiendo canorum est.

¶ De prima diuisione musicae quae armonica dicitur.

Cap. xviii.

Prima diuisione musicae quae armonica dicitur. id est modulatio vocis pertinet ad comoedos tragaedos. vel choros, vel ad omnes qui voce propria canunt. Haec ex animo et corpore motus facit et ex motu sonum, ex quo colligitur musica quae in homine vox appellatur. Vox est aer spiritu verberatus, unde et verba sunt nuncupata. Proprie autem vox hominum est seu irrationabilium animantium. Nam in alijs abusuue non proprie sonum vocem vocari, vt vox tubae fremuit fractasq; littore voces. Nam proprium est vt littorei sonent scopuli. et At tuba terribilem sonitum procul aere canoro. Armonica est modulatio vocis et concordantia plurimorum sonorum vel coaptatio. Symphonia est modulationis temperamentum ex graui et acuto concordantibus sonis, siue in voce siue in flatu siue in pulsu. Per hanc quippe voces grauiores acutioresq; concordant. ita vt quisquis ab ea dissonuerit sensum auditoris offendat. Cuius contraria est diaphonia, id est voces discrepantes vel dissonae. Euphonia est suauitas vocis et haec et melos a suauitate et melle dicta. Diastema est vocis spatium, ex duobus vel plu-

ribus sonis aptatum. Diastema est spatium quaedam & deductiones modulandi. atq; vergentes de vno in alterum sonum. Tonus est acuta enunciatio vocis. Est enim armoniae differentia et quantitas quae in voce accentu vel tenore consistit, cuius genera in xv. partibus musici diuiserunt. ex quibus primus hyperlidius, nouissimus et acutissimus hypodori omnium grauissimus. Cantus est inflexio vocis. Nam sonus directus est, praecedit autem sonus cantus. Ars est vocis eleuatio hoc est initium. Thesis vocis positio, hoc est finis. Suaues voces sunt subtiles et spissae, clares, atq; acutae. Perspicuae voces sunt, quae longius protrahuntur, ita vt omnem impleant continuo locum sicut clangor tubarum. Subtiles voces sunt quibus non est spiritus qualis est infantium vel mulierum vel egrotantium, sicut in neruis. Quae enim subtilissimae cordae sunt, subtiles ac tenues voces emittunt. Pingues sunt voces quando spiritus multus simul egreditur, sicut viuorum. Acuta vox est tenuis alta, sicut in cordis videmus. Dura vox est quae violenter emittit sonos, sicut tonitruum, sicut incudis sonus, quotiens in durum malleus percutitur ferrum. Aspera vox est rauca et quae dispergitur per minutos et in dissimiles pulsus. Ceca vox est quae mox vt emissa fuerit conticescit. atq; suffocata nequaquam longius producit, sicut est in fictilibus. Vinnola vox est mollis atq; flexibilis. et vinnola dicta a vino hoc est cincino molliter flexo. Perfecta autem vox est alta suauis et clara. Alta vt in sublimi sufficiat, clara vt aures impleat. suauis vt aures audientium blandiat.

¶ De secunda diuisione quae organica dicitur. Cap. xx.

Secunda diuisione organica est, in his quae spiritu reslant e completa, in sonum vocis animantur. vt sunt tubae, calami, fistulae, organa pandoria, et his similia instrumenta. Organum vocabulum est generale. vasorum omnium musicorum. Hoc autem cui folles adhibentur, aloe graeci nomine appellant. Vt autem organum dicatur, magis ex ea vulgaris est graecorum consuetudo. Tuba primum a tyrrhenis inuenta de quibus Virgilius. Tyrrhenusq; tubae mugire per aethera clangor. Adhibebatur autem non solum in praelijs, sed et in omnibus festis diebus propter laudis vel gaudij claritatem. Vnde et in psalterio dicitur. Canite initio mensis tuba in die insigni solemnitatis vestre. Praeceptum enim fuerat Iudaeis vt initio nouae lunae tuba clangerent, quod etiam hucusq; faciunt. Tibias excogitatas in phrygia ferunt. Has quidem diu funeribus tantum adhibita mox et sacris gentilium. Tibias autem appellatas putant quod primus de ceruinis tibiis cruribusq; hinnulorum fieret. vnde per abusionem ita ceptas vocari etiam quae non de cruribus ossibusq; essent. Hinc et tibicen quasi tibiarum cantus.

Calamus nomen proprium arboris a calēdo. i. fundendo voces vocatus. Fistulam quidam putant a Mercurio inuentam alij a fauno quam Græci vocant panna. Nonnulli eam ab Idi pastore agrigeno ex sicilia. Fistula autem dicta quod vocem emittat Nam græce fos vox stalesa missa appellatur. Sābuca in musicis species est symphoniarum. Est enim genus ligni fragilis vnde et tibiæ componuntur. Pandorius ab inuentore vocatus de quo Virgilius. Pan primus calamos cæra coniungere plures Instituit, pan curat oues, ouiumque magistros. Fuit enim apud gentiles deus pastoralis, qui primus dispartes calamos ad canum aptauit et studio sua arte composuit.

¶ De. iiii. diuisione quæ rithmica nūcupat. Cap. xxi.

¶ Tertia est diuisione rithmica pertinens ad neruos et pulsus, cui dantur species cythararum diuersarum. Tympanū quoque cymbalum sistrū acytabula ænea et argentea, vel alia quæ metallico rigore percussa reddunt cum suauitate tinnitum, etcætera huiusmodi. Cytharæ ac psalterii repertor Tubal vt prædictum est perhibetur. Iuxta opinionem autem græcorum cytharæ vsus repertus fuisse ab apolline creditur. Forma cytharæ initio similis fuisse traditur pectori humano quod velut vox e pectore ita ex ipsa cantus ederetur, appellatamque eadem de causa. Nam pectus dorica lingua cythara vocatur. Paulatim autem plures eius species extiterunt, vt psalteria lyre barbaricæ, phænices et pectides et quæ dicuntur indice et feriuntur a duobus simul. Item aliæ atque aliæ & quadrata forma vel trigonali cordarum etiam numerus multiplicatus est et commutatū genus. Veteres autem cytharam fidiculam vel fidicem nominauerunt, qui tam concinnunt inter se cordæ eius quæ bene conueniunt, inter quos fides fit. Antiqua autem cythara. vii. cordis erat vnde et Virgilius. Septem discrimina vocum. Discrimina autem ideo quod nulla corda vicinæ cordæ similem sonum reddat. sed ideo septem cordæ vel quia totam vocem implent, vel quia septem motibus sonat celū. Cordas autem dictas a corde, quia sicut pulsus est cordis in pectore, ita pulsus cordæ in cythara. Has primus mercurius excogitauit idem prior in neruos sonū strinxit. Psalterium quod vulgo canticum dicitur. a psallendo nominatum quod ad eius vocem chorus consonando respondeat. est autem similitudo cytharæ barbaricæ in modum Δ. delte literæ. Sed psalterij et cytharæ hæc differentia est quod psalterium lignū illud concuum vnde sonus redditur superius habet, et deorsum feriuntur cordæ et desuper sonant. Cythara vero econtra concuuitatem ligni inferius habet. Psalterio autem hebrei decacordon vsi sunt propter numerum decalogum legis. Lira dicta a potu litin. i. a varietate vocum, quod diuersos sonos efficiat. Liram primum a mercurio inuentam fuisse dicunt, hoc modo. Cum regrediens nilus in su-

os meatus, varia in campis reliquisset animalia relicta etiam testudo est, quæ cum putrefacta esset & nerui eius remansissent extenti intra corium percussa a mercurio sonitum dedit. Ad cuius speciem mercurius liram fecit. et orpheo tradidit qui eius rei maxime erat studiosus. Vnde et estimatur eadem arte non feras tantum, sed et saxa atque siluas cantus modulatione applicuisse. Hanc musici propter studij amorem et carminis laudem, etiam inter sidera suarum fabularum commentis collocatam esse finxerunt. Tympanum est pellis vel corium ligno ex vna parte extensum. Est enim pars media symphoniæ, in similitudinem cribri. Tympanum autem dictum quod medium est. Vnde et margaritum medium tympanum dicitur, et ipsum vt symphonia, ad virgulam percutitur. Cymbala et acytabula quedam sunt, quæ percussa inuicem se tangunt et sonus faciunt. Dicta autem Cymbala, quia cum ballematia simul percutiuntur. Ita enim græci dicunt cymbala ballematia. Sistrum ab inuentrice vocatum. Isis enim regina ægyptiorum id genus inuenisse probatur. Isis et irato feriat mea lumina sistro. Inde et hoc mulieres percutiunt, quia inuentrix huius generis mulier extitit. Vnde et apud Amazonas sistro ad bellum fœminarum exercitus vocabatur. Tintinabulum de sono vocis nomen habet sicut et plausus manuum, stridor valuarum. Symphonia vulgo appellatur lignum cauum ex vtraque parte pelle extenta, quam virgulis hinc et inde musici feriunt. Fitque in ea ex concordia grauis et acuti suauissimus cantus.

¶ De musicis numeris.

Cap. xxii.

¶ Vmeros autem secundum musicam ita quæris Positis extremis vtputa sex. et decies dipondius, vides quot monadibus superetur. vi. a. xii. et est. xi. monadibus ducis per quadratum, sexies seni faciunt triginta sex. Coniungis extrema illa prima sex ad duodecim simul efficiunt octodecim. Partitis tricies sexies per decies octo efficitur dipondius. Hos iungis cum summa minore id est sexies erunt. viii. et erit medium inter. vi. et. xii. Quapropter octo superant sex duabus monadibus. i. est tertia de sexies, et superantur. viii. a. xii. iiii. monadibus tertia portione. Qua parte ergo superat, eadem superatur. Sed hæc ratio quemadmodum in mundo est ex volubilitate circuloꝝ, ita et in microcosmo Et in tantum præter vocem valet vt sine ipsius perfectione etiam homo symphoniis carens non constet, eiusdem musicæ perfectione etiam metro consistunt in arsi et thesi. i. eleuatione et positione.

¶ De astronomia

Cap. xxiii.

¶ Astronomia est astrorum lex, quæ cursus syderum & figuras et habitudines circa se & circa terram indagabili ratione percurrit.

¶ De inuentoribus eius. Cap. xxiiiij.

Astronomiam primi egyptij inuenerunt. Astrologiam vero et natiuitatis obseruatiã chaldei primi docuerunt. Abraham autẽ instituisse egyptios astrologiam, Iosephus auctor asseuerat. Gręci autem dicunt hanc artẽ ab athalante prius excogitatam, ideoq; dictus est sustinuisse cęlum. Quisquis autem illę fuit motu cęli et ratione animi excitatus per temporũ vices, per astronomiarum ratos diffinitosq; cursus, per interuallorũ spacia moderata considerauit dimensiones quasdam et numeros, quę diffiniendo ac secernendo in ordinem nectēs Astrologiã reperit.

¶ De scriptoribus Astronomię. Cap. xxv.

N vtraq; autem lingua diuersorũ quidam sunt de Astronomia scripta volumina, inter quos tamẽ Ptolomeus rex Alexandrię apud Gręcos habetur precipuus, hic etiam et Canones instituit quibus cursus astrorum inuenitur.

¶ De differētia Astronomię & Astrologię. C. xxvi.

Inter astronomiam autem et astrologiam aliquid differt. Nam astronomia cęli conuersionem, ortus, obitus, motusq; syderũ continet vel qua ex causa ita vocentur. Astrologia vero partim naturalis partim superstitiosa est. Naturalis dum exequitur solis et lunę cursus vel stellarũ certasq; temporum stationes. Superstitiosa vero ẽ illa quam mathematici sequuntur, qui in stellis augurantur, quicq; etiam. xii. cęli signa per singula anime vel corporis membra disponũt, syderũq; cursu natiuitates hominũ et mores predicare conantur.

¶ De Astronomię ratione. Cap. xxvii.

Astronomię ratio, modis pluribus constat, diffinit enim quid sit mundus, quid cęlũ, quid spherę situs et cursus, quid axis cęli & poli, quę sint climata cęli, qui cursus solis et lunę, atq; astrorum &c.

¶ De mundo & eius nomine. Cap. xxviii.

Mundus est is qui constat ex cęlo & terra ex mari cunctisq; syderibus. Qui ideo mundus est appellatus quia semper in motu ẽ, nulla enim requies eius elementis cõcessa est.

¶ De forma mundi. Cap. xxix.

¶ Formatio mundi ita demonstratur Nam quem admodum erigitur mundus in septentrionalẽ plagam, ita declinatur in australem Caput autem eius et quasi facies orientalis regio est, vltima pars septentrionalis est.

¶ De cęlo et eius nomine. Cap. xxx.

Cęlum philosophi rotundum volubile atq; ardens esse dixerunt, vocatũq; hoc nomine eo q; tanquã vas cęlatũ impressa signa habeat stellarum. Distinxit enim id deus claris luminibus & impleuit sole. f. & lunã orbe fulgenti, et astrorũ micantium splendentibus signis adornat. Hoc autem gręce biranos dicitur a potu orationis.

videndo, eo q; aer perspicuus sit, et ad specularandum purior.

¶ De situ spherę cęlestis. Cap. xxxi.

Sphera cęli est species quędam in rotundum formata, cuius centrum terra est, ex omnibus partibus equaliter conclusa. Hanc speram nec principium habere dicunt nec terminum ideo q; in rotundum quasi circulus incipiat, v' vbi desinat, non facile comprehenditur. Philosophi autem mundi. vii. cęlos. i. planetas globorum cum sono motu introduxerunt, quorum orbibus connexa memorant omnia quos sibi innexos et velut insertos versari retro, et e contrario certis motibus suis ferri arbitrantur.

¶ De motu eiusdem. Cap. xxxii.

Spherę motus duobus axibus voluit. Quorum vnus est septentrionalis, qui nunquã occidit, appellaturq; boreus. Alter australis qui nunquã videtur et austronotus dicitur. His duobus polis moueri spheram cęli dicunt et cum motu eius sydera in ea fixa ab oriente vsq; in occidentem circuire. septentrionibus breuiiores gyros iuxta cardinem peragentibus.

¶ De cursu eiusdem spherę. Cap. xxxiii.

Sphera cęli ab oriente et occidente semel in die et nocte vertitur. xxiiii. horarum spaciis quibus sol cursum suum supra terras et sub terras sua volubilitate concludit.

¶ De celeritate cęli. Cap. xxxiiii.

Anta celeritate cęli spherã dicitur currere vt nisi aduersus precipites eius cursum astra current quę eum remorarent, mundi ruinam faceret.

¶ De axe cęli. Cap. xxxv.

Axis est septentrionalis lineã rectã quę per mediam pilam spherę tẽdit, et dicta axis q; in ea spherã vt rotã voluitur, vel quia ibi plaustrum est.

¶ De cęlestibus polis. Cap. xxxvi.

Poli sunt circuli qui currunt per axẽ. Horum alter est septentrionalis qui nunquã occidit, appellaturq; boreus, alter australis qui nunquã videtur et austronotus dicitur, et dicti poli q; sint axium cycli, ex vsu plaustrorum a poliando. s. nominati, sed polus boreus semper videtur, austronotus nunquam, quia dextra cęli altiora sunt pressa austri.

¶ De cardinibus cęli. Cap. xxxvii.

Cardines cęli extremę partes sunt axis. & dicti cardines eo q; per eos vertitur cęlum vel quia sicut cor voluuntur.

¶ De conuexis cęli. Cap. xxxviii.

Conuexa autem cęli extrema eius sunt a curuitate dicta, vt est illud. Conuexum quoties claudit nox humida cęlum. Conuexum enim curuum est, quasi conuersum seu inclinatum et admodum circumflexum.

¶ De ianuis celi.

Cap. xxxix.

Ianuę celi due sunt oriens et occasus. Nam vna parte sol procedit. alia se recipit.

¶ De gemina celi facie.

Cap. xl.

Facies celi vel caput orientalis regio est, vltima septentrionalis De qua Lucan⁹, Sic mūdi pars ima iacet. quam zona niualis . perpetuęq; premunt hyemes.

¶ De quattuor partibus celi.

Cap. xli.

Climata celi. i. plage vel ptes quattuor sunt ex quibus prima pars orientalis est vnde a liquę stelle oriuntur. Secunda occidentalis vbi nobis aliqę stelle occidunt. Tertia septentrionalis vbi sol peruenit in diebus maioribus. Quarta australis. vbi sol peruenit noctibus maioribus. Oriens autem ab exortu solis est nuncupatus. Occidens q; diem faciat occidere et interire. Abscondit enim lumen modo et tenebras super iducit. Septentrio autem a septem stellis axis vocatus. que i ipso reuolūtę rotantur. Hic proprie et vertex dicitur eo q; vertitur. Meridies autem vocatur. vel quia ibi sol facit medium diez, quasi medidies, vel quia tunc purius micat ether. Merum enim purum dicitur. Sunt et alia septem climata celi . quasi . vii. lineę ab oriente in occidente . sub quibus et mores hominum dispares atq; animalia specialiter diuersa nascuntur, quę vocata sunt a locis quibusdam famosis, quorum primum est meroes. secundū syenes. tertium catacoras. i. africa. quartum rhodus. quintum hellepontus. sextum mesopotus. septimum brustenus.

¶ De hemisphæriis.

Cap. xlii.

Hemisphærium dimidia pars sphære est, hemisphæriion supra terras, et ea pars celi quę a nobis tota videtur. hemisphæriō sub terra est, quę videri non potest q̄diu sub terra fuerit.

¶ De quinque circulis celi.

Cap. xliii.

One celi quinque sunt quarum distinctionibus quędam partes temperie sua incoluntur, quędam immanitate frigoris aut caloris inhabitabiles existunt. Quę ideo zonę vel circuli appellantur, eo q; in circunductione sphære existunt. Quorum primus circulus ideo arcticus appellatur . q; inter eum arcturi signa, inclusa prospiciuntur. Secundus circulus therinos, qui et tropicus dicitur, quia in eo circuiens sol,

aquilonis finibus estatem facit. et vltra eum circulum non transit. sed statim reuertitur. et inde tropicus appellatur. Tercius circulus himerinus, qui a latinis ideo equinoctialis appellatur. eo q; sol cū ad eum orbem peruenerit equinoctium facit, himerinus enim latine dies dicitur atq; nox quo circulo dimidia sphære pars constituta perspicitur. Quartus circulus antarcticus vocatus. eo q; contrarius sit circulo quem arcticon nominamus. Quintus circulus chimerinus tropicus, qui a latinis hyemalis siue brumalis appellatur. ideo quia sol cum ad eum circulum peruenerit. hyemem his qui ad aquilonem sunt facit et estatem his qui in austri partibus commorantur.

¶ De zodiaco circulo.

Cap. xliiij.

Zodiacus autem circulus est qui ex linearum quinque angulis et ex vna linea constat.

¶ De candido circulo.

Cap. xlv.

Lacteus circulus via est que i sphæra videtur a candore dicta, quia alba est. quam aliqui dicunt viam esse qua circuit sol. et ex splendoris ipsius transitu ita lucere.

¶ De magnitudine solis.

Cap. xlvi.

Magnitudo solis fortior est terre, vnde et eodem momento quo oritur, et orienti simul et occidenti, equaliter apparet, q; vero tanq; cubitalis nobis videtur, cōsiderare oportet quantum sol distat a terris, quę longitudo facit vt paruus videatur a nobis.

¶ De magnitudine lune.

Cap. xlvii.

Magnitudo quoq; lune, minor fertur esse q̄ solis. Nam dum sol superior sit a luna, et tamen a nobis maior q̄ luna videatur iaz si prope nos accessisset, multo maior q̄ luna conspiceretur. Sicut autem fortior est sol terra, ita terra fortior est luna, per aliquam quantitatem.

¶ De natura solis.

Cap. xlviii.

Sol dum igneus sit, pre nimio motu conuersionis suę amplius incalescit. Cuius ignem dicunt philolophi aqua nutriri et e contrario elementovirtutem luminis et caloris accipere. Vnde videmus eum sepius madidum et rorantem.

¶ De cursu solis.

Cap. xlix.

Solem per se ipsum moueri, non cū mūdo verti dicunt, Nam si fixus celo maneret, oēs dies

LIBER

et noctes equales existerēt. sed cum alio loco cras occasurū, alio occidisse hesternō videmus apparet eum per seipsum moueri, non cum mundo verti. Spaciis enim, inequalibus orbes annuos conficit ppter temporibus mutationes. Oriens diem facit occidens noctem inducit. Nam vadens longius ad meridiem hyemem facit, vt hibernis humoribus ac pruīnis terra pinguescat. Accedēs propius ad septentrionem, estatem reddit, vt fruges maturitate durentur, et quę sunt in humidis incocta, serue facta mitescat.

¶ De defectu solis.

Cap. L.



Sol orieus diem facit. occidēs noctē inducit. Nam dies est sol super terras, nox est sol sub terra. Ex ipso enim sunt horę, ex ipso dies cuz ascenderit ex ipso etiam nox cuz occiderit, ex ipso menses et anni numerantur ex ipso vicissitudines fiūt temporum. Quando autem per meridiem currit, vicinior terrę est, quando vero iuxta septentrionem sublimis attollitur. Cui ideo deus diuersos cursus constituit. loca et tempora. ne dum semper in iisdē moraretur locis quotidiano vapore eius vniuersa consumerentur, sed vt Clemēs ait, cursus diuersos accipit, quibus aeris temperies pro ratione temporum dispensetur, et ordo vicissitudinum permutationumq; seruetur. Nam dum ad superiora cōscēderit vel temperat. vbi autem ad summum cęli venerit, estiuos accendit calores, descendens rursus autūno temperius reddit. vbi vero ad inferiorem reddit circulum, ex glaciali compage cęli rigore nobis hiberni frigoris derelinquit.

¶ De itinere solis

Cap. LI.



Sol oriēs per meridiē iter habet, qui postq̄ ad occasus venerit, et oceano se intinxerit, per incognitas sub terra vadit. et rursus ad orientem recurrit.

¶ De lumine lunę

Cap. lii.

Vnam quidam philosophi dicūt propriū lumen habere, globiq; eius vnam partem esse lucifluā, aliā vero obscuram, et paulatim se vertendo diuersas formas efficere. Alii econtra aiunt lunam non suum lumen habere. sed solis radiis illuminari. Vnde et eclipsim patitur, si inter ipsam et solem vmbra terre interueniat. Sol enim illi loco superior est. Hinc eueuit vt quando sub illo est parte superiore luceat. inferiore vero quam habet ad terras obscura sit.

¶ De formis lunę

Cap. liii.

Prima figura lunę bicornis est ita.



Secunda sectilis habet ita.



Tertia dimidia habet ita.



Quarta plena ita.



Quinta iterum dimidia ex maiore ita.



Sexta iterum sectilis ita.



Septima bicornis ita



¶ Septima autē semis, et vicesima secūda semis i suo orbe medię sunt Cæterę proportionales sunt.

¶ De interlunio lunę.

Ca. liiii.



Interlunio lunę est tempus illud inter deficientem et nascentem lunaz. Est autem xxx. dies quo luna non lucet. Quę ideo videri nō potest, qa soli coniuncta obscuratur, sed eodem momento renascens paulatim ab eo recedendo videtur.

¶ De cursu lunę

Cap. li.

Vna amissi ac recepti luminis vicibus mēstrua i cętro spacia moderatur. Quę ideo incidit obiquo et non recto cursu vt sol. s. e nincidat in centrum terrę. vt frequēter patiaturs eclipsim. Vicinus enim est eius circulus terrę. Crescēs autem orientem cornibus spectat, decrescens occidentem merito, quia occasura et amissura ē lumē.

¶ De vicinitate lunę ad terras

Cap. lii.

Vna terris vicinior ē q̄ sol, ide et breuiori orbe celerius peragit cursū suuz. Na iter qd̄ i diebus. cclxv. sol peragit, ista p. xxx. dies percurrit. Vnde et antiqui menses in luna, annos autem in solis cursu posuerunt.

¶ De eclipsis solis

Cap. liii.

Eclipsis solis est quotiens luna. xxx. ad eandem lineaz qua soluehitur peruenit, eiq; se obiciens solē obscurat. Nā deficere nobis sol videtur, dum illi orbis lunę opponitur.

¶ De eclipsi lunę

Cap. liiiii.

Eclipsis lunę est quotiens in vmbra terrę luna incurrit. Non enim suum lumē habere, sed a sole illuminari putatur, vnde et defe-

et unum patitur si inter ipsam et umbram et solē umbram terre interueniat. Patitur autem hoc. 25. luna eousq; q̄diu centrum atq; umbram obstantis terræ exeat, videatq; solē vel a sole videatur.

¶ De differentia stellarū syderū & astroꝝ. Cap. lix



Tellē et sydera et astra inter se differunt. Nam stella est quilibet singularis. Sydera vero sunt stellis plurimis facta. vt hyades, pleiades. Astra aut sunt stellę grādes vt orion, bootes. sed hęc nomina scriptores cōfundūt, et astra pro stellis, et stellę pro syderib⁹ ponūt.

¶ De lumine stellarum. Cap. lx.

¶ Stelle non habere proprium lumen, sed a sole illuminari dicunt, sicut et luna.

¶ De situ stellarum. Cap. lxi.

¶ Stelle immobiles sunt, et cum cęlo fixę perperuo motu feruntur, neq; cadunt per dies sed a solis splendore obscurantur.

¶ De cursu stellarum. Cap. lxii.

¶ Sydera aut feruntur, aut mouentur. Feruntur quę cęlo fixa sunt, et cum cęlo voluuntur, mouentur vero quędam sicut planete. i. erraticę. quę cursus suos vagos, certa tamen diffinitione conficiunt.

¶ De vario cursu stellarum. Cap. lxiii.

¶ Stelle pro eo q̄ per diuersos orbes cęlestiū planetarum feruntur. Nam quędam celerius exortę serius occidunt. quędā tardius exortę citius ad occasum perueniunt. alię pariter oriuntur et non simul occidunt. omnes aut in suo tempore ad suum cursum proprium reuertuntur.

¶ De interuallis stellarum. Cap. lxiiii.

¶ Diuersis interuallis inter se stellę distant a terra, propterea dispari claritate magis minusve a nostris oculis apparent. Nam multe maiores sunt his quas videmus conspicuas, sed longius posite parue videntur a nobis

¶ De numero circulari stellarum. Cap. lxv.

¶ Numerus circularis stellarum est, per quę cognoscitur in quanto tempore circulum suum vnaqueq; stella percurrat, si ue p̄ longitudinem siue per latitudinē. Nam luna octo annis fertur explere circulum suum. mercurius annis. 20. lucifer annis. 9. sol annis. 19. vesper. 15. pheton annis. 12. saturnus. 30. Quibus peractis ad reuersionem circuli sui iisdem signis et partibus reuertuntur. Quędam sydera radiis solis prepedita, anomala fiūt, aut retrograde, aut stationaria, iuxta quod et poeta meminit dicens. Sol tempora diuidit cui, mutat nocte diem, radiisq; potentibus astra ire vetat, cursusq; vagos ratione moratur.

¶ De stellis planetis. Cap. lxvi.

¶ Quędam stellę ideo planetę dicuntur. i. errantes, quia per totum mundum vario motu discurrunt. Vnde pro eo q̄ errant, retrograde dicuntur vel anomala efficiuntur. i. q̄n partibus addūt et detrahunt. Cęterum quando tan-

tum detrahunt retrograde dicuntur, stationem autem faciunt quando stant.

¶ De precedētia & antegradatiōe stellarū. C. lxvii

¶ Precedentia vel antegradatio stellarū ē dū stella motū suum cōsuetum agere videtur et aliquid preter consuetudinem precedit

¶ De remotiōe vel retrogradatiōe stellarū. C. lxviii

¶ Remotio vel retrogradatio stellarum, est in qua stella dum motum suum agat, simul & retrorsum moueri videtur.

¶ De statu stellarum. Cap. lxix.

¶ Satus stellarum est, quia dum stella semper mouetur, tamen in aliquibus locis stare videtur.

¶ De nominibus stellarum quibus ex causis nomina acceperunt. Cap. lxx.

¶ Appellatus est Sol eo q̄ solus appareat, obscuratis fulgore suo cunctis syderib⁹. Luna dicta quasi lucina, ablata media syllaba de qua Virg. Casta faue lucina, sumpsit aut nomen per deriuationem a solis luce, eo q̄ ab eo lum accipiat, acceptūq; reddat. Stelle dicte a stando, quia fixę stant semper in cęlo nec cadūt. Nā q̄ videm⁹ e cęlo stellas quasi labi. non sunt stellę, sed igniculi ab æthere elapsi, qui fiunt dū ventus altiora petēs æthereū ignem secum trahit, qui tractu suo imitat stellas cadentes. Nā stellę cadere non possunt. Immobiles enim vt predictū est sunt, et cū cęlo fixę feruntur. Sydera dictaq; q̄ ea nauigantes confyderando iter dirigunt ad cursus consiliū. ne fallacib⁹ vndis aut ventis alibi deducantur. Quędā aut stellę iccirco signa dicuntur, quia eas nautę obseruāt in gubernandis remigiis, cōtēplantes acie fulgorēq; eorū, quibus rebus status cęli futurus ostendit. Sed et oēs homines ea intendunt ad preuidendū aeris qualitates, per estatē et hyemē vernalēq; tēperie. Ortu eni vel occasu suo, certis stationib⁹ tēporū qualitates significāt. Signorum prim⁹ arcton qui in axe fixus. 7. stellis in se reuolutis rotat. nom. est grecū quod latine vrsa dicitur, quę quia in modū plaustrivertitur. nostri eam septētrionem dixerunt, Triones enim sunt proprię boues aratorii eo q̄ terram terant, quasi teriones. Septētriones aut non occidere, axis vicinitas facit, quia in eo fixę sūt Arctophylax dicitur, quod arcton id est elicen vrsę sequit. Eundem quoq; bootem dixerūt. eo q̄ plaustro heret signū multis spectabile stellis, iter quas et arcturus est. Arcturus sydus est post caudā maioris vrsę, positū in signo bootis. vnde et arcturus dictus est quasi ἀρκτοῦ οὐρα quia bootis precordiis collocatus est. Oritur aut autumnali tēpore. Orion astrū ante tauri vestiga fulget, et dictus orion ab vrina. i. ab inundatione aquarū. Tēpore eni hyemis obortus mare & terras aquis et tēpestatib⁹ turbat. Hunc latini iugulā vocant eo q̄ sit armat⁹ vt gladius, et stellarū luce terribilis atq; clarissimus. In quo si hęc fulgent omnis serenitas portenditur si obscuratur huius acies tēpestatas cernitur imminē di.

nere. Hyades dicte *απο του νειυ*. i. a succo et pluuiis. Nam pluuię gręce *υετοι* dicuntur. Ortu quippe suo efficiunt pluuias. vnde et eas latini succulas appellauerunt, quia quando nascuntur pluuiarum signa monstrantur, de quibus Virgilius. Arcturus pluuiasq; hyadas, sunt aut in fronte tauri septem et oriuntur tempore vernali. Pleides pluralitate dicte quia pluralitatem gręci *πλειοτητα* appellant. Sunt autę stelle septem ante genua tauri, ex quibus *ς*. videntur. Nam latet vna. Has latinivergilias dicunt, a temporis significatione quę vere exoriuntur. Nam occasu suo hyemę, ortu estatem. Primęq; nauigationis tempus ostendunt. Canicula stella quę et syrius dicitur, estiuis mensibus in medio centro cęli est, et dum sol ad eam ascenderit, coniuncta cum sole duplicatur calor ipsius, & dissoluuntur corpora et vaporatur, vnde et ex ipsa stella dies canicularis dicuntur, quando et molestę sunt purgationes. Cuius aut vocatur propterea quod corpora morbo afficiat, siue propter flammę candorem eo quod eiusmodi sit, vt preceteris lucere videatur. Itaque quo magis eam cognoscerent, syrius appellasse. Cometes stella dicta est eo quod comas luminis ex se fundat. Quod genus syderis quando apparuerit, aut pestilentia, aut bella significat. Cometes autę latine crinite appellantur, quia admodum crinium flammam spargunt, quas *στοιχι* dicunt esse vltra. 30. quarum nomina et effectus quidam astrologi scripserunt. Lucifer dicitur eo quod inter omnia sydera plus luce ferat. Est autem vnus ex planetis. Hic proprie et iubar dicitur, eo quod iubar lucis ex se fundat, sed et splendor solis ac lune et stellarum iubar vocatur, quod in modum iubę radii ipsorum extendantur. Vesperus est stella occidentalis, quam cognominatam perhibent a vespero hispanię rege. Est autem et ipsa ex 5. stellis planetis, noctem ducens et solem sequens. Fertur autem quod hęc stella oriens luciferum, occidens vesperum. De qua statim. et alterno deprenditur vnus in ortu. Planetę stellę sunt quę non sunt fixę in cęlo vt reliquę sed in aere feruntur. Dicte autem planetę *απο της πλαυης*. i. ab errore. Nam interdum in austrum, interdum in septentrionem, plerumque contra mundum nonnumquam cum mundo feruntur. quarum nomina gręca sūt. Phęton, phęnoca, pyrion, hesperus, stylbon. Has romani nominibus deorum suorum. i. iouis / saturni / martis / veneris / atque mercurij sacrauerunt. Decepti enim et decipere volentes in eorum adulationem, qui sibi aliquid secundum amorem prestitissent, sydera ostendebant in cęlo, dicentes quod iouis esset illud sydus & illud mercurii, et concepta est opinio vanitatis. Hanc opinionem erroris diabolus confirmauit, Christus euertit. Iam vero illa quę ab ipsis gentilibus signa dicuntur, in quibus animantium imago de stellis formatur, vt arcton / aries / taurus / libra et huiusmodi alia, hi qui sydera pręuiderunt, in numerum stellarum specię corporis superstitione vanitate permoti finxerunt, ex

causis quibusdam deorum suorum imagines et nomina conformantes. Nam arietem primum signum cui vt librę mediam mundi lineam tradunt propter ammonem. i. iouem vocauerunt. quia in eius capite qui simulacra faciunt arietis cornua fingunt. Quod signum ideo gentiles inter signa primum constituerunt, quia in mense martio qui est anni principium sol in eo signo cursum suum peragere dicunt. Sed et taurum inter sydera collocant, et ipsum in honorem iouis eo quod in bouem sit fabulose conuersus quando europem transuexit. Castores quoque et pollucem post mortem inter notissima sydera constituerunt, quod signum gemini dicunt. Cancrum quoque inde dixerunt, eo quod cum ad id signum mense iunio sol venerit retrograditur in modum cancri breuioribusque dies facit. Hoc enim animal incertam habet primam partem. Denique ad vtramque partem gressum dirigit, ita vt prior pars sit posterior & posterior prior. Leonem in gręcia iugentem hercules occidit, et propter virtutem suam hanc inter. xii. signa constituit. Hoc signum sol cum attigerit nimium calorem mundo reddit, & annuus flatus etefias facit. Virgini etiam signum iccirco inter astra collocauerunt. propter quod his diebus in quibus per illud sol decurrat, terra exusta solis ardore nihil pariat. Est enim hoc tempus canicularium dierum, Libram autem vocauerunt ab æqualitate mensis ipsius. quia. viii. kal. octobris sol per illud signum currens. æquinoctium facit, vnde lucanus. Ad iuste pondera librę. Scorpium quoque et sagittarium propter fulgura mensis ipsius appellauerunt. Sagittarius vir equinus cruribus deformatus, cui sagittam et arcum adiungunt. vt ex eo mensis ipsius fulmina demonstrantur. Vnde et sagittarius est vocatus. Capricorni figuram ideo inter sydera finxerunt propter captam iouis nutricem, cuius posteriorem partem corporis in effigiem piscis ideo finxerunt, vt pluuias eiusdem mensis designarent, quas solet idem mensis plerumque in extremis habere. Porro aquarium & pisces, ab iberibus temporum vocauerunt, quod hyeme quando in his signis solvertitur, maiores pluuię profunduntur. Et miranda dementia gentilium, qui non solum pisces, sed etiam arietes et hircos & tauros, vrsasque et canes, cancos & scorpiones in cęlum transtulerunt, Nam & aquilam & cygnum propter iouis fabulas inter cęli astra eius memorię causa collocauerunt. Perseum quoque & vxorem eius andromedam posteaquam sunt mortui in cęlum receptos esse crediderunt. ita vt imagines eorum stellis designarent eorumque appellare nominibus non erubescerent. Aurigam etiam erithonium in cęli astra collocauerunt. propter quod vidissent eum primum quod rigam iunxisse. Mirati sunt enim ingenium eius ad imitationem solis accessisse. & propter hoc nomen eius post mortem inter sydera posuerunt. Sic calisto lycionis regis filia dum a ioue compressa, & fabulose ab iunone in vrsę fuisset speciez conuersa, quę gręce arcton appellatur, post interfectionem

nem ipsius nomen eius iouis cū filio in stellis septentrionalibus trāstulit, eāq; arcton, filiū autē eius arctophylax appellauit. Sicq; lyra pro mercurio ī cęlū locata, sic centaurus chiron propter q̄ nutritur esculapiū & achillē inter astra dinumeratus est. sed quolibet modo superstitiones hæ ab hominib⁹ nūcupentur, sunt tñ sydera quę deus in mūdi principio cōdidit ac certo motu distinguere tēpora ordinauit. Horū igitur signorum obseruationes vel geneses vel cętera superstiosa quę se ad cognitionem syderū coniungunt, i. ad noticiam fatōꝝ & fidei nostrę sine dubitatiōe contraria sunt, sic ignorari debent a christianis, vt nec scripta esse videantur. Sed nōnulli syderū pulchritudine et claritate perlecti, in lapsu stellarū cecatismentib⁹ corruerūt ita vt per supputationes noxias quę mathesis dicitur, euentus rerū præscire posse conentur, quos nō solum christianę religionis doctores, sed etiā gentiliū plato aristoteles atq; alij veritate cōmoti, concordi sententiā dānauerunt dicentes cōfusionē rerū potius de tali suasiōe generari. Nam sicut genus humanū ad varios actus nascendi necessitate premeretur, cur aut laudē mereantur boni, aut malī legū percipiant vltionem. Et quamuis ipsi nō fuerint cęlesti sapientię dediti, veritatis testimonio errores eorū merito pertulerunt. Ordo autē iste septē seculariū disciplinarum, ideo a philosophis vsq; ad astra perductus est, scilicet vt animos seculari sapientia implicatos a terrenis rebus abduceret, et ī superna contemplatione collocaret.

¶ Incipit liber quartus.

¶ De medicina.

Cap. i.

Medicina est quę corporis vel tuetur vel restaurat salutem. Cuius materia versatur ī morbis et vulneribus. Ad hanc itaq; pertinent non ea tantū quę ars eorū exhibet qui pprie medicī nominantur. sed etiā cibus & potus regimē et tegmen, defensio deniq; omnis atq; munitio qua sanū nīm corp⁹ aduers⁹ externos ic̄t⁹ casusq; seruat.

¶ De nomine eius.

Cap. ij.

Nomen autē medicinę a modo, i. a temperamento impositum estimat, vt non satis sed paulatim adhibeatur. Nam in multo contristatur natura, mediocri autē gaudet vnde & qui pigmēta & antidota satis vel assidue biberint vexantur. Immoderatio ei oīs salutē sed periculū affert.

¶ De inuentoribus eius.

Cap. iij.

Medicinę autē artis auctor ac repertor apud gręcos perhibetur apollo. Hanc fili⁹ eius esculapius laude et opere ampliauit, sed postq̄ fulminis ic̄tu esculapius interiit, iterdicta fertur medēdi cura, & ars simul cū auctore defecit lauitq; p annos pene quingentos vsq; ad tēpus artaxerxis regis persarum. Tunc eam reuocauit ad lucem Hippocrates. asclepio patre genitus in insula coo.

¶ De tribus heresibus medicorum.

Cap. iiii.

Itaq; tres viri totidem hereses inuenerunt. Prima metodica inuēta est ab apolline quę remedia sectatur et carmina. Secūda empirica, i. experientissima, inuenta est ab esculapio, quę non indiciorū signis, sed solis constat experientis. Tertiā logica, i. rationalis inuēta ab hypocrate. Iste enī discussis et atū regionū vel egritudinū qualitātib⁹, artis curā rationabiliter perscrutatus est. Emperici enī expetentiam solam sectantur, logici experientię rationē adiungunt. Methodici nec elementorū rationē obseruāt, nec tēpora nec ætates, nec causas, sed sola s morborū substantias.

¶ De quatuor humoribus corporum Cap. V.

Sanitas est integritas corporis et tēperantia naturę ex calido et humido, quod est sanguis vnde et sanitas dicta est, quasi sāguinis stat⁹. Morbi generalivocabulo omnes passionēs corporis cōtinentur, q̄ inde veteres morbum nominauerunt. vt ī ipsa appellatione mortis vim q̄ ex eo nascitur demōstrēt. Inter sanitatē aut et morbum media est curatio, quę nisi morbo cōgruat nō perducit ad sanitatē. Morbi oēs ex quatuor nascuntur humoribus, i. sanguine et felle, melancolica & flegmate. Ex ipsis enī reguntur sani, ex ipsis leduntur infirmi. Dum enim amplius extra cursum naturę creuerint, egritudines faciunt. Sicut aut quatuor sunt elementa, sic & quatuor humores et vnusquisq; humor suum elementum imitatur, sanguis aerē, colera ignē, melencolia terraz flegma aquā. Et sūt quatuor humores sicut quatuor elementa quę cōseruant corpora nōstra. Sanguis ex gręca etymologia vocabulūz sumpsit q̄ vegetetur et sustentetur et viuat. Coleram gręci vocauerunt q̄ vnus diei spacio terminetur. vnde & colera, i. fellicula nominata est. hoc est fellis effusio. Gręci enī fel colē dicunt. Melēcolia dicta, eo q̄ sit ex sāguinis nigri fece admixta abūdantia fellis. Gręci enī melā nigrū dicunt. fel aut colā appellant. Sanguis latine vocatus q̄ suauis sit, vnde et hoies quibus dñatur sanguis dulces & blandi sunt. Flegma aut dixerunt q̄ sit frigida, gręci enī frigus flegmonē appellant. Ex his quatuor humoribus reguntur sani, ex ipsis leduntur infirmi. Dum enim amplius extra cursum naturę creuerint, egritudines faciunt. Ex sanguine aut et felle acutę passionēs nascuntur, quas gręci oxias vocant. Ex flegmate vero et melancoliaveteres cuasę procedunt quas gręci cronias dicunt.

¶ De acutis morbis.

Cap. Vi.

Oxia est acutus morbus qui aut cito transit aut celerius interficit, vt pleuresis, phrenesis. Oxi enī acutū apud gręcos et velocē significat, Chronia est prolix⁹ corporis morbus, qui multo tēporib⁹ remorat, vt podagra phthisis. Chronon enī apud gręcos tēpus dicit. Quędā aut passiones ex pprijs causis nomē acceperūt. Febris a feruore dicta est, est enī abūdantia caloris. Phrenesis apud ij

pellata siue ab impedimento mentis, quia greci mentem frenas vocant, seu quia dentibus frudent. Nam frondere est dentes concutere. Est autem perturbatio cum exagitatione & dementia ex colerica vi effecta. Cardia vocabulum a corde sumpsit dum ex aliquo timore aut dolore afficitur. Cor enim greci cardia vocant. Est enim cordis passio cum formidabili metu. Liturgia a sono vocata, est eius oppressio cerebri cum obliuione & sono iugive luti stertentis. Synancis a continentia spiritus et prefoctione dicta. Greci enim synechi continere dicunt. Qui enim hoc vicio laborant, dolore faucium prefoctantur. Flegmon est feruor stomachi cum extensione atque dolore. Flegmon est inquietudo cum rubore & dolore & extensioe & duritia et vastitate. Quae cum ceperit fieri, inquietudo et febris consequitur. Vnde et dicta est flegmon a potu phlego. i. inflamans, sic enim sentitur, et inde nomen accepit. Pleuresis est dolor lateris acutus cum febre & sputo sanguinolento. Latine enim graece pleura dicitur. Vnde & pleuretica passio nomen accepit. Peripleumonia est pulmonis viciu cum dolore vehementi & suspirio. Greci enim pulmonem pleumon vocant, vnde & egritudo dicta est. Apoplexia est subita effusio sanguinis, qua suffocati intereunt. Dicta autem apoplexia eo quod ex letali percussu repentinus casus fiat. Greci enim percussione apoplexin vocant. Spasmus graece latine contractio subita partium aut nervorum cum dolore nimio. Quam passionem a corde notatam dixerunt, quia in nobis principatum vigoris habet. Fit autem duobus modis, aut ex repletione aut ex inanitione. Titanus maior est contractio nervorum a ceruice ad dorsum. Telum lateris dolor est. Dictum autem ita a medicis, quod dolore corpus transuerberet quasi gladius. Ileus dolor intestinorum, vnde illia dicta sunt. Graece enim ειλειν obuoluere dicitur, quod se intestina praedolore inuoluant. Hi & torminosi dicuntur, ob intestinorum tormenta. Hydrophoba. i. aquae metus. Greci enim hydor aquam vocant, phobon timorem dicunt, vnde et latini hunc morbum ob aquae metum lymphaticum vocant. Fit autem aut ex canis rabidi morsu, aut ex aeris spuma in terram proiecta, quam si homo vel bestia tetigerit, aut dementia repletur, aut in rabiem vertitur. Carbunculus dicitur quod in ortu suo rubeus sit ut ignis, postea niger ut carbis extinctus. Pestilentia est contagiū quod dum unum apprehenderit, celeriter ad plures transit. Gignitur autem ex corrupto aere & in visceribus penetrando mittitur. Hoc & si plerumque per aereas potestates fiat, tamen sine arbitrio omnipotentis dei omnino non fit. Dicta autem pestilentia quasi pestilentia quod veluti in cendium depascat, & toto descendit corpore pestis. Idem & contagium a contingendo, quia quem tetigerit polluit. Ipsa & inguinalia ab inguinum percussione. Eadem & lues, a labe & luctu vocata, quae tanto acuta est ut non habeat spacium temporis quo aut vita speretur, aut mors, sed repentinus langor simul cum morte venit.

De chronicis morbis.

Cap. vii.

Chronica est prolixus morbus qui multis temporibus remoratur, ut podagra phthisis. Chronos enim apud grecos tempus dicitur. Cephalaea ex causa vocabulum habet, capitis eius passio est, et greci cephalin vocant. Scothomia ab accidenti nomen sumpsit quod repetinas tenebras ingerit oculis cum vertigine capitis. Vertigo autem est quotiens cum vetus consurgit & terram in circuitum mittit, sic & in vertice hominis, arteriae et venae vetositate ex resoluta humectatione gignunt, et in oculis gyrum faciunt. Vnde et vertigo nuncupata est. Epilepsia vocabulum sumpsit quod mentem apprehendens, pariter etiam corpus possideat. Greci enim apprehensionem epilepsin vocant. Fit autem ex melancholico humore quotiens exuberaverit, & ad cerebrum conuersus fuerit. Haec passio et caduca vocatur eo quod cadens eger spasmodum patitur. Hos etiam vulgus lunaticos vocat quod per lunae cursum comites eos insania demonum. Idem & laruatio. Ipse est morbus & comitialis. i. maior & diutius quo caduci tenentur. Cuius tantavis est, ut homines concidant sputumque. Comitialis autem dicitur quod apud gentes cum comitiorum die cuius accideret, Comitia dimittebantur. Erat autem apud romanos comitiorum dies solemnus in kalendas ianuarias. Mania ab insania vel furore vocata. Nam grecorum vetustas furorem maniam appellabat, siue ab iniquitate, quam greci maniam vocauerunt. siue a diuinatione, quia diuinare graece mania vocant. Melancholia dicta est a nigro felle. Greci enim nigrum melas vocant, fel autem colere appellant. Epilepsia autem in phantasia fit, melancholia in ratione, mania in memoria. Typi sunt frigidae febres quae abusiue typi appellabantur ab herba quae in aqua nascitur quae latine forma atque statum dicitur. Est eius accessio vel recessio reuolutio per statuta tempora interualla. Reuma graece, latine eruptio siue fluo appellatur. Catarrus est fluo reumatis ex naribus, qui dum ad fauces venerit brachos vocatur, dum ad thoracem vel pulmonem phthisis dicitur. Chotiza est quotiens infusio capitis in ossa venerit narium, & prefoctionem fecerit cum sternutatione vnde & chotiza nomen accepit. Brachos est prefoctio faucium cum frigido humore. greci eius guttur brachos dicitur circa quem fauces sunt, quas nos corrupte brachias dicimus. Raucedo amputatio vocis est, Haec & artheriasis vocatur eo quod vocem raucam reddat ab arteriarum iniuria. Suspirium nomen sumpsit, quia inspirationis difficultas est, quam greci dyspnoiam dicunt. i. suffocationem. Peripleumonia a pulmone nomen accepit. Est pulmonis tumor cum spumae sanguineae effusione, Emoptois emissio sanguinis per os, vnde nomen accepit, haema eius sanguis dicitur. Phthisis est ulceratio & tumor in pulmonibus quae in iuuenibus facilius euenire solet. Phthisis autem apud grecos dicta quod sit totius corporis consumptio. Tussis graece ab altitudine vocatur quod a pseudo pectoris veniat. Cuius contraria est superior in faucibus vbi vna distillat. Apostema a collectione nomen accepit. Nam collectiones greci apostemas

vocāt. Empis dicta ab apostemate intrinsecus vel in latere vel in stomacho cū dolore & febrībus & tussī, et abūdantibus spumis et purulētis. Epaticus morbus a iecoris passione nomē accepit. Gręci enim iecur $\eta\pi\alpha\sigma$ vocāt. Lienosis a splene nomē sumpsit. Gręci enī splen lien dicūt. Hydropisis nomē sumpsit ab aquoso humore cutis. Nā gręci hydor aqua vocauerūt. Est enī humor subcutaneus, cū inflatione turgēte, & anhelitu fetido. Nephresis a renū lāgore nomē accepit, renes enī gręci nephra sin dicunt. Paralysis dicta a corporis impenetratione facta ex multa in frigidatione, aut in toto corpore aut in parte. Caxecia nomē sumpsit a corporis iniuria. Cacexia enī malā vexationē gręci vocauerūt. Fit autē hęc passio ex intemperantia egrotantis, vel curatiōe mala medicaminis. aut post egritudinē tarda resumptio. Atrophia nomē accipit a diminutione corporis. Nā gręci nutrimēti cessationē atrophiam dicūt. Eū enī tenuitas corporis ex causis latētibus & paulatim conualescentibus. Sarcianē superfluū carnis incrementum, quo ultra modū corpora saginātur. gręci enī carnē sarca vocant, Ischialis vocata a parte corporis quā vexat. Nā vertebrae ossa, quorū sumitas iliorū initio terminatur, gręci Ischia vocāt. Fit autē de flegmate quoties descēderit in recta ossa & efficit ibi glutinatio. Podagra gręci a retentiōe pedū dicunt noiatā & a feriali dolore, Siquidē oē quod ī mite fuerit, abusive agreste vocamur. Artericus morbus ab articulari passioe vocabulū sumpsit. Calculus, lapis ē qui ī vesica fit, vñ & nomē accepit. gignitur autē ex materia flegmatica. Straguria dicta est eo quod stringat vrinam difficultatē. Satyriasis iuge desiderium venenis cū extēsiōe naturalium locorū, dicta passio a satyris. Diarria iugis ventris cursus sine vomitu. Dysenteria est diuisio cōtinuatiōis. i. vlcera iō intestini. Dys. enī diuisio ē, entera intestina. Fit autē antecedente fluore, quā gręci diarria vocāt. Lysteria dicta quod cibū tāquā lineā intestini nullis obstaculis faciat, p labi. Colica passio nomē sumpsit ab intestino, quod gręci colon appellāt. Ragadis dicuntur eo quod fissurę sit rugis collectę circa orificiū. hęc & hemorrhoidę a sanguis fluore dicte. gręci enī sanguinē hēma dicunt.

¶ De morbis qui ī superficie cutis vidētur. Cap. viii.

Alopecia est capillorū fluor circūscriptis pilis fulvis aeris qualitatē habētibus. vocata hoc nomē a similitudine animalis vulpeculę quā gręci alopecia vocāt. Parotidæ sunt duricię vlcera collectiōes quę ex febrībus aut ex aliquo alio nascuntur ī aurium vicinitate, vnde & parotidę sunt appellatę. Ota enī gręce auriculę dicitur. Lētigo ē vestigia macularū puula ī rotunditatē formata, a specie lēticolę dicta. Hierispira ē quā latini sacrum appellāt. i. ex cecradū, p atrisim. Siquidē ī superficie, rubore f lam meo cutes rubescūt. Tunc moto rubore quasi ab igne vicina inuadunt loco, ita vti etiā febris excites. Serpedo ē rubor cutis cū pustularū extantia, & nomē sumpsit a serpede, eo quod serpat p mēbra. Impetig-

go ē sicca scabies pminens a corpore, cū asperitate & rotunditate formę. Hęc vulgus sarnaz appellat. Prurigo vocata a perurēdo & ardēdo. Myctalmus ē passio quę p diēvisus patentibus oculis denegat, et nocturnis irruētibus tenebris reddit, aut versa vice vt plerique volūt, die reddit, nocte negat. Verrucę aliud sūt, phthiriasis aliā verrucę sigillati sūt, phthiriasis vero vna fortior, & circa ipsam plures iueniunt. Scabies & lepra vtraque passio ē asperitas cutis cū pruritu & squamatiōe, sed scabies tenuis asperitas et squamatio ē. Hic denique nomē accepit, quę ita veluti purgamenta amittat. Nā scabies quasi squamias. lepra vero cutis asperitas squamosa lepide herbe similis, vñ et nomen sumpsit. Cuius color nunc ī nigredine vertitur, nunc ī alborē, nunc ī ruborē. In corpore hoīs ita lepra dinoscitur, si variatim iter sanas cutis partes color diuersus appareat, aut si ita se vbi que diffundat, vt oīa vni coloris quauis adulterifaciat. Elephantiacus morbus dicitur ex similitudine elephantis, cuius naturaliter dura pelle & aspera, nomē morbo ī hoībibus dedit quia corporis superficiē similem facit elephantorū cui siue quia īgens passio est, sicut animal ipsum ex quo deriuatum ducit nomē. Isteris gręci appellāt a cuiusdam animalis nomine, quod sit coloris fellei. Hęc morbum latini arcum dicitur a similitudine celestis arcus. Aurigine vero Varro appellari ait a colore auri. Regium autē morbum idē estimāt, dicitur quod vino bono & regalibus cibis facilius curetur. Cácer a similitudine maritimi animalis vocatum vulnus sicut medici dicunt nullis medicamentis sanabile. Ergo precidi solet a corpore membrum vbi nascitur, vt aliquantū viuat, tñ inde morte quolibet tardius affuturā. Hordeolus est puissima ac purulenta collectio ī pilis palpebrarū constituta, ī medio lata & ex vtroque conducta hordei granū similis, vñ & nomē accepit. Furunculus ē tumor ī acutum surgens dicitur quod ferueat, quasi ferunculus, vñ & gręce antrax dicitur quod sit igneus. Oscitatio est quia infantium ora exulcerat, dicta ex langore oscitantiū. Frenusculi vlcera circa rictum oris, similia his quę sūt iumentis asperitate frenorū. Vlcus putredo ipsa vulnus quod ferro fit. quasi vlcus & vlcus, quod dolet quasi vlcus, vñ et vlcera. Pustula est ī superficie corporis turgens veluti collectio. Papula est puissima cutis erectio circūscripta cū rubore, & ideo papula dicta quasi papula. Sanies dicta, quia ex sanguine nascitur. excitatio enī calore vulneris sanguis ī sanie vertitur. Nā sanies nō fit in quocūque loco, nisi vbi sanguis aduenerit. quia omne quod putrescit nisi calidū & humidū fuerit, quod est sanguis putrescere nō potest. Sanies autē & tabes sibi differunt. Fluere enī sanie viuorū est, tabes vero mortuorum. Cicatrix est obductio vulneris. naturalē colorē partibus seruans, dicta quod obducatur vulnera atque obcæcat.

¶ De remediis et medicaminibus. Cap. ix.

Medicinę curatio nō est spernenda. Meminimus enī & Esaiā Ezechie languentia aliquid medicinale mendasse. & Paulus apud

stolus Timotheo modicum vinum prodesse dixit. Curatio aut morborum tribus generibus constat. Pharmacia quam latini medicamina vocant. Chirurgia quam latini manu operationem appellant. manus eius apud grecos chir vocatur. Dieta quam latini regulam nuncupant, est enim observatio legis et vite. Sunt aut omnis curationis species tres. Primum genus dieticum, secundum pharmaceuticum, tertium chirurgicum. Dieta est observatio legis ac vite. Pharmacia est medicamentorum curatio. Chirurgia est ferramentorum incisio. Nam ferro inciduntur que medicamentorum non senserunt medicinam. Antiquior autem medicina herbis tantum et succis erat. Talis enim medendi usus cepit, deinde ferro & ceteris medicamentis. Omnis aut curatio aut ex contrariis aut ex similibus adhibetur. Ex contrariis ut frigidum calido humido siccum sicut & in homine superbia sanari non potest nisi humilitate fauetur. Ex similibus vero sicut ligamentum vel rotundo vulnere rotundum vel oblongo oblongum apponitur. Ligatura in pensa non eadem membris & vulneribus omnibus, sed similis simili cooperatur, que duo etiam ipsa adiutoria nominibus suis significant. Nam antidotum grece latine ex contrario dicitur. Contraria enim contrariis medicinae ratione curantur. At contra ex simili, ut picra quod interpretatur amara, quia gustus eius amarus est. Ex convenienti enim nomen accepit, quia amaritudo morbi amaritudine solvi solet. Omnia autem medicamenta ex propriis causis habent vocabula. Hiera enim dicitur quasi divina. Arteriaca que apta sint gutturis meatui, & tumores faucium et arteriarum leniant. Tiriaca est antidotum serpentinum quo venena pelluntur, ut pestis peste solvatur. Cathertica grece latine purgatoria dicitur. Catapodia eo que modicum potetur seu inglutitur. Diamoron a succo morae nomen sumpsit ex quo conficitur. sicut diacodion, quia ex codia id est expapauere fit, sicut diacodion quia ex seminibus componitur. Electuarium vocatur eo que molle sorbeatur. Trochiscus dicitur, quia in modum rotule deformatur. Trochos enim grece rota dicitur. Collyria latino sonant que vicia oculorum detergant. Epithema eo que superponatur aliis adiutorii precedentibus. Cataplasma eo que inductio sola fit. Emplastrum eo que inducatur. Malagma eo que sine igne maceretur et comprehendatur. Anema grece latine relaxatio dicitur. Pessarium dicitur que in iunguntur. Medicinam iumentorum chiron quidam grecus inuenit, inde pingitur dimidia parte homo dimidia equus. Dicitur autem chiron απο τισ χει πο υρ Υικησ, quia chirurgicus fuit appellatus. Creticos dies medici vocant, quibus credo ex iudicio infirmitatis hoc nomen impositum esse, que quasi iudicent hominem ex sententia sua aut puniant aut liberent.

A De libris medicinalibus Cap. x.
Forismus est sermo brevis integrum sensum rei propositae scribens. Prognostica praeui-

sio aegritudinum, vocata a prenoscendo. Oportet enim medicum & praeterita agnoscere & praesentia scire, & futura praevidere. Dynamidia potestas est herbarum. i. vis & possibilitas. Nam in herbarum cura vis ipsa dynamis dicitur. Unde & dynamidia nuncupatur. ubi eorum medicinae scribuntur. Butanicum herbarium dicitur. que ibi herbae notentur.

De instrumentis medicorum. Cap. xi.

Anchiridion dicitur que manu stringatur, dum plurima contineat ferramenta. Chir enim grece manus vocatur. Flebotomum ab incisione vocatum. Nam incisio grece tomi dicitur. Similaria angistrum spatomele, guuia que a latinis a similitudine cucurbitae a suspirio veteris vocatur. Denique animata spiritu per igniculum, dehinc praeciso corpori superposita, omne quod inter cutem vel altius estuat, siue humorem siue sanguinem vocat in superficiem. Clistere est instrumentum quod anema iniunguntur. Pila a pisendis seminibus. i. terendis. Hinc & pigmenta eo que in pila & pilo aguntur quasi pigmenta. Est enim pila vas concavum & medicorum aptum usui, in qua proprie trisane fieri & pigmenta concidi solent. Varro autem refert pilumnus quendam in italia fuisse, que pisendis praefuit aruis. unde & pilumni & pistores. Ab hoc ergo pilum & pila inuenta quibus far pinsit et ex eius nomine ita appellata. Pilum autem est unde contunditur quicquid in pila mittitur. Mortarium que ibi iam semina in pulverem redacta & mortua codiantur. Citicula est in qua circumducta collyria resoluuntur, erit enim lenis. Nam aspera frangi potius quam resolui collyrium facit.

De odoribus et unguentis. Cap. xii.

Odor vocatur ab aere. Thymiana lingua grece vocatur que fit odorabile. Nam thymo dicitur flos qui odorem refert, de quo Virg. Redolent que thymo fragrantia mella, Incensum dicitur, quia igne consumitur dum offertur. Tetraidos, formulae incensum in longitudinem porrectae, que fiunt ex quatuor pigmentis. Quatuor enim grece terra, formula idos dicitur. Stactae est incensum quod ex pressura manat, dicitur a grecis απο το υσ τα ρειν quod est manare siue distillare. Myrobolanum quia fit ex glande odorata de quo Orati. Et pressa tuis balanus capillis. Oleum est purum nullique rei admixtum. Unguentum vero est oleum quod ex communi oleo confectum, aliarum specierum commixtione augetur. odoris iucunditatem sumens, & longius redolens. Unguenta autem quaedam dicuntur a locis, ut telinum. cuius Iulius caesar meminit dicens. corpusque suavi telino unguimur. Hoc conficiebatur in insula telo. que evna ex cycladibus. Sunt et quaedam ab inuentione noie ut amaracinum. Nam quidam tradunt regium quaedam puerum amaracum noie. complura unguentorum genera ferentem casu prolapsam esse & maiorem ex commixtione odorem creasse. unde nunc optimam unguenta amaricina dicitur. sunt autem ex genere florum. Item alia que a materiae suae qualitate dicitur. ut rosaceum a rosa, cyprinum a flore cyprique proinde & propria ma-

teriae odorē referunt. Ex his quēdā simplicia vnguenta sunt quę ex vna tm̄ specie existūt, vñ & suo noīe referunt odoratū. vt anetinū, est enī sincerum ex oleo et aneto tm̄. cōposita aut sunt, quę a pluribus admixtis fiunt, vñ et noīs sui odorē non habēt quia obtinentib⁹ aliis quę admiscuntur, incertū odorē inducūt. vt cerotū, calcasticum, marciacum.

¶ De initio medicinę.

Cap. xiiii.



Veritur a quibusdā quare inter ceteras liberales disciplinas medicinę ars non cōtineatur! Propterea quia ille singulares cōtinent causas. ista vero oīm. Nā et grāmaticā medic⁹ scire iubet. vt intelligere vel exponere possit quę legit. similiter & rhetoricā, vt veracibus argumentis valeat diffinire quę tractat. necnō et dyalecticā propter infirmitatum causas rōne adhibita perscrutandas atq; curādas Sic & arithmeticā propter numerū horarū in accessionib⁹ & periodis dierū, nō aliter & geometriā ppter qualitates regionū et locorū situs in quibus doceat quid quisq; obseruare debeat. Porro musica incognita illi nō erit. Nā multa sunt quę in egris hominib⁹ p hanc disciplinā facta legūtur, sicut de dauid legitur Qui a spiritu immūdo Saulē arte modulationis eripuit. Asclepiades quoq; medic⁹ phreneticū quendā per symphoniam pristinę sanitati restituit. Postremo & astronomiā notā habebit, per quā contēpletur rationem astrorū et mutationes tēporum. Nā sicut ait quidā medicorū, cū ipsorū qualitibus et nostra corpora cōmutantur. hinc quę medicina secunda philosophia dicitur. Vtraq; enī disciplina totum hominem sibi vendicat. Nam sicut per illam anima, ita per hanc corpus curatur.

¶ Incipit liber quintus.

¶ De auctoribus legum

Cap. I.

Moyse gentis hebreę primus oīm diuinas leges sacris literis explicauit. Ptolomæus rex gręcis primus leges iudiciaq; cōstituit Mercuri⁹ trimegistus primus leges ægyptijs tradidit. Solon prim⁹ leges atheniensib⁹ dedit. Licurg⁹ prim⁹ lacedæmonis iura legū ex apollinis auctoritate cōficit. Numa pōpili⁹ qui romulo successit in regno prim⁹ leges romanis edidit. Deinde cū populus seditiosos magistratus ferre nō posset decē viros legibus scribēdis creauit, qui leges ex libris Solonis in latinū sermonez transfatas. xii. tabulis exposuerūt. Fuerunt aut hi Appius claudi⁹. T. gentilius. P. festius. L. veturius. G. iulius. A. manlius. P. sulphiti⁹. P. curiati. T. remuli⁹. Sp. posthumi⁹. Hi decē viri legū cōscribendarū electi sunt. Leges autē redigere in libris prim⁹ consul pompeius instituerē voluit, sed non perseuerauit obtrectatorū metu. Deinde cęsar cepit id facere, sed ante interfect⁹ est. Paulatim aut antiquæ leges vetustate et incuria

exoluerunt, quarū et si nullus iam vñ est. noticia tm̄ necessariā videtur. Leges nouæ a Constantino cęsare ceperunt & reliquis succedentib⁹, erantq; permixtę et inordinate. Postea Theodosius minor augustus ad similitudinē gregoriani & hermogeniani codicem factum constitutionum a constantini temporibus sub proprio cuiusq; imperatoris titulo disposuit, quem a suo nomine Theodosianuz vocauit.

¶ De legibus diuinis et humanis.

Cap. ij.

Omnes autem leges aut diuinæ sunt aut humane. Diuinæ natura, humane morib⁹ constant, iōq; hæ discrepant, quoniam aliæ aliis gentibus placent. Fas lex diuina est. ius lex humana. Transire per agrum alienum fas est, ius nō est.

¶ Quid differunt inter se ius leges & mores

Capitulum.

ij.



Lex generale nomen est. Lex autem iuris est species. Ius autē dictum, quia iustum est. Omne autem ius legibus et moribus constat. Lex est constitutio scripta. Mos est vetustate probata consuetudo, siue lex non scripta. Nam lex a legendo vocata, quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est, de moribus tantummodo tracta. consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum quod pro lege suscipitur cum deficit lex, nec differt scriptura an ratione consistat quando et ratio legem commendat. Porro si ratione lex constat, lex erit omne iam quod ratione constiterit, dumtaxat quod religioni congruat, quod disciplinæ conueniat, quod salutē proficiat vocata autem consuetudo, quia in cōmuni vsu est.

¶ Quid sit ius naturale.

Cap. iij.

Ius autem naturale est, aut ciuile, aut gentium. Ius naturale est comune omnium nationum eo quod vbiq; instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur, vt viri et foeminae coniunctio, liberorum successio et educatio, cōmunis omnium possessio, et omnium vna libertas, acquisitio eorum quæ cælo, terra mariq; capiuntur. Item depositę rei vel commodatę pecunię restitutio, violētia per vim repulsio. Nam hoc aut si quid huic simile est nunq̄ iniustum, sed naturale equumq; habetur.

¶ Quid sit ius ciuile.

Cap. v.

Ius ciuile est, quod quisq; populus vel quęq; ciuitas sibi propriuz, humana diuināq; causa constituit.

¶ Quid sit ius gentium.

Cap. vi.

Ius gentium est sedium occupatio, edificatio, munitio, bella, captiuitates, seruitutes, postliminia, fœdera pacis inducię, legatorū non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. et inde ius gētium, quia eo iure omnes fere gentes vtuntur.

¶ Quid sit ius militare.

Cap. vii.

Ius militare ē belli iheredi solēnitas, fœderis faciēdi nex^o, signo dato cōgressio ī hostē v^l cōmissio itē signo dato receptio, Itē flagitiū militaris disciplina, si locus deseratur. Item stipendiorum modus, dignatum gradus, præmiorū honor, veluti cum corona vel torques donantur. Item prædę decisio, & p^{er} personarū qualitatib⁹ et laboris iusta diuisio, ac principis portio.

¶ Quid sit ius publicum.

Cap. viii.

Ius publicum est in sacris, et in sacerdotibus, et ī magistratibus.

¶ Quid sit ius quiritum.

Cap. ix.

Ius quiritum est proprie romanorum, quod nulli tenent nisi quirites. i. romani, tanq̄ de legitimis hereditatib⁹, de cretionibus, de tutelis, de v^lucapionib⁹ que iurā apud nullū populū reperiunt sed ppria sunt romanorū & in eosdem solos cōstituta. Cōstat aut ius qritū ex legib⁹ & plebiscitis & constitutionibus p^{ri}cipum, et edictis siue prudentium responsis.

¶ Quid lex.

Cap. x.

Lex est cōstitutio populi, qua maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt.

¶ Quid scita plebium.

Cap. xi.

Scita sunt, quæ plebes tm̄ cōstituunt, et vocata scita q̄ ea plebs sciat, velq̄ sciscitat & rogat vt fiāt

¶ Quid senatusconsultum.

Cap. xii.

Senatusconsultum est, q̄ tantum senatores populis consulendo decernunt.

¶ Quid cōstitutio & edictū.

Cap. xiii.

Cōstitutio vel edictum, quod rex vel imperator constituit vel edicit.

¶ Quid respōsa prudentium.

Cap. xiiii.

Respōsa sunt, que iuriscōsulti respōdere dicunt cōsulentib⁹, vñ et respōsa Pauli dicta fuerūt eī quidā prudentes et arbitri æq̄tatis qui cōstitutioes ciuiles iuris cōpositas ediderūt, quib⁹ dissidentiū lites contētionesq; sopirent.

¶ De legibus consularibus et tribunitiis.

Cap. xv.

Vedā etiā leges dicunt ab his qui condiderūt. vt cōsulares, tribunitiē iulie cornelię. Nā & sub Octauiano cęsare suffecti cōsules. Papi⁹ & Pōpei⁹ legē tulerūt q̄ a noībus eorū appellat̄ papia pōpeia cōtinens patrū præmia p̄ suscipiendis liberis. Sub eodē quoq; iperatore Falcidius tribunus plebis legē fecit, ne quis plus extraneis in testamento legaret q̄ vt quarta pars superesset heredibus, ex cuius nomine lex falcidia nuncupata est. Aquilius quoq; legem condidit, quæ hæctenus aquilia nūcupat̄

¶ De lege satyra.

Cap. xvi.

Satira vero lex est, que de pluribus rebus simul loquitur. dicta a copia rerū, quasi a satietate, vnde & satyrā scribere & poemata varia cōdere, vt Oratii Iuuenalis & Persii.

¶ De legibus rhodis.

Cap. xvii.

Rhodiæ leges naualium commertiorū sunt ab insula Rhodo cognominatæ, in qua antiquit⁹ mercatorum vsus fuit.

¶ De priuilegiis.

Cap. xviii.

Priuilegia autem sunt leges priuatorum, quasi priuatæ leges. Nam priuilegium inde dictum q̄ in priuato feratur.

¶ Quid possit lex.

Cap. xix.

Omnis aut lex, aut permittit aliquid, vt vir fortis petat premiū, aut vetat, vt sacrarū virginū nuptias nulli petere liceat, aut punit vt qui cędem fecerit capite plectatur, eius enim p̄mio aut pœna vita moderatur humana.

¶ Quare lex facta sit.

Cap. xx.

Actę sunt aut leges vt earū metu humana coerceatur audacia, tutaq; sit inter improbos innocentia, et in ipsiis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas.

¶ Qualis debeat fieri lex.

Cap. xxi.

Rit aut lex honesta iusta possibilis secundū naturā, secundū patriæ cōsuetudinē, loco tēporiq; cōueniens, necessaria, vtilis, manifesta quoq; ne aliquid p̄ obscuritatem in captione cōtineat, nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta.

¶ De causis.

Cap. xxii.

Dragma græcum est, quod latine causa dicitur, vnde & pragmatica negocia dicunt et actor causarum et negociorum pragmaticus nuncupatur.

¶ De testibus.

Cap. xxiii.

Astes sunt a quibus quæritur veritas in iudicio. Quos quisq; ante iudicium sibi placitis alligat nec cui sit postea liberum aut dissimulare, aut subtrahere se, vnde et alligati appellantur. Item testes dicti q̄ testamento adhiberi solent, sicut signatores qui testamentum signant.

¶ De instrumentis legalibus.

Cap. xxiiii.

Aoluntas est generale nomen omnium legalium iustrumentorum, quæ quia nō v^l sed voluntate procedit. ideo tale nomen accepit, Testamentum vocatum, quia nisi testator mortuus fuerit, nec confirmari potest nec sciri qd in eo scriptum sit, quia clausum et obsignatum est inde dictum Testamentum quia nō valet nisi post testatoris monumentum, vnde et Apostolus. Testamentum inquit in mortuis confirmatur. Testamentum sane in scripturis sanctis non hoc solum dicitur quod non valet nisi testatoribus mortuis s; omne pactum et placitum testamentum vocabant. Nam laban et iacob testamentum fecerunt, quod vtiq; etiā iter viuos valeret. Et in psalmis legit̄, aduersus te testamentū disposuerūt. hoc ē pactū & in numerabilia talia. Tabulę testamēti ide appellatę sunt quia añ chartę & mēbranarū vsus, in dola-

tis tabulis nō solum testamenta, sed etiam epistola rū alloquia scribebantur. Vnde & portitores earū tabellariū vocarētur. Testamentū iuris ciuilis est quinq; testim signis subscriptione firmatū. Testamentū iuris prætorij est septem testiū signis firmatū, sed illud apud ciues fit, inde ciuile illud ad prætores inde iuris prætorij. Testamentū autem signare notare est. i. vt notum sit q; scriptum est. Holographū testamentū est manu auctoris totum conscriptum, atq; subscriptum. vnde et nomē accepit. Greci enī holon totum, graphin literam vocant. Irritū testamentū est, si is qui testatus est, capite diminutus est, aut si non rite factum sit. In officiosum testamentū est, quod frustra liberis exheredatis sine officio naturalis pietatis in extraneas personas redactum est. Ruptū testamentum inde vocatum eo q; nascente posthumo, neq; exheredato nominatim, neq; hærede instituto dirūpitur. Suppressum testamentū est, quod in fraude heredum vel legatariorū seu libertorum non est palam prolatum, quod si non latet, tamen si prædictis personis non profertur, supprimi tñ videtur. Nuncupatio est quā in tabulis cerisq; testator recitat, dicēs. Hæc vt in tabulis cerisq; scripta sunt, ita dico, ita lego, itaq; vos ciues romani mihi testimoniū perhibere & hoc dicitur nūcupatio. Nuncupare enī est in palam noīare & cōfirmare. Ius liberorū est coniugium sine liberis inuicem pro loco pignorū hereditatis alterna conscriptio. Codicillum, vt veteres aiunt sine dubio ab auctore dictum, qui hoc scripturæ genus instituit. Est aut scriptura, nulla indigens solemnitate verborū, sed sola testatoris voluntate, qualiscunq; scripturæ significatione expressa. Cuius beneficio voluntatibus defunctorum cōstat esse subuētū propter legalium verborum difficultatē, aut certe propter necessitatem adhibendorū solemnium, ita vt qui scribit titulū eiusdē scripturæ codicillum vocet. Sicut aut codicillus fit vice testamenti, ita epistolavice codicillorum. Cretio est certus dierū numerus, in quo institutus hæres aut adit hereditatem aut finito tēpore creationis excluditur, nec liberū est illi ultra capiendę hereditatis. Cretio appellata est quasi decretio. i. decernere vel constituere, vt puta ille hæres mihi esto, additurq; cernitoq; infra dies tot. Adeundarū autem hereditatum centesimus statutus erat dies quibus non est cretio addita. Fideicommissum dictum, vt fiat quod a defuncto cōmittitur. Nam fides dicta eo q; fiat, quod tamen non directis verbis, sed præcatiuis exposcitur. Pactū dicitur inter partes ex pace cōueniēs, scriptura, legibus, ac moribus cōprobata, & dictum est pactū quasi ex pace factū, ab eo q; est pango, vñ & pegigit fœdus. Placitū quoq; similiter ab eo q; placet. Alii dicūt pactum esse quod volens quisq; facit, placitū vero etiā nolēs cōpellitur, veluti quando quisq; paratus sit in iudicio ad respondendum q; nemo potest dicere pactum sed placitum. Mau-

datum dictum q; olim in cōmisso negotio alter alteri manum dabat. Ratum vero quasi rationale & rectū, vnde & qui pollicetur dicit ratum me esse profiteor, hoc est firmum atq; perpetuum, rite aut esse non recte, sed ex more. Chirographū, cautio vel conscriptio duarum instar chartarum, græce enim manu scriptum dicitur cautio. Emptio & venditio est rerū commutatio atq; contractus, ex conuenientia veniens. Emptio autē dicta, q; a me tibi fit, venditio quasi venūdatio, i. a nundinis. Donatio est cuiuslibet rei transactio, dictum autē dicunt donationem, quasi doni actionem, & dotem quasi do item. Præcedente enim in nuptiis donatione, dos sequitur. Nam antiquus nuptiarum erat ritus, quo se maritus et vxor inuicem emebant, ne videretur vxor ancilla, sicut habemus in iure. Inde ē q; præcedēte donatione viri, sequitur dos vxoris. Donatio vsufructuaria ideo dicitur, quia donator ex ea vsufructum adhuc retinet, seruato cui donatum est iure. Donatio directa ideo nuncupatur, quia & iure & vsu statim transit in alterū, nec ultra aliquid inde ad ius donatoris retorquetur. Conditiones propriæ testium sunt, & dictę conditiones a cōdicendo quasi conditiones, quia nō ibi testis vnus iurat, sed vel duo vel plures. Nō enim in vnus ore, sed in duorum aut trium testiū stat omne verbum, Item conditione q; inter se conueniat sermo testium quasi cōditiones. Stipulatio est promissio vel sponsio. vnde et promissores stipulatores vocantur. dicta autem stipulatio a stipula. Veteres enim quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes sponsiones suas agnoscebant, siue q; stipulum iuxta Paulum iuridicum firmum appellauere. Sacramētum est pignus sponsionis, vocatum autem sacramētum quia violare quod quisq; promittit perfidiæ est.

¶ De rebus.

Cap. xxv.

Hereditas est res quę morte alicui ad quępiā puenit, vel legato testō vel possessione retēta. Dicta aut hereditas a reb⁹ aditis, siue ab ere quia qui possidet agrū & cēsū soluit, inde & res. Res sunt quę in nostro iure consistunt. Iura autē sunt, quę a nobis iuste possidentur, nec aliena sunt, dicta autem res a recte habendo, ius a iuste possidendo. Hoc enim iure possidet quod recte, hoc recte quod bene. Quod autem male possidet alienum alienum est. Male autem possidet q; vel suis male vt it. vt aliena præsumit. Possidet autem iuste, qui non irritet cupiditate. Qui autē cupiditate teneat possessus est, nō possessor. Bona sūt honestorum seu nobilium, quę proinde bona dicuntur, vt non habeant turpēsūm, sed ea hoīnes ad res bona vtantur. Peculium proprię minorū ē personarū siue seruorum. Nam peculiū est quod pater vel dñs filiū suū vel seruū pro suo iure tractare patitur, Peculium autē a pecudibus dictum, in qui

bus veterū constabat vniuersa substantia. Bonorū possessio est ius possessionis, certo ordine certoq; titulo acquisita. Intestata hereditas est, quę testamēto scripta nō est, aut si scripta sit, iure tamen nequa q̄ est edita. Caduca inde dicuntur, quia eius heredes ceciderunt. Familię heriscundę est diuisio hereditatis inter heredes. Heriscundę enī apud veteres diuisio nūcupatur. Cōmuni diuidundo est inter eos quibus cōmunis res est, quę actio iubet postulantibus his arbitrū dari, cuius arbitratu res diuidantur. Finium regundorum actio dicta eo q̄ per eam regantur fines vtriq; ne dissipētur, dū modo non angustiore quinq; pedū loco ea controuersia sit. Locatio est res ad vsu m data, cū diffinitōe mercedis. Conductio est res in vsu accepta cum cōstituta mercede. Res credita est quę in obligatione ita deducta est, vt ex tempore quo contrahebatur certū sit eam deferre. Vsura est incrementuz fenoris, ab vsu eris crediti nūcupata. Cōmodum est id quod nostri iuris est, et ad alios tēporaliter translatum est, cum modo tēporis quādiu apud euz sit. vnde et cōmodū dictū est Preçarium est dū preçe creditor rogatus permittit debitore in possessione fūdi sibi obligati demorari, et ex eo fructus capere. Et dictum preçarium, quia preçe auditur, quasi p̄ cadium r̄ pro d̄ litera cōmutata. Mutuum appellatum est, quia id quod a me tibi datur ex meo tuum fit. Depositum est pignus cōmendatum ad tempus quasi diu positum. Deponere autem quis videtur cum aliquid metu furti incendiū, naufragii, apud alium custodia causa deponit. Interest autē in loquendi vsu inter pignus et arram. Nam pignus est quod datur p̄pter rem creditā quę dum redditur statim pignus aufertur. Arra vero est quę primum pro re bonafidei cōtractu empta ex parte datur & postea cōpletur. Est enī arra cōplenda, nō auferēda. vnde qui habet arram non reddit sicut pignus sed desyderat plenitudinē, & dicta arra a re p̄ qua tradit. Itē inter pign⁹ et fiducia et hypothecā. hoc interest. Pignus enī est quod p̄pter rem debitā obligatur, cuius rei possessionē solam ad tempus cōsequitur creditor, ceterum dñūm penes debitorem est. Fiducia est, cū res aliqua sumēdę mutue pecunię gratia vel mācipatur, vel in iure credit. Hypotheca est, cū res aliqua cōmodatur sine depositio ne pecunię vel pignoris, pacto vel cautione sola i terueniente. Momentū dictum a tēporis breuitate vt tam cito quā statim saluo negotio reformetur, nec in vllam moram produci debeat quod repetit̄ sicut nec vllū spaciū est momenti, cuius taz breuis est temporis punctus vt in aliquā morā nullo modo producat. Instrumentū est vnde aliquid cōstruimus vt cultrus / calamus / ascia. Instructū quod per instrumentū efficiat. vt baculus, codex, tabula. Vt quo in re instructa vt imur, vt in baculo inniti, in codice legere, in tabula ludere, sed & ipse fruct⁹ agrorū quia eo vtimur vsus vocatur. Hęc sunt illa tria.

Vsfructus aut vocatur quia solo vsu habetur eius fructus, manēte apud alium iure. Vsucapio est adēptio domini, per cōtinationem iuste possessionis vt biennii aut alicui⁹ temporis. Mancipatio dicta ē quia manu res capitur. Vnde oportet eum qui mācipium accipit, cōprehendere idipsuz quod de mācipio datur. Cessio est proprie rei cōcessio sicut est illud, cedo iure propinquitatis. Cedere enī dicim⁹ quasi concedere, i. quę propria sunt Nam si aliena restituim⁹, non cedim⁹, Nam cedere proprie diciē qui cōtraveritatē alteri consentit, vt Cicero. Cessit inquit amplissimū viri auctoritati vel potius paruit Interdū est quod a iudice non imperpetuū sed pro reformando momēto ad tēpus, interim dicitur, salua propositione actionis ei⁹. Preciū vocatum eo q̄ prius illud dam⁹, vt pro ei⁹ vice, rem quam appetimus possidere debeam⁹. Cōmertū dictū a mercibus quo nomine res venales appellamus. Vnde et mercat⁹ dicitur cetus multorū hominū, qui res vendere vel emere solent, Integri restitutio est cause vel rei reparatio. Causa redintegratur, quę vi potestatis expleta non est, Res redintegratur, quę vi potestatis ablata atq; exorta est.

¶ De criminibus in lege constitutis. Cap. xxvi.

Quārimen a carendo nomen habet vt furtuz falsitas & cetera quę nō occidūt, sed infamāt. Facin⁹ dictū a faciēdo malū quod noceat alteri. Flagitiū a flagitando corruptelā libidinis qua noceat sibi. Hęc sunt duo genera omniū peccatorū. Vis est virtus potestatis, per quam causa siue res vel aufertur vel extorquetur. Vis priuata est si quis ante iudiciū armatis hoib⁹ quęque a suo deiecerit vel expugnauerit. Vis publica est si quis ciuē ante populū vel iudicē vel regem appellatē necauerit, aut torserit siue verberauerit, vel vixerit. Dolus ē mētiscalliditas, ab eo q̄ deludat Aliud enim agit, & aliud simulat. Petronius aliter estimat dicens, Quid est iudicis dolus? Nimirū vbi aliquid factum est, quod legi dolet, habetis dolum accipite nunc malum. Calumnia est iurgium alienę litis, a caluendo, i. decipiēdo dicta. Falsitas appellata a fando aliud q̄ verum est. Iniuria est iniusticia. Hinc est illud Virgilij. Cum turni iniuria matre admonuit. Iniuria est qui audet aliquid contra ordinē iuris. Seditio dicitur dissentio ciuium, q̄ seorsum alij ad alioseunt. Nam hi maxime turbatione rerum & tumultu gaudent. Sacrilegiū proprie est sacrarum rerum furtum, postea & in idolorum cultu hesit hoc nomen. Adulterium est illusio alieni coniugij, q̄ quia alter alterius thorum commaculauit, adulterij nomē accepit. Stuprum, rapt⁹ proprie ē illicit⁹ coitus, a corrupēdo dictus Vnde Virgilius. Rapto potit̄. i. stupro fruitur. Homicidij vocabulū compositum est ex homine & cede. Qui ei cedere in hominē fecisse compertus erat homicidaz veteres appellabāt. Parricidii actio nō solū i eū datur qui parentē, i. qui patrez vel matre interemif

set, sed et in eum qui fratrem occiderat, et dictum parricidium quasi parentis cedium. Interneciei iudicium in eum dabatur, qui falsum testamentum fecerat et ob id hominem occiderat. Accusatorem eius bonorum possessio sequebatur. Interneciei autem significatio est quasi hominis quedam enecatio. Nam prepositionem interpretabant ne. Neuius. Mare interbibere. et Plautus. Interluere mare, i. ebibere & eluere. Furtum est rei alienae clandestina cōtrectatio, a furuo, i. fuscovocatum, quia in obscuro fit. Furtum autem capitale crimen apud maiores fuit, ante poenam quadrupli. Persuasio est rei alienae manifesta presumptio. Furtum autem earundem rerum fit, quae de loco in locum transferri possunt, persuasio autem et earumque transferuntur et earum quae immobilia sunt. Inficiatio est negatio debite rei cum a creditore deposcitur. Idem et adiuratio, i. rei debite negatio. Ambitus iudicium in eo est qui largitione honorem capit & ambit, amissurus dignitatem quam munere inuadit. Peculatus iudicium in eos datur qui fraudes aerario faciunt, publicamque pecuniam interuertunt. Nam pecunia peculatum est iudicium. Non autem si iudicatur furtum rei publicae sicut rei privatae. Nam ille sic iudicatur ut sacrilegus, quia fur est sacrorum. Repetundarum accusatus qui pecunias a socijs cepit. In hoc iudicio reus si ante moriatur in bona eius iudicium redditur. Incesti iudicium in virgines sacratas vel propinquas sanguine constitutum est. Qui enim talibus miscentur incesti, i. incesti habentur. Maiestatis reatu tenentur hi qui maiestatem regiam leserunt vel violauerunt, vel qui rem publicam prodiderunt, vel cum hostibus consenserunt. Piaculum dictum pro eo qui expiari potest, commissae sunt enim quae erant quoquo ordine expianda.

¶ De poenis in legibus constitutis. Cap. xxvii.

Multipliciter malum appellatur, unum quod homo facit, alterum quod patitur. Quod facit peccatum est, quod patitur poena. Malum autem tunc plenum est cum et poenitentia est, et impeditur sit et dolor & metus. Poena dicta qui poeniat. Est autem epitheton nomen et sine adiectione non habet plenum sensum, adiectionis poenam carceris, poenam exilij, poenam mortis et implet sensum. Supplicium proprie dicitur non qui quoquo modo punitur, sed qui ita damnatur ut bona eius consecrantur, et in publicum rediguntur. Nam supplicia dicebantur supplicamenta, et supplicium dicitur de cuius damnatione delibatur aliquid deo, unde et supplicare. Octo genera poenarum in legibus contineri Tullius scribit, i. damnum, vincula, verbera, talionem, ignominium, exilium, seruitutem, et mortem. His namque poenis ut indicatur omne perpetratum peccatum. Damnum a diminutione rei vocatur. Vincula a vinciendo, i. artando dicta, eo quod constringant, atque retineant, vel qui a vi ligant colla. Compedes dicti, quia continent pedes. Pedice sunt laquei quibus pedes illaqueantur, dictae a pedibus capiend-

dis. Catenae autem quae capiendo teneant utraque vestigia ne progredientur. Item catenae quae se capiendo teneant plurimis nodis. Manicae sunt vincula quibus manus capiuntur, licet et manicae tunicarum sint. Nervus est ferreum vinculum, quo pedes vel etiam ceruices impediuntur. Boia est torques damnatorum quasi iugum bouum, ex genere vinculorum est. Carcer est in quo custodiuntur noxii, et dicitur carcer quod eo homines coerceantur, includanturque, quasi arcer ab arcendo, s. Locum autem in quo seruantur noxii carcerem didicimus numero tantum singulari, unde vero emittuntur quadrigae carceres vocamus, numero tantum plurali. Verbera dicta, quia cum agitantur aere verberant. Hinc flagra et plagae et flagella, quia cum flatu et strepitu in corpore sonant. Nam plagae quasi flagae, sed plagae et flagra primae positionis sunt, flagella autem per diminutionem dicta. Anguilla est qua coercentur in scholis pueri, quae vulgo scutica dicitur. Fustes sunt quibus iuvenes pro criminibus feriuntur, appellati quod praefixi in fossis stent quos palos rustici vocant. Vectes dicti quod manibus vectentur, unde ostia saxaque velluntur, sed hi ad poenas legum non pertinent. Virgae sunt summitates frondium arborumque, dictae quod virides sint, vel quod vim habeant arguendi, quae si lenis fuerit virga est, si certe nodosa vel aculeata, scorpio rectissimo nomine vocatur, quia arcuato vulnere in corpus infigitur. Ictus proprie flagellorum sunt, ab agitando vocati. Ungulae dictae quod effodiant. Hae et fiduculae, quia his rei in aculeo torquentur, ut si fides inueniatur. Eculeus autem dicitur quod excedat. Tormentum vero quod torquendo mentem inueniatur. Est et lautumnus supplicii genus ad verberandum aptum inuentum a tarquinio superbo ad poenas sceleratorum. Iste enim prior lautumna tormenta, fustes, metalla atque exilia adinuenit, et ipse prior ex regibus exilium meruit. Talio est similitudo videlicet ut aliter quis patiatur ut fecit. Hoc cum et natura et lege institutum, ut ledentem similis vindicta sequatur, unde et illud est legis, oculus pro oculo, dente pro dente. Talio autem non solum ad iniuriam referendam, sed etiam pro beneficio reddendo ponitur. Est enim communis sermo et iniuriae et beneficentiae. Ignominium dictum eo quod desinat habere honestatis nomen is qui in aliquo crimine deprehenditur. Dictum autem ignominium quasi sine nomine, sicut ignarus sine scientia, sicut ignobilis sine nobilitate. Hoc quoque et infamium, quasi sine bona fama. Fama autem dicta, quia fando, i. loquendo peruagatur, per traduces linguarum, & aurium serpens. Est autem nomen et bonarum rerum et malarum. Nam fama felicitatis interdum est, ut illud est. Illustris fama, quod laus est malarum, ut Virgilius. Fama malum quo non aliud velocius ullum. Famae autem nomen certi locum minime habet, quia plurimum mendax est adiectiones multa vel demutans de veritate, quae tandiu uiuit, quod diu non pro-

bas. At vbi pbaueris esse fama cessat, & exide res noiaf, nō fama. Exiliū dictū, quasi extra solū. Nā exul dicitur, qui extra solū est. Vnde postliminio re deūtibus hoc est de exilio reducēdis, qui sicut eie= cti in iniuriā idest extra limā patriæ. Diuiditur aut exiliū in relegatis & deportatis. Relegatus ē quē bona sua sequūtur. deportatus quē nō sequuntur. Proscriptio exilij pcul dānatio, quasi porro scrip= tio. Itē proscript⁹ quia palā script⁹. Metallū est vbi exules deputant^r ad eruendā venā, marmoraq; se= canda in crustis. Seruit⁹ a seruando vocata apud antiquos enī qui in bello a morte seruabant, serui vocabātur. Hęc est sola maloz oīm postrema, quę liberis oī supplicio grauior est. Nā vbi libertas pe= rijt, vna ibi perierūt & oīa mortū vero diuersi ca= sus, ex quib⁹ crux vel patibulū in quo hoies appen= si cruciant^r vel patiunt^r, vnde & noia habent, pati= bulū enī vulgo furca dicit^r, quasi ferens caput, su= spensum enī & strangulatū hęc exanimat. sed pati= buli minor pœna q̄z crucis. Nā patibulū appensos statī exanimat. crux aut suffixos diu cruciat. vnde et in euāgelio latronib⁹ vt morerent^r de ligno an= te sabbatū deponerent^r crura cōfracta sunt quia li= gno suspēsi cito mori nō poterāt. In ispo quoq; gñe necis differūt. Crudeli⁹ est enī in aqua spm torquē= tis extingui, ignibus vri, frigore & fame necari, ca= nib⁹ et bestijs exponi. Nā ferro mori, etas quoq; ma= ior optauit. Gladius enī sine grauiori cruciatu cō= pendiosa morte vitā finire nouit. Culleū est parricidale vasculū ab occulēdo. i. claudēdo dictū. Est aut vter ex corio factus, in quo parricide cuz simia & gallo & serpēte inclusi in mare p̄cipitant^r. Oīz aut istaz mortū gen⁹ ai aduersio noiaf. Ai aduer= sio enī est, quādo iudex reū punit, et dē ai aduerte re. i. animū illucvertere, intēdere vtiq; ad punien= dū reū quia iudex est. Ideo aut romani aquam et ignē interdicebāt quibusdā dānatis, quia aer et a= qua cūctis patēt, et oīb⁹ data sunt, vt illi non frue= rentur quod omnibus p̄ naturam concessum est.

¶ De chronica vocabulo. Cap. xxviii.

Chronica gręce dicitur quę latine tēporum series appellatur, quale apud gręcos euse= bius cesariensis episcop⁹ edidit & Hierony= m⁹ presbyter in latinā linguā cōuertit. Chronos eī gręce latine tempus interpretatur.

¶ De momentis et horis. Cap. xxix.

Tempora aut momentis, horis, diebus, mē= sib⁹, annis, lustris, seculis, etatib⁹ diuidunt^r Momētū est minimū atq; angustissimū tē= pus, a motu syderū dictū. Est eī extremitas horæ ī breuib⁹ interuallis, cū sol aliquid sibi cedit atq; suc= cedit. Hora gręcū nomē est et tamen latinū sonat Hora enī finis est temporis, sicut et orę sunt fines maris, flumiorum et vestimentorum.

¶ De diebus. Cap. xxx.

Dies est p̄sentia solis, siue sol super terras, si= cut nox sol sub terris. Vt enī dies aut nox

sit, causa est, q̄a aut supra terram sol, aut sub ter= ris Dies legitim⁹. xxiii. horarū est, vsq; dū dies et nox spacia sui cursus ab oriente vsq; ad aliū orien= talem solē celivolubilitate concludat. Abusiue aut dies vnus est, spaciū ab oriente sole vsq; ad occi= dentem. Sunt aut diei spacia duo, interdianum at= q; nocturū et est dies quidem horarum. xxiiii. spa= ciū autem horarum. xii. Vocatus autem dies, a parte meliore. vnde et in vsu est vt sine commemo= ratione noctis, numerū dicamus dierum sicut et ī lege diuina scriptū est, factum est vespere et mane dies vnus. Dies secū dum ægyptios inchoabat ab occasu solis, secū dum persas ab ortu solis, secun= dum Athenienses a sexta hora diei, secū dum ro= manos a media nocte. Vnde et tunc galliciniuz est quorum vox diei ostendit, p̄conium quando et mesonyctius afflatus fit. Dies dicti a diis, quoz no= mina romanis quibusdam syderibus sacrauerunt. Primū enim diem a sole appellauerunt, qui prin= ceps est omniū syderum, sicut et idem dies caput est cunctorum dierū. Secundum a luna quę soli et splendore et magnitudine proxima est, et ex eo mutuatur lumen. Tertium a stella martis, quę vespere vocatur. Quartū a stella mercurij, quam quidem candidum circulum dicūt. Quintum a stella iouis, quam phætonem aiūt. Sextum a veneris stella, quam luciferum asserūt, quę inter omnia sydera plus lucis habet. Septimū a stella saturni, quę se= xto cælo locata. xxx. annis fertur explere cursum suū. Proinde autem ex his. vii. stellis nomina die= bus gentiles dederūt, eo q̄ per eosdem aliquid si= bi effici æstimarent, dicentes habere a sole spiritū a luna corpus, a mercurio ingenium et linguam, a venere voluptatem, a marte sanguinem, a ioue tē= perantiam, a saturno humorem. Talis quippe exti= tit gentilium stulticia, qui sibi finxerūt tam ridicu= la figmenta. Apud hæbreos autez dies prima, vna sabbati dicitur, qui apud nos dies dominic⁹ est quę gentiles soli dedicauerūt. Secunda sabbati, secun= da feria quem sæculares diem lunæ vocant. Ter= tia sabbati, tertia feria, quem illi diem martis vo= cāt. Quarta sabbati, quarta feria, qui mercurij di= es dicitur a paganis. Quinta sabbati, quinta feria est. i. quint⁹ a die dominico, qui apud gentiles io= uis vocatur. Sexta sabbati, sexta feria est, qui ap̄ eosdem paganos veneris nuncupatur. Sabbatum autem septimus a dominico die est quem gentiles saturno dedicauerunt et saturnum nominauerūt Sabbatum autem ex hebreo in latinum requies ī= terpretat^r, eo q̄ deus in eo requieuisset ab omnib⁹ operib⁹ suis. Meli⁹ autem in vocabulis dierū deo= re Christiano ritus loquendi ecclesiastic⁹ procedit. Tamen si quem forte consuetudo traxerit vt illud exeat ex ore quod improbat corde, intelligat illos omnes de quorū nominib⁹ appellati sunt hi dies, hoies fuisse & propter beneficia quæ dā mortaliū quia plurimū potuerūt et eminuerūt ī hoc seculo

delati sunt eis ab amatorib⁹ suis diuini honores & in diebus & in sideribus, sed primum a nominibus hominum sidera nūcupata, & a siderib⁹ dies sunt appellati. A fando autem feriē nūcupatē sunt q^o in eis nobis sit tempus dictionis. i. in diuino / vel humano officio fari, sed ex his festi dies hominū causa instituti sunt, feriatī causa diuinorum sacrorū. Partes diei tres sunt, mane. meridies & suprema. Mane lux matura & plena / nec iam crepusculum. Et dictum mane a manu, manum enim antiqui bonum dicebant. Quid enim melius luce! Alij mane existimant vocari a dijs manibus, quorū conuersatio a luna ad terrā est. Alij putant ab aere quia manū. i. rarus est / atq; pspicius. Meridies dictus quasi medidies. hoc est medius dies / vel quia tunc purior dies est. Merum enī purum dicitur. In toto enī die nihil clarīus meridie, qm̄ sole medio cælo rutilat, & omnem orbem parī claritate illustrat. Suprema est postrema pars diei, quando sol cursum suū in occasum vertit, dicta eo q^o superest ad partē vltimam diei. Serum vocatum a clausis seris, quando iam nox venit, vt vnusquisq; somno tutior sit. Hodie quasi hoc die / & quotidie non cotidie, vt sit quot diebus. Cras quod est postea. Hesternum est pridie, & dictum hesternum ab eo q^o iam dies ipse sit a nobis extraneus & pretereundo alienus. Prædie autem quasi priori die. Perendie. i. per ante die vel in antecessu, i. prius.

¶ De nocte.

Cap. xxxj.

Nox a nocendo dicta. eo q^o oculis noceat. Quæ iccirco lunæ / ac siderum lucem habet ne indecora esset, & vt consolarentur homines nocte operantes, & vt quibusdam animantibus quæ lucem solis ferre nō possunt ad sufficientiam temperaretur. Noctis autem & diei alternatio propter vicissitudinem dormiendi vigilandiq; effecta est, & vt operis diurni laborem / noctis requies temperaret. Nocte autem fieri / aut quia longo itinere lassatur sol, & cum ad vltimum cæli spacium peruenerit elanguescit / ac tabefactus efflat suos ignes / aut quia eadem vi sub terras cogit, qua super terras protulit lumen / & sic vmbra terrę noctē facit. Vnde & Virgilius. Ruit oceano nox inuoluēs vmbra magna terrāq; polūq;. Noctis partes septē sunt. i. vesper crepusculum / conticinium / intempesum / gallicinium / matutinum / diluculum. Vespera stella occidentali vocatur / quę solem occiduum sequit, & tenebras sequētes precedit. De qua Virgilius. Ante diem clauso cōponit vesper olympo. Tenebras aut dictas q^o teneant vmbra. Crepusculum est dubia lux. Nam creperū dubium dicimus / hoc est inter lucem & tenebras. Conticinium est. quando omnia silent. Conticescere enim silere est. Intēpestum est medium & inactuosum noctis tempus, quando agi nihil potest & omnia sopore quiescunt. Nam tempus per se non intelligitur nisi per actus humanos, medium autem noctis actu caret.

Ergo intēpesta inactuosā quasi sine tēpore hoc est sine actu per quē dignoscit tps, vnde est. Intēpeste uenisti. Ergo intēpesta dicitur, quia caret tpe. i. actu. Galliciniū ppter gallos lucis pñuncios dictū. Matutinū est inter abcessum tenebra rū & aurore aduentū, & dictum matutinū q^o hoc tps inchoate mane sit. Diluculū, quasi iam incipiens parua diei lux. Hęc et aurora quæ solē precedit. Est aut aurora diei clarescētis exordiū, et primus splendor aeris qui gręce eos dicit, quę nos per deriuationē auroram vocamus, quasi eorā. Vnde est illud. Et letus eois eurus equis. Et iterum. Eoasq; acies.

¶ De hebdomada.

Cap. xxxij.

Hebdomada dicta a nūero dierū septē quorum repetitione et mēses et anni et sæcula peragunt. Hepta enī gręci septē dicū hęc nos septimanā vocamus. quasi septē luces. Nā mane lux est. Octauus aut dies. i. primus est. ad quē reditur, et a quo rursus hebdomadis series orditur.

¶ De mensibus.

Cap. xxxiij.

Mensibus nomen est gręcū de lunę nomine tractum. Luna enī mene gręco sermone vocatur. Vnde & apud hebreos menses legitimi nō ex solis circulo, sed ex lunę cursu enumerantur, quod est de noua ad nouam. Egyptij autem primi ppter lunę velociorem cursum, & ne error cōputationis eius velocitate accideret. ex solis cursu diem mensis adinuenerūt. quo tardior solis motus facilius poterat cōprehendi. Ianuarius mensis a iano dictus, qui fuit a gentilibus cōsecratus / vel quia limes & ianua fit anni. Vnde & bifrons idē ianus pingit, vt introitus anni & exitus demonstrat. Februarius nūcupatur a februo. i. plutone. cui eo mense sacrificabatur. Nam ianuariū dijs superis / februarium dijs manibus romani cōsecrauerunt. Ergo februaris a februo. i. a plutone, non a febre id est ægritudine nominatur. Martius appellatur propter martem romanę gētis auctorem / vel q^o eo tempore cuncta animantia agantur ad marem & ad concubendi voluptatē. Idem appellatur & mēsis nouorum quia ianni initium mensis est martius. Idem & nouum ver indicij. s. germinum. quia in eo virescentibus fructibus nouis transactorum pbatur occasus. Aprilis pro venere dicit, quasi aphroditi, gręce enim aphroditi venus dicitur / vel quia hoc mense omnia aperiuntur in florem, quasi aperilis. Maius dict⁹ a maia matre mercurij / vel a maioribus natu, qui erant principes reipublice. Nam hunc mēsem maioribus, sequentē vero minoribus romani cōsecrauerūt, vnde & iunius dicitur. Ante enī populus in cēturias seniorū & iuniorū diuisus erat. Iulius vero & augustus de honoribus hominū iulij & augusti cesarum nūcupati sunt. Nam prius quintilis & sextilis vocabant, quintilis, quia quintus erat a martio, quē principē anni testant esse romani, sextilis sicut q^o sextus sit. Septēber nomen habet a numero & imbri, quia septimus est a martio & im-

bres habet. Sic & October / nouēber / atq; decēber ex numero & imbris acceperunt vocabula, quē numerum decurrētem decēber finit, pro eo q̄ denarius numerus p̄cedentes numeros claudit. Calendas autem & nonas / & idus propter festos dies romani instituerunt / vel propter officia magistratum. In his enim diebus cōueniebatur in vrbibus. Quidam autem calendas a colendo appellari eximant. Apud veteres enim omnium mensium principia colebātur, sicut & apud hebreos. Idus autem pleriq; latinorum ab edendo dictum putant, q̄ hi dies apud veteres epularum essent. Nonę a nūdi- nis vocatę, nundinę enim sunt publicę conuentio- nes / siue mercimonia.

¶ De solsticijs & equinoctijs. Cap. xxxiiij.

Solsticium dictum quasi solis statiu, q̄ tūc sole stante crescāt dies / vel noctes. Equinoctium appellatū q̄ tunc dies & nox horarum spacio equali consistunt. Duo sunt autem solstitia, vnum estiuum octauo kalendas iulias, de quo tēpore remeare sol ad inferiores incipit circulos / aliud hyemale, octauo kalēdas ianuaras, quo tempore sol altiores incipit circulos petere. Vnde & hyemalis solsticij dies minimus sicut estiuus maximus inuenitur. Item duo sunt equinoctia, vnum vernale / & aliud autūnale. quę gręci *ισομερεια* vocant. Sunt autem hęc equinoctia die octauo kalēdas aprilis, & octauo kalēdas octobris, quia annus olim in duas partes tantum diuidebatur, hoc est in estiuuz & in hyemale solstitium et in duo hemisperia.

¶ De temporibus anni. Cap. xxxv.

Tempora anni sunt quattuor, ver / estas / autūnus / & hyems. Dicta sunt autem tempora a cōmunionis tēperamēto, q̄ inuicem se humore siccitate, calore & frigore temperent. Hęc & curricula dicuntur, quia non stant / sed currunt. Constat autem post factum mundum ex qualitate cursus solis tempora inter nos menses fuisse diuisa. Quorum tēporum talem veteres discretio- nem faciunt, vt primo mense ver nouum dicatur / secundo adultū / tertio p̄ceps. Sic & estas in suis tribus mensibus / noua / adulta / & p̄ceps, sic & autūnus / nouus / adultus / & p̄ceps. Item hyems noua / adulta / & p̄ceps / siue extrema. Vnde est illud Virgilij. Extreme sub casum hyemis. Ver autem dictum q̄ vireat. Tunc enī post hyemē vestitur tellus herbis, & in florem cuncta prorūpuit. Estas dicitur ab estu. i. a calore, & estas quasi vesta. i. exusta & arida, nam calor aridus est. Autūnus a tēpestate vocatus, quando & folia arborum cadunt & omnia maturescunt. Hyemē autem ratio hemispe- rij nūcupauit, quia tunc breuiori sol soluitur circulo. Vnde & hoc tempus bruma dicitur quasi *βρα- χεια ημερο*. i. breuis dies / vel a cibo, q̄ maior tūc sic vescendi appetitus. Edacitas enī gręce bruma appellatur. Vnde & imbrumari dicunt quibus fa-

stidium est ciborū. Hibernus aut inter hyemem & vernum est, quasi hiernus qui plerūq; a parte totam hyemē significat. Hęc tēpora. singuli etiā cęli partibus ascribuntur. Ver quippe orienti datur, quia tūc ex terris omnia oriūtur. æstas vero meri- diano, eo q̄ pars eius calore flagrantior sit. hyems septētrioni eo q̄ frigoribus & perpetuo gelu tor- peat. Autūnus occiduo, eo q̄ graues morbos ha- beat. Vnde & tunc omnia folia arborum defluūt. Vt autem autūnus abundet morbis, facit hoc con- finium frigoris & caloris / & compugantia inter se contrariorum ærum.

¶ De annis.

Cap. xxxvi.

Annus est solis anfractus, cum peractis tre- centis. lxxv. diebus ad eadē loca siderū re- dit. Annus aut dictus, quia mensibus in se recurrētibus voluitur. Vnde & annulus quasi an- nus. i. circulus q̄ in se redeat, vt Virgilius. Atq; in se sua per vestigia voluitur annus. Sic enim apud egyptios indicabatur ante inuentas litteras, picto dracone. caudam suā mordēte, quia in se recurrit. Alij annum dicunt *απο του αναεουσ θαι*. i. ab inuouatione, renouatur enī semper. Tria sunt au- tem genera annorū. Aut enī lunaris annus est. xxx. dierum / aut solstitialis qui. xij. cōtinet menses / aut magnus omnibus planetis in eūdem locum recur- rentibus, qui fit post annos solstitiales plurimos. Era singulorum annorum constituta est a cæsare augusto quando primum censu excogitato roma- num orbem descripsit. Dicta aut era ex eo q̄ om- nis orbis es reddere professus est reipublicę.

¶ De olympiadib; & lustris & iubilis. Ca. xxxviij.

Olympias apud gręcos cōstituta apud elidē gręcię ciuitatem, elijs a gētibus agonem & quinquēnale certamē, quattuor medijs an- nis vacātibus & hoc ob elidum certaminis tempus olympiadem vocauerunt, quadriēnio in vna olym- piade supputato. Lustrum vero est pēteteris, id est quinquēnium, quod quinto anno dicitur cōdi pro- pter olympiadas a romanis, adhuc enim cōsules / adhuc æra nondum erant. Est enim quinquēnale tēpus. Ideo vero sic vocat eo q̄ censu per quinquē- nium in republica peracto vrbs roma lustrabatur. Iubileus interpretatur remissiōis annus. Est enim hebraicus & sermo & numerus qui septēnis anno- rum hebdomadibus. i. xl. & ix. annis texitur in quo clāgebatur tubis, & ad omnes reuertebatur anti- qua possessio, debita resoluebantur / confirmaban- tur libertates. Hunc numerum etiā in diebus pen- tecostē & ipsi celebramus post domini resurrectio- nem remissa culpa, & totius debiti chirographo euacuato, ab omni nexu liberi / suscipientes adue- nientem in nos gratiam spiritus sancti.

¶ De seculis & etatibus.

Cap. xxxviij.

Secula generationibus cōstant, & inde secu- la q̄ sequant. Abeūtibus enī alijs alia suc- cedūt. Hunc quidā quinquagesimum an-

num dicunt, quem hebrei iubileum vocant. Ob hanc causam & ille hebreus qui propter uxorem & liberos amans dominum suum, aure pertusa / seruitio subiungatur / seruire iubetur in seculum, hoc est usque ad annum quinquagesimum. Etas plerumque dicitur & pro vno anno ut in annalibus / & pro .7. ut hominis / & pro centum / & pro quouis tempore. Vnde & etas tempus quod de multis seculis instruit. Et dicta etas quasi quitas. i. similitudo eui. Nam etas est etas perpetua, cuius neque initium / neque extremum noscitur. quod graeci vocant enoas / quod aliquando apud eos pro seculo / aliquando pro eterno ponitur. vnde, & apud latinos est deriuatum. Etas autem proprie duobus modis dicitur / aut enim hominis, sicut infantia / iuuentus senectus / aut mundi, cuius prima etas est ab adam usque ad noe / secunda a noe usque ab abraham / tertia ab abraham usque ad dauid / quarta a dauid usque ad transmigrationem iudae in babylonem / quinta deinde usque ad aduentum saluatoris in carnem / sexta quae nunc agitur usque quo mundus iste finiatur. Quartum decursus per generationes & regna. primus ex nostris iulianus africanus sub imperatore marco aurelio antonino simplicis historiae stilo elicit. Dehinc eusebius episcopus caesariensis / atque sanctae memoriae. Hieronymus presbyter chronicorum canonem multiplicem ediderunt, historiam regnis simul / & temporibus ordinatam. Dehinc alij atque alij, inter quos precipue victor turonensis. ecclesiae episcopus recensitis priorum historiis, gesta sequentium etatum usque ad consulatum iustini iunioris imperatoris expleuit. Horum nos temporum summam ab exordio mundi ad augusti Eraclij imperatoris / vel sumptilani regis gotthorum, quanta potuimus breuitate notauimus tempora, adiacente e latere descendente linea temporum, cuius indicio summa preterita seculi cognoscatur. Quarum decursus per generationes & regna ita inspicitur.

¶ De discretione temporum. Cap. xxxix.

Mrima etas continet in exordio sui creationem mundi. Primo enim die deus in lucis nomine condidit angelos. Secundo in firmamenti appellatione celos. Tertio in discretionis vocabulo speciem aquarum & terre. Quarto luminaria celi. Quinto animantia ex aquis. Sexto animantia ex terra & hominem quem appellauit Adam.

Adam anno. 230. genuit Seth. a quo filij dei. 230. Seth an. 205. genuit Enos. qui primus cepit inuocare nomen domini. 435. Enos an. 190. genuit caynan. 625. Caynan an. 170. genuit malaleel. 795. Malaleel an. 165. genuit iareth. 960. Iareth an. 162. genuit enoch qui translatus est. 1122. Enoch an. 165. genuit matufalam. 1287. Matufala an. 167. genuit lamech. 1454. Lamech an. 188. genuit Noe. Archa edificata. 1642. Noe autem an. 600. factum est diluuium. 2242.

¶ Secunda etas.

Sem post diluuium. 11. anno genuit arfaxat a quo chaldei. 2244. Arfaxat an. 135. genuit sala a quo antiqui samarite & indi fuerunt. 2379. Sala an. 10. genuit heber a quo hebrei. 2509. Heber an. 134. genuit falech. Turris edificatur. 2643. Falech an. 130. genuit ragau. Dij primum adorantur. 2773. Ragau an. 132. genuit seruch. Regnum inchoat scytharum. 2905. Seruch an. 130. genuit nachor. Regnum egyptiorum nascitur. 3035. Nachor an. 79. genuit tharam. Regnum assyriorum scymorumque exoritur. 3114. Thara an. 70. genuit abraham. Zoroastes magicam repperit. 3184.

¶ Tertia etas.

Abraham an. c. genuit Ysaac ex Sara libera. Nam prius & Ismael, a quo & Ismaelite. 3284. Ysaac an. 60. genuit iacob. Argiuorum regnum inchoat. 3344. Iacob an. 91. genuit ioseph. Phoroneus graeciae leges dedit. 3435. Ioseph an. 110. vixit. Graecia segetes habere cepit. 3545. Hebreorum seruitutis in aegypto an. 144. Athlas astrologiam inuenit. 3689. Moyses anno. 40. rexit populum in heremo. Hebrei legem & litteras habere ceperunt. 3729. Iosue anno. 27. Erichthonius in troia primus quadrigam iunxit. 3756. Othoniel an. 40. Cadmus litteras graecis dedit. 3796. Aoth an. 80. Fabule fictae sunt. 3876. Delbora an. 40. Apollo medicinae artem inuenit et cytharam repperit. 3916. Gedeon an. 40. Mercurius liram repperit & orpheo tradidit. 3856. Abimelech an. 3. Chorus in graecia inuentus est. 3959. Tola an. 22. Priamus regnavit in troia. 3981. Iair an. 22. Carmentis latinas litteras repperit. 4003. Iepte an. 6. Hercules flammis se iniecit. 4009. Abessan an. 7. Alexander helenam rapuit. 4016. Abdon an. 8. Troia capta est, & aeneas in Italiam venit. 4024. Sanson an. 20. Ascanius albam condidit ciuitatem aqua albani. 4044. Heli sacerdos an. 40. Archa testamenti capitur. 4084. Samuel & Saul an. 40. Homerus fuisse putatur. 4124.

¶ Quarta etas.

David an. 4. Carthago a didone conditur. Gad Nathan & Asaph prophetauerunt. 4164. Salomon an. 40. Templum hierosolymis edificatum. 4204. Roboam an. 17. Regnum israel & iuda diuiditur. 4221. Abia an. 3. sub quo achimelech pontifex fuit. 4224. Asa an. 41. Achias amos iehu iohel & azarias prophetauerunt. 4265. Iosaphat an. 25. Prophetauit helias & heliseus ab dias & micheas. 4290. Ioram an. 8. Prophetauit helias & heliseus. 4298. Ochozias an. 1. Helias rapit. 4299. Athalia an. 7. Ionadab filius rachab sacerdos claruit & ioiada pontifex 4306. Ioasan. 40. Zacharias propheta occidit iter templum & altare. Heliseus morit. 4346. Amasias an. 29. Carthagine

LIBER

quidam hoc tempore asserunt conditam, alij non
 ut supra. 457. Ozias an. 52. Olympias a græcis
 instituitur, assyriorūq; regnum in meos transfer-
 tur. 4427. Ioathan an. 16. Remus & Romulus
 nascuntur. 4443. Achaz an. 16. Roma cōditur.
 4459. Ezechias an. 29. Senatus romę fit. 44-
 88. Manfles an. 55. Sibila famia claruit. 4543.
 Amon an. 12. Censu primu agitur. 4555. Io-
 fias an. 32. Thales philosoph⁹ agnoscitur. 4587.
 Ioachim an. 11. Nabuchodonosor iudeam capit.
 4598. Sedechias an. 11. Templum hierosolymis
 incensum est. Sapho mulier diuerso poemate cla-
 ruit. 4609.

¶ Quinta etas.

Debreorum captiuitas an. 70. Iudith histo-
 ria conscribitur. 4679. Darius an. 34. Iu-
 deorū captiuitas resoluitur. 4713. Xerxes
 an. 20. Sophocles & euripides tragedi celebrant
 insignes. 4733. Artaxerxes an. 20. Esdras incen-
 sam legē renouat. 4773. Darius q & nothus an.
 19. Hec etas habuit platonē & gorgiā primū rhe-
 torē. 4792. Artaxerxes an. 40. Hester historia
 scribitur. 4832. Artaxerxes q & ochus an. 26. De-
 mosthenes & aristoteles predicant. 4858. Xerxes
 an. 4. Xenocrates illustris habet. 4862. Darius
 an. 6. Alexāder hierosolymā cepit. 4868. Alexā-
 der magn⁹ an. 5. Asiā obtinuit. 4873. Ptolemęus
 an. 40. Machabeorū liber inchoat primus. 4913
 Philadelphus an. 38. Septuaginta interptes agno-
 scunt. 4951. Euergetes an. 26. Iesus sapiētiae li-
 brum cōposuit. 4977. Philopater an. 17. Ab isto
 iudei prelio victi. 40. milia corruerūt armatorum
 4994. Epiphanes an. 24. Machabeorū secūda
 libri historia cōponit. Romani gręcos obtinuerūt
 5018. Philometor an. 35. Scipio africā vicit 5053.
 Euergetes an. 29. Brut⁹ hispaniā subegit. 5082.
 Sother an. 17. Thraces romanis subiciunt. 5099.
 Alexāder an. 10. Syria romanis subiecta est. 5109.
 Ptolemęus an. 8. Rhetorica ars romę cepit. 5117.
 Dionysi⁹ an. 30. Pōpeius iudeā capit. 5147. Cleo-
 patra an. 2. Egypt⁹ romanis subdit. 5149. Iulius
 cęsar an. 5. Hic primus monarchiā tenuit. 5154.

¶ Sexta etas.

Octavianus an. 56. Christus nascit. 5210. Ti-
 berius an. 23. Christus crucifigitur. 5233.
 Caius galicula an. 4. Mattheus euangeliū
 scripsit. 5237. Claudius an. 14. Marcus euāgeliū
 edidit. 5251. Nero an. 14. Petrus & Paulus necan-
 tur. 5265. Vespasianus an. 10. Hierosolyma a tito
 subuertit. 5275. Titus an. 2. Hic facūdus & pius
 fuit. 5277. Domitian⁹ an. 16. Ioānes in pathmos
 relegatur. 5293. Nerua an. 1. Ioānes ephesum re-
 dist. 5294. Traianus an. 19. Ioānes apostolus re-
 quiescit. 5313. Adrian⁹ an. 21. Aquila interpres ha-
 betur. 5334. Antoninus pius an. 22. Valētinus &

Marcion agnoscitur. 5356. Antoninus verus an.
 19. Catafrigarum heresis oritur. 5375. Cōmodus
 an. 13. Theodocion tertius interpres habet. 5388.
 Elius pertinax an. 1. Nihil habet historiæ. 5389.
 Seuerus an. 18. Simmachus interpres quartus ha-
 betur. 5407. Antoninus caracalla an. 7. Quinta
 editio hierosolymis inuenit. 5414. Macrinus an.
 1. Huius breuitas vitæ nihil gestorū habet. 5415.
 Aurelius antoninus an. 4. Sabellij heresis oritur.
 5419. Alexander an. 13. Origenes insignis habet-
 tur. 5432. Maximus an. 3. Iste germanos vicit.
 5435. Gordianus an. 7. Iste de parthis & persis
 triumphauit. 5441. Philippus an. 7. Hic primus
 christianus imperator fuit. 5448. Decius an. 1.
 Antonin⁹ monachus claruit 5449. Gallus an. 2.
 Nouatus heresim condidit. 5451. Valerianus an.
 15. Cyprianus martyrio coronatur. 5466. Clau-
 dius an. 6. Iste gotthos ab illirico expulit. 5468.
 Aurelianus an. 5. Iste christianos psequit 6474.
 Tacitus an. 1. Huius breuitas vitæ nihil habet hi-
 storię. 5475. Probus an. 6. Manich eorum here-
 sis orta est. 5481. Carus an. 2. Iste de persis trium-
 phauit. 5483. Diocletianus an. 20. Iste diuinis
 libris adustis martyria facit. 5503. Galerius an.
 2. Huius breuitas vitæ nihil dignum historię con-
 tulit. 5505. Constantinus an. 30. Nycena synodus
 congregatur. 5535. Constantius an. 24. Antropo-
 morphitarum heresis oritur. 5559. Iulianus an. 2.
 Hic ex christiano paganus effectus est. 5561. Io-
 uinianus an. 1. Iste iterum christianus effectus est.
 5562. Valens an. 14. Gotthi heretici efficiuntur.
 5576. Gratianus an. 6. Priscillianus agnoscitur.
 5582. Valentinianus an. 7. Hieronymus in beth-
 leem predicatur. 5589. Theodosius an. 3. Ioānes
 anachorita claruit. 5592. Archadius an. 13. Ioan-
 nes crisostomus floruit. 5605. Honorius an. 15.
 Augustinus episcopus claruit. 5620. Theodosius
 an. 27. Nestorius heresiarches extitit. 5647.
 Marcianus an. 6. Calcedonensis synodus agitur.
 5653. Leo maior an. 16. Egyptus errore dioscori
 latrat. 5669. Zenon an. 17. Acephalorum here-
 sis orta est. Corpus Barnabæ apostoli & euange-
 lium Matthei repertum est. 5686. Anastasius an.
 27. Fulgentius episcopus predicatur. 5713. Iusti-
 nus an. 8. Acephalorum heresis abdicatur. 5721.
 Iustinianus an. 29. Vandali in africa a Belisario
 extinguuntur. 5760. Iustinus an. 11. Armeni fidem
 Christi suscipiunt. 5771. Tiberius an. 7. Longo-
 bardi Italiam capiunt. 5778. Mauritius an. 21.
 Gotthi catholici effecti sunt. 5799. Focas an. 8.
 Romani ceduntur a persis. 5807. Eraclius an.
 27. Huius quinto & quarto religiosissimi princi-
 pis siseputi in hispania iudei baptizantur. Residuū
 sextę etatis tempus soli deo est cognitum. 5857.

¶ Incipit liber sextus.

Incipit liber sextus.

De veteri et nouo testamento.

Cap. I.



Mox testamentū ideo dicitur, quia veniente nouo cessauit. De quo apostolus meminit dicēs. Vera transferunt, et ecce oīa noua facta sūt. Testamentū aut nouū ideo nūcupatur quia innouat. Non enī illud discūt nisi hoīes renouati ex vetustate p gratiā, et p tēnes iam ad testamentū nouū, quod est regnū celorū. Hebrei aut vet^o testamētū Esdra auctore iuxta numerū litterarū suarū in. xxii. libris accipiūt. diuidentes eos in tres ordines. legis. s. et prophetarū et agiographorū. Prim^o ordo legis in quinque libris accipitur, quorū primus ē bresith quod est generis. scōs elefmoth, quod est exodus. tertius vagecra, quod est leuiticus. quart^o vagedaber, quod est numerus. quītus elleaddabari, qd ē deuteronomiū. Hi sūt quīq; libri moysi, quos hebrei thorat vocāt latini legē appellāt, Proprie aut lex appellatur, qā per moysen data est. Scōs ordo est pphetarum in quo cōtinētur libri octo, quorū prim^o iosue bennū q latine iesu naue dicitur. secūdus sopthi. quod est iudiciū. tertius samuel. q est regū prim^o. quart^o malachim, qui est regū secūdus, quītus esaias, sextus hieremias. septim^o ezechiel. octau^o tarefra, q dicī 12. prophetarū qui libri quia sibi p breuitate ad iūcti sūt pro vno accipiūtur. Tertius est ordo agiographorū. i. sancta scribingentū, in quo sūt libri nouē, quorū prim^o iob. secūdus psalteriū. tert^o mathoth / quod est puerbia salomonis. Quart^o coeeth quod est ecclesiastes. quintus syrrasirim, quod est i cantica cātorū. sextus daniel. septimus dabreia min, quod est verba dierū hoc est paralyponenon qui est crisonicon. q in duos libros diuiditur apud grecos et latinos. octau^o esdas. non^o Hester, qui simul oēs. 5. 8. & 6. sūt. 2 2. sicut superius cōprehēsi sūt. Quidam aut ruth et cinoth, quod latine dicitur lamētatio hieremie, agiographis adiūciūt & 2 4. volumina testamēti veteris faciūt iuxta. 2 4. seniores q ante cōspectū dñi a sūt. Quart^o est apud nos ordo veteris testamēti eorū librorū q i canone hebraico non sūt. Quorū prim^o saprentiæ liber est secūdus ecclesiastic^o. tert^o tobie. quart^o iudith. quint^o et sextus machabeorū, quos licet iudei inter apocrypha separet, ecclesia tñ xpī. inter diuinos libros & honorat et predicat. In nouo aut testamēto duo sūt ordines. prim^o euāgelic^o, in quo sūt matthe^o, marcus, lucas, et ioannes. secūdus apostolicus, in quo sūt paulus in. 14. epistolis. petr^o i duobus. ioannes in tribus. iacobus et iudas in singulis actus apostolorū et apocalypsis ioanis. Sūma aut vtriusq; testamēti trifarie distiguitur idest in historia, in morib^o, in allegoria, Rursus ista tria multifarie diuidūtur, id est qd a deo, qd ab angelis vel ab hoibus gestū dictūq; sit, quid a prophetis nūciatū

de cristo et corpore eius, quid de dyabolo et membris ei^o. quid de veteri et nouo populo, qd de præsenti saculo et futuro regno atq; iudicio

De scriptorib^o et vocabulis scōs librorū, Ca. ii.

Alteris testamenti secūdū hebreorū traditio nē hi perhibētur auctores. Prim^o moyses diuine hystorie cosmographiā in quīq; voluminib^o edidit, quod pentateucū noiatur Pentateucum autē a quinque voluminib^o dicitur. Pēta enī grēce quinque teucen volumē vocatur Genesis liber inde appellatur, eo q; exordiū mūdi et generatio seculi in eo cōtineat. Exod^o vero exitū ab egipto vel egressū populi israhel digerit, et ex ea causa nomen accepit Leuitic^o appellatur eo q; leuitarū ministeria et diuersitatē victimarū exequit, totusq; in eo ordo leuiticus annotat Numerorū liber vocat eo i egressū de egipto trib^o dinumerarur, et. xl. duarū per heremū māfionū in eo descriptio continet. Deuteronomiū grēco sermone appellat, quod latine interpretatur secūda lex idest repetitio et euāgelicē legis pfiguratio, q sic ea habet que priora sunt vt tñ noua sint oīa q in eo replicat, Iosue liber nomē accepit a iesu filio naue cui^o historiā cōtinet, scriptorē vero ei^o eūdē iosue hebrei assauerāt, in cui^o textu post iordanis trāsītū regna hostiū subuertūtur, terra victori populo diuidit et per singulas vrbes viculos mōtes atq; cōfinia ecclesie celestisq; hierusalē spiritualia regna pfigurantur Iudiciū noiat a principib^o populi, q p̄fuerūt in israhel post moysen et iosue anteq dauid & ceteri reges existerent Hūc librū et ruth, edidisse creditur samuel Liber samuel eiusdē samuelis natuitatē et sacerdotiū et gesta describit, iccirco et ab eo nomen accepit Et quis hic liber saul et dauid historiā cōtineat vtriq; tñ ad samuel referunt, qā ipse vnxit saul in regnū ipse dauid in regē futurū. Cuius libri primā partē cōscipit idē samuel, sequētia vero eius vsq; ad calcem scripsit dauid Malachim liber p̄inde appellatur eo q; reges iude israheliticę gentis gesta; eorū per ordinē digerat tempore. Malachiz enim hebraice latine regū interpretatur. Hūc librū hieremias prim^o in vnū volumē coegit. Nā antea sparsus erat per singulorū regū historias. Paralyponenon nō grēce dē q; nos p̄termisforū vel reliquorū dicere possumus, qā ea que in lege vel regū libris, vel omīssa, vel nō plene relata sūt in isto summam et breuiter explicantur. Librum iob quidam moysen scripsisse arbitratur, alii vnū ex prophetis nonnulli vero eundem iob post plagā sue passionis scriptorē fuisse exestimāt, arbitantes, vt q certamina specialis pugne sustinuit, ipse narraret quas victorias expediuit. Principia aut et fines libri Iob apud hebreos profaica oratione texta sūt, media aut ipsi^o ab eo loco i quo ait. peat diesi qua nat^o sū, vsq; ad eū locū. iccirco ego me rephēdo et ago penitētiā. oīa heroico metro discurrunt. Psalmorū liber grēce psalteriū. hebraice nablū, latie organū dicitur.

LIBER

Vocatus autem liber psalmore quod vno propheta canente psalterium choros consonando responderit. Titulus autem in psalmis hebraicis ita est. quod
interpretatur volumen hymnorum. Auctores autem psalmore sunt quae ponuntur in titulis moyses. s. & Dauid, & Salomon, asaph, ethan, & iditum & filii chorae heman ezraite & reliquorum, quos esdras vno volumine comprehendit. Oes autem psalmi apud hebreos metrico carmine constant esse compositi. Nam in more romani flacci & greci pindari, nunc alij iambo currunt nunc elegiaco personam, nunc sapphico nitentur trimetro vel tetrametro pede incedentes. Salomon filius Dauid regis israel iuxta numerum vocabulorum suorum tria volumina edidit, quorum primus est hebraice masloth, quae greci parabolae, latini proverbiorum nominant, eo quod in ipso sub comparatiua similitudine figuras verborum & imagines veritatis ostenderit, ipsam autem veritatem ad intelligendum legentibus reseruauit. Secundum librum coeleth vocauit, quod graece ecclesiasten dicitur, latine concionator, eo quod sermo eius non specialiter ad unum sicut in proverbiijs, sed ad vniuersos generaliter dirigatur, docens omnia quae in mundo sunt caduca esse & breuia, & ob hoc minime appetenda. Tertium librum firasirim praenotauit, quod in latina lingua vertitur canticorum, ubi per epitalamiu carmine coniunctionem christi & ecclesiae mystice canit. Dicitur autem canticum canticorum eo quod omnibus canticis praefatur quae in scripturis sacris habentur, sicut quaedam in lege dicuntur sancta, quibus maiora sunt sancta sanctorum. Horum autem trium librorum Carmina, Hexametris, & pentametris versibus apud suos composita prohibentur, ut Iosephus & Hieronymus scribunt. Esaias euangelista potius quam propheta edidit librum suum, cuius & omnis textus eloquentiae praesertim incedit, canticum vero hexametro & pentametris versu discurret. Hieremias similiter edidit librum suum cum threnis suis, quos nos lamenta vocamus, eo quod in tristioribus rebus funeribusque adhibentur, in quibus quadruplex diuerso metro composuit alphabetum. Quorum duo prima quasi sapphico metro scripta sunt, quae tres versiculos qui sibi nexi sunt et ab vna tantum littera incipiunt, heroicum comma concludit. Tertium alphabetum trimetro scriptum est, & a ternis litteris. id est terni versus incipiunt. Quartum alphabetum simile primo & secundo habetur. Ezechiel & Daniel a viris, quibusdam sapientibus scripti esse prohibentur, quorum Ezechiel principia & fines, multis habet obscuritatibus inuoluta. Daniel vero claro sermone regna orbis praenunciat & tempus aduentus christi manifestissima praedicatione annotat. Hi sunt quattuor prophetae qui maiores vocantur quia plura volumina condiderunt. Liber autem 12. prophetarum auctorum suorum nominibus praenotatur, qui propterea dicuntur minores, quia sermones eorum breues sunt. Vnde & conexi sibi in vno volumine continentur, quorum nomina sunt, osee / iohel / amos / abdias / ionas / michaeas / naum / abachuc / sophonias / iaggus / zacharias / & malachias. Esdrae liber auctoris sui titulo

praenotatur, in cuius textu eiusdem esdrae neemięque sermones pariter continentur. Nec quem moueat quod vnus esdrae dicitur liber, quia secundus tertius & quartus non habentur apud hebreos, sed inter apocryphos deputantur. Hester librum esdras creditur conscripsisse, in quo eadem regina sub figura ecclesiae dei populum a seruitute & morte eripuisse scribitur atque interfecto hoste aman qui interpretatur iniquitas, diei celebritas in posteros mittitur. Liber sapientiae apud hebreos nusquam est, vnde & ipse titulus graecam magis eloquentiam redolet. Hunc iudei philonis esse affirmant, qui proinde sapientiae nominatur, quia in eo christi aduentus qui est sapientia patris & passio eius euidenter exprimitur. Librum autem ecclesiasticum certissime Iesus filius syrach hierosolymita nepos Iesu sacerdotis magni composuit, cuius meminit & zacharias, qui liber apud latinos propter eloquii similitudinem salomonis titulo praenotatur. Dicitur autem ecclesiasticus eo quod de totius ecclesiae disciplina religiosaeque conuersationis magna cura & ratione sit editus. Hic liber apud hebreos reperitur, sed inter apocryphos habetur. Judith vero & tobias siue machabeorum libri, quibus auctoribus scripti sint minime constat. Habent autem vocabula ex eorum nominibus, quorum gesta scribuntur. ¶ Quattuor libros euangeliorum quattuor euangelistae singulariter conscripserunt. Primus mattheus conscripsit euangelium litteris hebraicis & sermonibus in iudaea, initians euangelizare ab humana christi natiuitate, dicens. Liber generationis Iesu christi filii dauid filii abraham significans descendisse corporaliter ex semine patriarcharum christum, sicut praemissum erat in prophetis per spiritum sanctum. Secundus marcus plenus spiritu sancto conscripsit euangelium christi eloquio graeco in Italia, secutus petrum ut discipulus. Is initium a spiritu prophetalis fecit, dicens. Vox clamantis in deserto parate viam domini, & reliqua, ut ostenderet christum post assumptionem carnis, euangelium predicasse in mundo. Ipse enim christus & propheta dicitur est, sicut scriptum est. Et prophetam in gentibus posuite. Tertius lucas inter omnes euangelistas graeci sermonis eruditissimus, quippe ut medicus in graecia euangelium conscripsit theophilo episcopo, initians a sacerdotali spiritu, dicens. Fuit in diebus herodis regis iudaeae sacerdos quidam nomine zacharias, ut manifestaret christum post natiuitatem carnis & praedicationem euangelij hostiam fuisse effectum pro salute mundi. Ipse est enim sacerdos de quo dictum est in psalmis. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Vbi enim christus aduenit sacerdotium iudeorum obmutuit, lex & prophetia cessauit. Quartus iohannes conscripsit euangelium vltimum in Asia. incipiens a verbo, ut ostenderet eundem saluatorem qui pro nobis dignatus est nasci & pati, ipsum ante saecula dei verbum esse ipsum a caelo venisse, & post mortem iterum ad caelum remeasse. Hi sunt quattuor euangelistae / quos per ezechielem spiritus sanctus significauit in quattuor animalibus. Propterea autem

quattuor aialia, q̄a per quattuor mundi partes fi-
des xp̄iane religionis, eorū predicatione dissemi-
nata est. Animalia aut̄ dicta sunt, q̄m̄ p̄pter aiam
hois per eos predicatur euangeliū Christi. Nam &
oculis plena erāt intus & foris, q̄m̄ preuidēt ea euā-
gelica quę dicta sunt a p̄phetis, & quę p̄miserāt in
priori t̄pe. Cura aut̄ eorū recta, quia nihil prauum
in euāgelij est. Et alas senas tegentes crura & fa-
cies suas, reuelata sunt enī q̄ tegebant in aduentu
xp̄i. Euangeliū autem interpretatur bona annun-
ciatio. Gręce enim eu bonū, angelium dicit̄ annū-
ciatio. vnde & angelus nūcius dicitur. Paulus apo-
stolus scripsit epistolas. 14. e quibus nouē septem
ecclij scripsit, reliquas discipulis suis, Timotheo,
Tito & Philemoni. Ad hębreos autem epistola a
plērisq; latinis eius esse incerta est propter disso-
nantiam sermonis, eandēq; alij Barnabam cōscri-
psisse, alij a Clemente scriptam fuisse suspicantur.
Petrus scripsit duas nominis sui epistolas quę ca-
nonicę, ideo nominantur, quia non vni tantum po-
pulo vel ciuitati, sed vniuersis gentibus generali-
ter scriptę sunt. Iacobus & Ioannes & iudas suas
scripserunt epistolas. Actus apostolorum primor-
dia fidei xp̄iane in gētibus & nascentis ecclesie
historiam digerit. Actū apostolorum scriptorem
Lucam esse constat euangelistam in quo opere na-
scentis ecclesie infantia textitur, & apostolorū hi-
storia continetur. Vnde & actus apostolorum dicitur.
Apocalipsin librum Ioannes euangelista scri-
psit eo tēpore quo ob euangeliū predicationē in in-
sula pathmos traditur relegatus. Apocalypsos aut̄
ex gręco in latinū reuelatio interpretatur. Reue-
latio enī dicit̄ manifesta eorū quę abscondita erāt
iuxta qd̄ et ipse Ioānes dicit, Apocalipsin iesu xp̄i
quā dedit illi deus palam facere seruis suis. Hi sūt
scriptores sacrorū librorū qui per spiritū sctū lo-
quentes ad eruditionē nostrā, et p̄cepta viuendi
et credendi regulā cōscripserūt. Pręterea hęc alia
volumina apocripha nōcupantur. Apocripha aut̄ di-
cta. i. secreta, q̄a i dubiū veniūt. Est enī eorū occul-
ta origo, nec patet partib⁹ a qb⁹ vsq; ad nos aucto-
ritas veraciū scripturarum certissima et notissima
successione puenit. In his apocriphis, et si iueniūt ali-
qua veritas, tamen propter multas falsa nulla ē in
eis canonica auctoritas quę recte a prudentib⁹ idi-
cantur non esse eorum credēda quibus ascribunt̄.
Nam multa et sub nominibus prophetarum, et re-
centiora sub nominibus apostolorum ab hereti-
cis proferuntur, quę omnia sub nomine apocri-
phorum auctoritate canonica diligenti examina-
tione remota sunt.

¶ De bibliothecis.

Cap. iiii.

Bibliotheca a gręco nomē accepit, eo q̄ ibi
recōdantur libri. Nā bibliō librorū, the-
care positio interpretatur. Bibliothecaz
veteris testamēti esdras scriba post in-
censam legez achaldeis dum iudei regressi fuisset

in hierusalē, diuino afflatus spiritu reparauit, cum
claq; legis ac phophetarum volumina quę fuerūt
a gētibus corrupta correxit, totumq; vetus testa-
mentuz in. 22. libros constituit, vt tot libri essent
in lege quot habebantur et litterę. Apud gręcos
autem bibliothecam primus instituisse Pisistratus
creditur atheniensium tyrānus, quā deinceps ab a-
theniensibus auctā Xerxes incēsis athenis euexit
in persas, lōgoq; post t̄pe Seleucus nicanor rursus
in gręciam rettulit. Hinc studiū regibus vrbibusq;
ceteris natum est comparandi volumina diuersa-
rum gentium, et per interpretes in gręcā linguam
vertendi. De hinc magnus Alexander vel successo-
res eius instruendis oīuz librorū bibliothecis aiuz
intenderunt, maxime Ptolemęus cognomēto Phila-
delphus, omnis litteraturę sagacissimus, cū stu-
dio bibliothecarum Pisistratū emularetur, non so-
lum gentiū scripturas, sed etiā et diuinas litteras
in blibliothecam suam contulit. Nam. 70. milia li-
brorū huius temporibus alexādriḡ inuenta sunt.
¶ De interpretibus.

Cap. iiii.

Hic etiā et Eleazaro pontifice petēs scriptu-
ras veteris testamenti, in gręcā vocē ex he-
braica lingua per septuaginta interpretes
trāsferre curauit, quas i alexādriḡ bibliotheca ha-
buit. Si quidē singuli i singulis cellulis separati, ita
oīa per spiritū sctū interpretati sūt, vt nihil in ali-
cuius eorū codice inuentū esset qd̄ i ceteris vel in
verborū ordine discreparet. Fuerunt et alii inter-
pretes, q̄ ex hebraica lingua in gręcū sacra eloquia
trāsulerūt sicut aquila, simachus et theodotio, si-
cut etiā et vulgaris illa interpretatio, cuius auctor
nō apparet. et ab hoc sine noie interpretis quinta
editio nūcupatur. Pręterea sextam et septimā edi-
tionē. Origenes miro labore repperit. et cū ceteris
editionib⁹ cōparauit, Prębyter quoq; Hieronim⁹
triū linguarū peritus, ex hebreo in latinum eloqui-
uz easdē scripturas cōuertit eloquēterq; trās-
fudit. Cuius interpretatio merito ceteris antefertur, Nā
est et verborum tenatior, et per spicuitate senten-
tię clarior, atq; vt pote xp̄iana it̄pretatio verior.

¶ De eo qui primum romam libros
aduexit.

Cap. v.

Bome primus librorū copiam aduexit Emi-
lius paul⁹, persę macedonuz rege deuicto
deinde Lucill⁹ epōtica p̄da. Post hos cę-
sar dedit marco varroni negocium causa maxime
bibliothecę cōstruendę. Primū aut̄ romę biblio-
thecas publicauit. Pollio gręcas simul atq; latinas
additis auctoruz imaginibus in atrio quod de ma-
nubijs magnificentissimum instruxerat.

¶ Qui apud nos bibliothecā instituerūt Ca. vi.



Pud nos quoq; Pāphilus martyr, cuius
vitam Eusebius cesariensis conscripsit
Pisistratum in sacre bibliothecę studio
primus ad equare contendit. Hic enim
in bibliotheca sua p̄pe. 30. voluminū

e iiii

milia habuit. Hieronimus quoque ac Gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe querentes ordine profecuti sunt, eorumque studia in vno voluminis indiculo comprehenderunt

¶ Qui multa scripserunt.

Ca. vii.

Quod Arc? teretius varro apud latinos innumera-
rabiles libros scripsit. Apud grecos quoque
calcite? miris attollitur laudib? q? tantos
libros edidit quantos quis nostrum alienus scribere
propria manu vix possit. De nostris quoque apud grecos
Origenes in scripturarum labore tam grecos quam latinos
operum suorum numeros separauit. Denique Hieroni-
mus sex milia librorum eius legisse fatetur. Horum
tamen omnia studia Augustinus ingenio vel scientia sua vi-
cit. vnde tanta scripsit ut diebus ac noctibus non solum scri-
bere libros eius quosque, sed nec legere quidem occurrat.

¶ De generibus opusculorum.

Cap. viii.

Opusculorum genera sunt tria. Primum gen-
us excepta sunt, que grece scholia nuncupantur
in quibus ea que videtur obscura vel diffici-
lia, summatim ac breuiter perstringuntur. Secundum
genus omelie sunt quas latini verbum appellat que pro-
feruntur in populis. Tertium tomi, quos nos libros vel
volumina nuncupamus. Omelie autem ad vulgus lo-
quuntur, tomi vero. id est libri maioris sunt disputationis
Dialogus est collatio duorum vel plurimorum, que
latini sermonem dicunt. Nam quos greci dialogos vo-
cant, nos sermones vocamus. Sermo autem dicitur quia
inter utrumque scribitur. Vnde et in Virgilio. Multa inter
ferebant. Tractatus est vni rei multiplex expositio
eo que trahat sensum in multa sententiandi correctio secum.
Differt autem sermo. tractatus, et verbum. Sermo
enim altera eget persona, tractatus specialiter ad
seipsum est, verbum autem ad omnes. Vnde et dicitur.
Verbum fecit ad populum. Commentaria dicta qua-
si cum mente. Sunt enim interpretationes, ut com-
menta iuris, commenta euangelij. Nam quicquid
breuiter componitur commentarium dicitur, quod
vero elongatur expositio nominatur. Apologeticum
est excusatio in quo solent quidam accusantibus
respondere. In defensione enim aut negatione so-
la positum est, et est nomen grecum. Panegyricum
est licentiosum et lasciuosum genus dicendi in lau-
dibus regum in cuius compositione homines mul-
tis mendaciis adulantur. Quod malum a grecis ex-
ortum est, quorum leuitas instructa dicendi facul-
tate et copia incredibili multas mendationum ne-
bulas suscitauit. Fastorum libri sunt, in quibus re-
ges vel consules scribuntur a fastibus dicti. id est pote-
statibus. Vnde et Ouidii libri factorum dicuntur,
quia de regibus et consulibus editi sunt. Proemia
est initium dicendi. Sunt enim proemia principum
librorum, que ante cause narrationem ad instruendas
audientium aures coaptantur cuius nomen plerique
latinitatis periti sine translatione posuerunt. Hoc
autem vocabulum apud nos interpretatum pre-
fatio nuncupatur, quasi prelocutio. Precepta sunt

que aut quid faciendum, aut quid non faciendum,
sunt docens. Quid faciendum, ut dilige dominum
deum tuum, et honora patrem tuum et matrem tuam.
Quid non faciendum, ut non mechaberis, non fur-
tum facies. Similiter et gentilium precepta vel iu-
bent vel vetant, iubent faciendum, ut nudus ara,
sere nudus. Vetant ut neue inter vites coriluz sere
neue flagella, summa pete. Primum autem precepta
apud hebreos moyses scripsit, apud latinos mar-
tius vates primum precepta composuit. Ex quibus est
illud, postremus dicas, primum taceas. Parabole et
problemata nominibus suis indicant alterius se pro-
scrutari oportere. Parabola quippe alicuius rei si-
militudinem presegerit, quo licet sit vocabulum
grecum, iam tamen pro latino usurpatur. Et notum
est que in parabolis que dicuntur per rerum similitu-
dines rebus de quibus agitur comparantur. Proble-
mata autem que latine appellantur propositiones,
questiones sunt habentes aliquid quod disputatio-
ne soluendum sit. Questio autem est cum queritur
an sit, an quid sit, aut quale sit. Argumentum vero
dictum quasi argutum, vel que sit argute inuentum
ad comprobandas res, Epistolam proprie greci vo-
cant, quod interpretatur latine missa. Stola enim
siue stoli, missa vel missi. Antechartem et membra-
narum usum in dolatis ex ligno codicillis epistola-
rum eloquia scribebantur, Vnde et portitores earum
tabellarios vocauerunt.

¶ De ceris.

Cap. ix.

Cere litterarum materies paruulorum nutri-
ces, ipse dant ingenium pueris primordia sen-
sus, quarum studium primi greci tradidisse
produntur. Greci enim et tusci primum ferro in
ceris scripserunt, postea romani iusserunt ne graphi-
um ferreum quis haberet. Vnde et apud scribas di-
cebatur, Ceram ferro ne cedito. Postea institutum
est ut ceram ossibus scriberet sicut indicat attica, in
satyra dicens, Vertamus vomerem in ceram mucro-
nemque aremus osseo. Graphium autem grece, latine
scriptorium dicitur. Nam graphi scriptura dicitur.

¶ De chartis.

Cap. x.

Chartarum usum primus egyptus ministra-
uit. ceptum apud methiticam urbem. Methis
enim ciuitas egyptiorum est vbi chartem usus
inuentus est primum. sicut ait Lucanus, Conficitur
bibula methitis charta papyro. Bibulam autem papy-
rum dixit, que humorem bibat. Charta autem dicitur que
capti papyri tegmen decerptum glutinatur. Cuius
genera que plura sunt. Prima et principua augustea regia
maioris forme in honorem Octauiani augustini ap-
pellata. Secunda libyana ob honorem libye provin-
tie. Tertia hieratica dicta eo que ad sacros libros eli-
gebatur. similis augustee sed subcolorata. Quar-
ta teneotica a loco alexandrie qui ita vocatur vbi
filebat. Quinta saltica ab oppido salo. Sexta cor-
neliana a Cornelio gallo prefecto egypti primum

cōfecta. Septima emporitica q̄ ea merces inuoluūtur cum sit scripturis minus idonea.

¶ De pergamenis.

Cap. xi.

Dergameni teges cū cartha indigerēt mēbrana primi excogitauerūt. Vnde & p̄gamenarū nomen hucusq; tradēte posteritate sibi seruatū est. Hęc & mēbrana dicunt̄ quia ex mēbris pecudū detrahūtur. Fiebant enī primum coloris lutei. i. crocei. Postea vero romę cādida mēbrana reperta sunt, q̄ apparuit inabile esse, q̄ & facile sordescit, aciēq; legētium ledant, cū peritiores architecti neq; aurea lacunaria ponēda in bibliothecis putent / neq; pauimenta alia q̄ carysteo marmore. q̄ auri fulgor hebetat, & carysti viriditas reficiat oculos. Nam & qui nūmulariā discunt denariorum formis in myrteos pānos subiiciūt, & gēmarum sculptores, s̄ carabeorum terga quibus nihil est viridius subinde respiciunt, & pictores idē faciunt, vt laborē visus eorum viriditate recreent. Membrana autē aut candida / aut lutea / aut purpurea sunt. Candida naturaliter existunt. Luteum membranum bicolor est, quod cōfectore vna tingitur parte. i. croca, de quo Persius. Iam liber & positus, bicolor mēbrana capillis. Purpurea vero inficiuntur colore purpureo in quibus aurū & argentum liquecens pateat in litteris.

¶ De libris conficiendis.

Cap. xij.

Quedam genera librorū apud gētiles certis modulis conficiebātur, breuiore forma carmina atq; epistolę. At vero historię maiore modulo scribebātur, & nō solum in cartha vel mēbranis, sed etiā & in momētis elepbātis textilibusq; maluarū folijs atq; palmarū. Cuius generis Cinna sic meminit. Hęc tibi areteis multū inuigilata lucernis. Carmina quis ignes nouim⁹ aereos, Leuis in aridulo malue descripta libello. Prusiaca vexi munera nauicula. Circūcidi libros sicilię primum increbuit. Nam initio pumicabātur, vnde & Catullus ait. Cui dono lepidum nouū libellum, arido modo pumice expolitum.

¶ De librorum vocabulis.

Cap. xij.

Codex multorū librorū est, liber vnus voluminis. Et dictus codex p̄ translationē a codicibus arborum seu vitium, quasi caudex q̄ in se multitudinē librorū quasi ramorū cōtineat. Volumē liber est a voluēdo dictus, sicut apud hebreos volumina legis, volumina p̄phetarū. Liber est interior tunica corticis q̄ ligno cohæret, in qua antiqui scribebāt, de quo Virgilius sic, alta libera ret in vlmo. Vnde & liber dī in quo scribim⁹, quia ante vsū chartę vel mēbranarū de libris arborū volumina fiebāt. i. cōpaginabātur, vnde & scriptores a libris arborū librariorum vocauerunt.

¶ De librarijs & eorum instrumētis.

Cap. xiiij.

Librarios constat ante bibliopolas dictos. Librum enī gręci biblum vocāt. Librarij autē idem & antiquarij vocant̄, sed librarij

sunt qui & noua & vetera scribunt, antiquarij qui tantūmodo vetera, vnde & nomen sumpserunt. A scribēdo autē scriba nomen accepit, officiū exprimens vocabuli qualitate. Instrumēta scribę, calamus / & pēna. Ex his enī verba paginis infigūtur, sed calamus arboris est, pēna auis. cuius acumē in duo diuidit̄, in toto copore vnitāte seruata, credo propter mysterium, vt in duobus apicibus vetus & nouū testamentū signaretur, quibus exprimit̄ verbi sacramentū sanguine passionis effusum. Dicitur autē calamus q̄ liquorē ponat, vnde & apud nauas calare ponere dicit̄. Pēna autē a pendēdo vocata. i. volādo. Est enī vt diximus auium. Folia autē librorum appellata / siue ex similitudine foliorum arborū / seu quia ex follibus fiūt. i. ex pellibus quę de occisis pecudib⁹ detrahi solēt, cuius partes pagine dicunt̄, eo q̄ sibi inuicē cōpingantur. Versus autē vulgo vocati, quia sic scribebant antiqui sicut aratur terra. A sinistra enī ad dextrā primum deducebāt stilum, deinde conuertebātur ab inferiore, rursus ad dextram versus, quos & hodie rustici versus vocāt. Scheda est quod adhuc emendatur, et necdum in libris redactum est, & est nomē gręcum, sicut & tomus.

¶ De canonibus euangeliorum.

Cap. xv.

Anones euangeliorum Ammonius alexandrię episcopus primus excogitauit, quem postea Eusebius cesariēsis secutus plenius cōposuit. Qui ideo facti sunt, vt per eos inuenire & scire possemus qui reliquorū euāgelistarum similia / aut ppria dixerunt. Sunt autē numero decem, quorum primus cōtinet numeros in quibus quatuor eadē dixerunt, Mattheus / Marchus / Lucas / et Ioānes. Secundus in quib⁹ tres, Mattheus / Marchus / Lucas. Tertius in quib⁹ tres, Mattheus / Lucas / & Ioānes. Quartus in quib⁹ tres, Mattheus / Marchus / Ioannes. Quintus in quibus duo, Mattheus / Lucas. Sextus in quibus duo, Mattheus / Marchus. Septimus in quib⁹ duo, Mattheus / Ioānes. Octauus in quib⁹ duo, Lucas / Marchus. Nonus in quib⁹ duo, Lucas / Ioānes. Decimus in quibus singuli eorum ppria quędā dixerūt, quorum expositio hæc est. Per singulos enī euāgelistas numerus quidā capitulis affixus adiacet, quibus numeris subdita est æra quędā, minio notata quę indicat in quoto canone positus sit numer⁹, cui subiecta est æra, verbi gratia. Si est æra prima in primo canone / si secūda in secūdo / si tertia in tertio / et sic per ordinē vsq; ad decimū peruenies. Si igitur aperto quolibet euāgelio placuerit scire qui reliquorum euāgelistarum similia dixerunt assumes adiacētē numerū capituli, & requires ipsum numerum in suo canone quem indicat, ibiq; inuenies qui & quid dixerūt, & ita demū in corpore inquisita loca quę ex ipsis numeris indicātur per singula euangelia, de eisdem dixisse inuenies.

¶ De canonibus conciliorum.

Cap. xvj.

Quoniam autem græce latinæ: regula nuncupatur. Regula autem dicta quæ recte dicit, nec aliquid quando aliorum trahit. Alij dixerunt regulam dictam vel quæ regat / vel quæ normam recte viuendi prebeat / vel quæ dictorum paruorum quid corrigat. Canones autem generalium conciliorum a temporibus constantini ceperunt. In precedentibus namque annis persecutione feruente, docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde christianitas in diuersas hereses scissa est, quia non erat licentia episcopis in unum conuenire nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse enim dedit facultatem christianis libere congregari. Sub hoc etiam sancti patres concilio. Niceno de omni orbe terrarum conuenientes iuxta fidem euangelicam & apostolicam, secundum post apostolos symbolum tradiderunt. Inter cetera autem concilia quattuor esse scimus venerabiles synodos quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quattuor euangelia / vel totidem paradisi flumina. Harum prima nicea synodus. 318. temporum constantino augusto imperante facta est. In qua arrianæ perfidie condemnata blasphemia. quæ de inequalitate sanctæ trinitatis idem arrius assererat, consubstantialem deo patri deum eadem sancta synodus per symbolum diffiniuit. Secunda synodus. 150. patrum sub theodosio seniore constantinopoli congregata est quæ macedonium spiritum sanctum deum esse negantem condemnans, consubstantialem patri et filio spiritum sanctum demonstrauit, dans symboli formam quam tota græcorum et latinorum confessio in ecclesiis prædicat. Tertia synodus ephesina prima ducentorum episcoporum subiuniorum theodosio augustino edita est. quæ nestorium duas personas in christo asserentem iusto anathemate condemnauit, ostendens manere in duabus naturis unam domini nostri iesu christi personam. Quarta synodus calcedonensis. d. c. xxx. sacerdotum sub martiano principe habita est in qua euticen constantinopolitanum abbatem uerbi dei et carnis unam naturam pronunciantem, et eius defensorem dioscorum quondam alexandrium episcopum, et ipsum rursum nestorium cum reliquis hereticis una patrum sententia prædamnauit prædicans eadem synodus, christum dominum, de uirgine sic natum, ut in eo substantiam diuinae et humanæ confiteamur naturæ. Hæc sunt quattuor, synodi principales, fidei doctrinam plenissime prædicantes. sed et si qua sunt consilia que sancti patres spiritu dei pleni sanxerunt, post istarum quattuor auctoritatem omni manent stabilita vigore, quorum gesta in hoc opere condita continentur Synodum autem ex græco interpretari comitatum vel coetum. Concilium uero nomen tractum ex more romano. Tempore enim quo cause agebantur, conueniebant omnes in unum communi intentione tractabant. Unde et concilium a communi intentione dictum quasi consilium. Nam concilia oculorum sunt, unde et consilium, id est consilium. d. in. L. litteram transeunte. Coetus uero con-

uentus est uel congregatio a conuendo, id est conueniendo in unum unde et conuentus est nuncupatus, sicut a conuentu cetus, ita & concilium a societate multorum in unum.

¶ De cyclo pascali.

Cap. xvii.

Dascalem cyclum hyppolitus episcopus temporibus alexandri imperatoris primus descripsit. Postquam probatissimi auctores Eusebius caesariensis, theophilus alexandrius prosper quoque natione aquitanus atque victorinus amplificatis eiusdem festiuitatis rationibus, multiplices circulos ediderunt. Cuius quidem rationem beatissimus Cyrillus alexandrinæ urbis episcopus in nonaginta quinque annos, per quinquies decennouies calculans, quoto kalendas uel luna debeat pascalis solenitas celebrari summa breuitate notauit. Cyclus autem uocatus eo quod in orbe digestus sit, et quasi in circulo dispositum ordinem completatur annorum sine uarietate et sine ulla arte Unde factum est ut cuiusque materie carmina simplicitate facta, cyclica uocarentur. Hinc et latinæ cyclum dictum quod ordinem habeat stratuum annorum.

Primus cyclus.

B	c. 2. idus	aprilis	20.
	c. 6. kal.	aprilis	16.
	E. 16. kal.	maij	17.
	c. 6. idus	aprilis	20.
B	c. 9. kal.	aprilis	15.
	E. 2. idus	aprilis	16.
	c. 2. non.	aprilis	19.
	E. 8. kal.	maij	20.
B	c. 5. idus	aprilis	16.
	c. 2. kal.	aprilis	18.
	E. 12. kal.	maij	19.
	c. non.	aprilis	15.
	c. 5. kal.	aprilis	17.
B	E. 16. kal.	maij	18.
	c. 6. idus.	aprilis	21.
	c. 9. kal.	aprilis	17.
	c. idus	aprilis	17.
B	c. 2. non.	aprilis	20.
	E. 8. kal.	maij	21.
	Secundus cyclus		
	c. 5. idus	aprilis	18.
B	c. 2. kal.	aprilis	20.
	E. 12. kal.	maij	21.
	c. non.	aprilis	17.
	c. 5. kal.	aprilis	20.
	E. 16. kal.	maij	20.
B	c. kal.	aprilis	16.
	E. 11. kal.	maij	17.
	c. idus	aprilis	20.
	c. 5. kal.	aprilis	15.
B	E. 15. kal.	maij	16.
	c. 5. kal.	aprilis	19.

B	c. 8. kal.	aprilis
	E. idus	aprilis
	c. non.	aprilis
	c. 5. kal.	aprilis
	E. 4. idus	aprilis
	c. kal.	aprilis
B	E. 11. kal.	mai
	Tertius cyclus	
	c. 8. idus.	aprilis
	c. 4. kal.	aprilis
B	E. 15. kal.	mai
	c. 5. idus	aprilis
	c. 8. kal.	aprilis
	E. 18. kal.	mai
B	c. non.	aprilis
	E. 7. kal.	mai
	c. 4. idus	aprilis
B	E. 11. kal.	mai
	c. 8. idus	aprilis
	c. 4. kal.	aprilis
B	E. 14. kal.	mai
	c. 4. non.	aprilis
	c. 8. kal.	aprilis
	E. 18. kal.	mai
B	c. 3. kal.	aprilis
	E. 14. kal.	mai
	Quartus cyclus	
	c. 3. idus	aprilis
	c. 7. kal.	aprilis
B	E. 17. kal.	mai
	c. 8. idus	aprilis
	c. 4. kal.	aprilis
	E. 3. idus	aprilis
B	c. 3. non.	aprilis
	E. 10. kal.	mai
	c. 18. kal.	mai
	c. 3. kal.	aprilis
B	E. 13. kal.	mai
	c. 4. idus	aprilis
	c. 7. kal.	aprilis
	E. 17. kal.	mai
B	c. 7. idus	aprilis
	c. 11. kal.	aprilis
	E. 3. idus	aprilis
	c. 3. non.	aprilis
	E. 9. kal.	mai
	Quintus cyclus	
B	c. 7. idus	aprilis
	c. 3. kal.	aprilis
	E. 13. kal.	mai
B	c. 2. non.	aprilis
	c. 7. kal.	aprilis
	E. 17. kal.	mai
	c. 2. kal.	aprilis
B	E. 12. kal.	mai
	c. 3. idus	aprilis

15.	c. 3. non.	
15.	E. 16. kal.	aprilis
18.	c. 6. idus	mai
21.	B c. 3. kal.	aprilis
15.	E. 13. kal.	aprilis
17.	c. 2. non.	mai
18.	c. 6. kal.	aprilis
	B c. 17. kal.	mai
15.	c. 2. kal.	aprilis
18.	E. 12. kal.	aprilis

		21.
		15.
		18.
		20.
		21.
		17.
		20.
		20.
		16.
		17.



Conditione mundi vsq; ad hunc nouissi-
 mum cyclum computantur anni. 5920.
 Post cuius expletionē ad primum exor-
 dium recurrendū est. Antiquitus eccle-
 sia pasca. i 4. luna cum iudeis celebra-
 bat quocūq; die occurreret. Quem ritū sancti pa-
 tres in nicena synodo phibuerunt, cōstituentes nō
 solū lunam paschalē & mensem inquirere, sed etiā
 & idem resurrectionis dñicæ obseruare, & ob hoc
 pasca. i 4. luna vsq; ad. 21. extēderūt, vt dies dñi-
 cus nō omitteretur. Pasce aut vocabulum nō grę-
 cum, sed hebraicū est / nec a passione, qm paschin
 gręce dicit pati, sed a trāsitu hebreo verbo pasca
 appellatum est, eo q tunc populus dei ex egypto
 trāsierit. Vnde & in euāgelio, cū vidisset inquit Ie-
 sus quia venit hora, vt trāsiret de mūdo ad patrē.
 Cuius nox ideo peruigil ducitur ppter aduentum
 regis ac dñi nostri, vt tēpus resurrectionis eius nos
 non dormiētes, sed vigilātes inueniat, cuius noctis
 duplex ratio est / siue q in eadē tūc vitā recepit cū
 passus est / siue q postea eadē hora qua resurrexit
 ad iudicādum venturus est. Eo aut modo agimus
 pasca, vt non solū mortem & resurrectionem chri-
 sti in memoriā reuocemus, sed etiā cætera que cir-
 ca eum attestat ad sacramentorum significationē
 inspiciamus. Propter initiū enī nouę vitę, & ppter
 nouum hominē quem iubemur induere & exuere
 veterē, expurgamus vetus fermētum vt scimus no-
 ua cōspersio, qm pasca nostrū immolatus est Chri-
 stus. Propter hęc ergo vitę nouitatē primus mēsis
 nouorum in anni mēsis celebrationi pascali my-
 stice attributus est, q vero tertię ebdomadę die
 pasca celebra. i. qui dies occurrit a quintadecima
 luna vsq; in vicesimā primā, hoc significat, quia in
 toto tēpore sæculi quod septenario dierū numero
 agitur, nūc tertiū tēpus hoc in sacramētum appa-
 ruit. Primum enī tēpus est ante legē. Secundum sub
 lege. Tertiū sub gratia, vbi iam manifestatum est
 sacramētum prius occultū in pphético enigmate,
 Ideo & ppter hęc tria sæculi tēpora resurrectio dñi
 triduana est, q vero a quartadecima luna vsq; ad
 21. per dies. 7. pascalis dies queritur, hoc fit ppter
 ipsum numerū septēnariū quo vniuersitatis signi-
 ficatio sepe figura. qui etiā ipsi ecclesię tribuitur
 propter instar vniuersitatis, vnde & Ioānes aposto-
 lus i apocalypsi ad septē scribit ecclesias. Ecclesia

vero in ista adhuc mortalitate carnis cōstituta ppter ipsam mutabilitatē lunę nomine in scripturis significatur. Varia aut̄ obseruātia opinionū pascalis festiuitatis, interdū errorem gignit. Latini nāq; a. 3. noñ. martias vsq; in. 3. noñ. Aprilis primī mēsis lunam inquirunt, et si. 15. luna die dñico puenerit in alio die dñico pasca ptrahunt. Gręci primī mensis lunam ab. 8. idus martias vsq; in diē noñ. aprilis obseruāt, et si. 15. luna die dñico incurrit, sanctum pascha celebrant. Huiusmodi ergo dissensio inter vtrosq; pascale regulā turbat. Cōmunis annus dicitur qui. 12. tantum lunationes hoc est dies eccliiij. habet. Dicitur aut̄ cōmunis, quia sæpe duo ita cōiuncti incedūt, vt inuicē se in pascali solēnitate sequantur. Nam embolismus annus est semp solius. Embolismus annus est qui. 13. mēses lunares. i. ccclxiiij. dies habere monstrat. Ipse est annus sancto Moyfi diuinitus reuelatus, in quo iubentur hi qui longius habitāt, in secūdo mēse pasca celebrare. Embolismus aut̄ nomen gręcū est, quod interpretat̄ latine super augmentum, eo q; expleat numerum annorū cōmunium quibus. xj. lunares dies deesse cernunt. Embolismi autē anni et cōmunes sic inueniuntur. Si enī a. 14. luna pasce precedentis vsq; ad. 14. sequētis. ccclxiiij. dies fuerint. Embolismalis annus est, si. cccliiij. cōmunis. Bissexus est post annos. 4. vnus dies adiectus. Crescit enim per singulos annos quarta pars assis. At vbi quarto anno assis cōpleuerit bissexilem annū facit. Dicitur autem bissexus quia bis sexies ductus assis facit quod est vnus dies, sicut quadratē ppter quater ductū quod est bissexus, quē super dierū cursum in annū sol facit / siue q; nequeat annū sub introducere nisi bissexto noñ. mar. cōputaueris, hoc est et primo die sexto noñ. mar. et addito bis sexto alio die sexto noñ. mar. iteraueris. A sexto autem noñ. mar. vsq; in diē pridie kal. ianuaras in lunę cursu bissexus apponit̄ / atq; inde detrahitur. Intercalares aut̄ dies iccirco vocant̄, quia interponuntur, vt ratio lunę solisq; cōueniat. Calare enī ponere dicitur, intercalare interponere. Epactas gręci vocāt, latini adiectiones annas lunares, quę vndenarium numerū vsq; ad tricenariū in se reuoluunt. Quas ideo egyptij adijciūt, vt lunaris emēssio rationi solis equetur. Luna enī iuxta cursum suū. 29. semis dies lucere dinoscit̄ et fiūt in annum lunares dies. cccliiij. remanēt ad cursū anni solaris dies. xj. quas egyptij adijciunt, vnde et adiectiones vocantur. Absq; his nō inuenies lunam quota sit in quolibet anno et mēse et die. Iste epacte semp. xj. kal. aprilis reperiunt̄ in eadē luna quę fuerit in eo die. Continentur aut̄ circulo decēnouenali, sed cum ad. 29. epacta puenerint, qui & circulus decēnouenalis, iam sequenti anno nō addes super. 29. xj. vt. x. annuncies detractis. 30. sed inde reuerteris, vt. xj. p nuncies.

¶ De reliquis festiuitatibus.

Cap. xviii.

Festiuitas dicta a festis dieb⁹, quasi festiditas, eo q; in eis solares diuina fit. Quibus cōtrarij sunt fasti in quibus ius fatur. i. dicit̄. Solēnitas a sacris dicit̄ ita suscepta, vt mutari ob religionem non debeat a solito. i. firmo atq; solido noiata / vel ex eo q; soleat fieri in anno. Celebritas aut̄ nominat̄ q; nō ibi terrena, sed celestia tm̄ agant̄. Pasca festiuitatū omniū prima est, de cuius vocabulo iam superius dictū est. Pentecostes sicut & pasca apud hebreos celebris dies erat quod post quinq; decadas pasche celebraf, vnde et vocabulum sumpsit. Penta enī gręce quinq;, in quo die scđm legem panes ppositionis de nouis frugib⁹ offerebāt, Cuius figuram annus iubileus in testamētō veteri gessit, quę nūc iterū per figurā repromissionis eternā requiem pfiguraf. Epyphania gręce latine apparitio / siue manifestatio vocat̄, eo enī die Christus sideris indicio magis apparuit adorandus. Quod fuit figura primitiæ credentiū gentiū. Quo die et dñici baptismatis sacramentū, et permutatę in vinum aquę factorū per dñm signorū principia extiterūt. Duę sunt aut̄ epyphanię, prima in qua natus est Christus et pastoribus hebreorū angelo nūciatē apparuit, secūda in qua ex gentium populo, stella indice, persepis cunabula magis adoraturis exhibuit. Scenophegia solēnitas hebreorū de gręco in latinū tabernaculorū dedicatio interpretat̄, quę celebraf a iudeis, in memoriā expeditionis cū ab egypto p̄moti in tabernaculis agebāt / et ex eo scenophegia. Sceno enī gręce, latine tabernaculū dicit̄. Quę solēnitas apud hebreos septēbrio mēse celebraf. Neomenia apđ kalēde, apud hebreos aut̄ quia scđm lunarem cursum mēses supputant̄, et gręce mene luna appellat̄, inde neomenia. i. noua luna. Erant enī apud hebreos ipsi dies kalēdarum, ex legali institutione solēnes, de quib⁹ in psalterio dicit̄. Canite in initio mensis tuba, in die insignis solēnitatis vestrę. Encenia aut̄ est noua tēpli dedicatio. Gręce enī cenon dicit̄ nouū. Quādo enī aliquid nouū dedicaf encenia dicitur. Hanc dedicationis tēpli solēnitatem iudei octobrio mēse celebraf. Dies palmarū ideo dicit̄, quia in eo dñs et saluator noster sicut ppheta cecinit hierusalem tendēs asellū sedisse perhibet̄. Tunc gradiēs, cum ramis palmarū multitudo plebiū, obuiā ei clamauerūt. Osanna, benedictus qui venit in nomine dñi rex israel. Vulgus aut̄ ideo hūc diem capitalium vocat, quia in eo tūc mos est lauandi capita infantium, qui vngēdi sunt, ne obseruatione. xl. fordidata ad vnctionem accederēt. Hoc aut̄ die, symbolū confitentibus tradit̄, ppter cōfinem dñicę pasche solēnitatem, vt qui iam ad dei gratiā percipiēdam festinant, quam confiteantur fidem agnoscat. Cæna dñica dicta est. eo q; in eo die saluator pasca cum suis discipulis fecerit, quod & vsq; hodie sicuti est traditū celebraf, sanctūq; in eo chrisma cōficitur. Sabbatū ab hebreis ex interpretatione vocabuli

fui requies nominatur, quod deus in ipso perfecto mundo regeuisset. Siquidem & eo die requieuit dominus in se pulchro ut quietis illius mysterium confirmaret, quod iudeis obseruandum, in umbra futuri preceptum est. Sed postquam Christus in sepultura sua eius figuram adimpleuit, obseruatio eius quieuit, Dominicus dies proinde vocatur, quia in eo resurrectionis domini nostri gaudium celebratur. Qui dies non iudeis sed Christianis in resurrectione domini declaratus est, & ex illo habere cepit festiuitatem suam. Illis enim solum celebrandum sabbatum traditum est, qui erant antea requies mortuorum, resurrectio autem illius erat qui resurgens a mortuis iam non moreretur. Postquam autem facta est talis resurrectio in corpore domini, ut preiret in capite ecclesie, quod corpus ecclesie speraret in fine, iam dies dominicus id est octauus, qui et primus celebrari coepit.

¶ De officiis.

Cap. xix.

Officiorum plurima genera sunt, sed precipuum illud, quod in sacris diuinisque rebus habetur. Officium autem ab efficiendo dictum quasi efficium, propter decorem sermonis vna mutata littera, vel certe ut quisque illa agat quae nulli officiant, sed prosint omnibus. Vespertinum officium est in noctis initio, vocatum a stella vespere, quae surgit oriente nocte. Matutinum vero officium est in lucis initio, a stella lucifero appellatum, quae oritur inchoante mane. Quorum duorum temporum significatione ostenditur ut die ac nocte semper deus laudetur. Missa tempore sacrificii est, quando cathedramini foras mittuntur, clamante leuita, si quis cathedramini remansit exeat foras & inde missa, quia sacramentis altaris interesse non possunt qui nondum regenerati noscuntur. Chorus est multitudo in sacris collecta, & dictus chorus quod initio in modum coronae circum aras starent, & ita psallerent. Alii chorum dixerunt a concordia, quae in charitate consistit quia si charitatem non habeat, respondere conuenienter non potest. Cum autem vnus canit, graece monodia, latine sincinium dicitur, cum vero duo canunt, bicinium appellatur, cum multi chorus. Nam chorea ludicrum cantilenae, vel saltationes classium sunt. Antiphora ex graeco, interpretatur vox reciproca, duobus, scilicet choris alternatim psallantibus ordine commutato, siue de vno ad vnum. Quod genus psallendi graeci inuenisse traduntur. Responsorios ita tradiderunt. Quos inde responsorios cantus vocant, quod alio desinente, id alter respondeat. Inter responsorios autem & antiphonas hoc differt, quod in responsorios vnus versus dicit, in antiphonis autem versus alternant chori. Lectio dicitur, quia non cantatur ut psalmus vel hymnus, sed legitur tantum. Illic enim modulatio, hic sola pronuntiatio quaeritur. Canticum est vox cantantis in leticia. Psalmus autem dicitur quia cantatur ad psalterium, quod versus esse David propheta in magno mysterio perdit historia. Haec autem duo in quibusdam psalmorum titulis, iuxta musicam artem, alternatim sibi apponuntur. Nam canticum

psalmi est cum id quod organum modulatur, vox postea cantantis eloquitur. Psalmus vero canticum, quod humana vox proloquitur, ars organi modulantis imitatur. Psalmus autem a psalterio dicitur, unde nec mos est ex alio opere eum componi. Tres autem gradus sunt in cantando, primus succentoris, secundus incentoris, tertius accentoris. Diapsalma quidam hebreum verbum esse volunt, quo significatur sepe, id est quod illa quibus hoc interponitur, sempiterna esse confirmet. Quidam vero graecorum verbum existimant quo significatur interuallum psallendi, ut psalma sit quod psallitur, diapsalma vero interpositum in psallendo silentium, ut quemadmodum simpalma dicitur vocis copulatio in cantando, ita diapsalma disiunctio earum, vbi quaedam requies distincta continuatione ostenditur. Unde & illud probabile est, non contingendas sententias in psallendo vbi diapsalma interposita fuerit, quia ideo interponitur, ut conuersio sensuum vel personarum esse noscatur. Hymnus est canticum laudantium, quod de graeco in latinum laus interpretatur pro eo quod sit carmen leticiae & laudis. Proprie autem hymni sunt continentes laudem dei. Si ergo sit laus & non sit dei, non est hymnus, si sit & laus & dei laus & non cante, non est hymnus. Si ergo & in laudem dei dicitur, & cantatur, tunc est hymnus. Cui contrarium est threnum quod est lamentum carmen & funeris. Alleluia duorum verborum interpretatio est, hoc est laus dei, et est verbum hebraicum, iam enim vnus est deus, x. nominibus quibus apud hebraeos deus vocatur. Amen significat vere siue fideliter, quod & ipsum hebraicum est. Quae duo verba, amen & alleluia, nec graecis nec latinis nec barbaris licet in suam linguam omnino transferre vel alia lingua annunciare. Nam quauis interpretari possint, propter sanctiorem tamen auctoritatem, seruata est ab apostolis in his propriae linguae antiquitas. Tanto enim sacra sunt nomina, ut etiam iohannes in apocalypsi referat se spiritu reuelate vidisse & audisse vocem caelestis exercitus, tanquam vocem aquarum multarum & tonitruum validorum dicentium amen & alleluia, ac pro hoc oportet in terris vtraque dici sicut in caelo resonant. Osanna in altera lingua interpretatione in toto transire non potest, Osanna enim saluifica interpretatur, anna interiectio est, motum animi significans sub deprecantis affectu, integre autem dicitur osanna, quod nos corrupta media vocali littera & elisa dicimus osanna, sicut fit in versibus quando scandimus. Littera enim prima verbi sequentis extremam prioris verbi veniens excludit, & dicitur hebraice osanna quod interpretatur saluifica, subaudiendo vel populum tuum vel totum mundum. Offertorium tali ex causa sumpsit vocabulum. Fertum enim dicitur oblatio quae in altari offertur & sacrificatur a pontificibus a quo offertorium nominatum, quasi propter fertum Oblatio vocatur quia offertur. Dona proprie dei dicuntur, munera hominum. Nam munera dicuntur obsequia quae pauperes diuitibus loco munerum solunt itaque munus homini datur, donum deo, unde etiam in templis donaria dicimus. Munera autem vocantur, quia

manibus vel accipiuntur vel dantur. Duo sunt autem que offeruntur, donum & sacrificium, Donum dicitur quod quid auro argentoque aut qualibet alia specie efficitur. Sacrificium autem est victima, & quecumque in ara ponuntur seu cremantur. Omne autem quod deo datur, aut dedicatur, aut consecratur. Quod dedicatur dicendo datur, unde & appellatur, unde & errant qui dedicationem consecrationem putant significari. Immolatio ab antiquis dicta, eo quod in mole altaris positam victima cedere, unde & mactatio post immolationem est, nunc autem immolatio panis & calicis conuenit. Libatio autem tamen modo calicis oblatio est. Hinc est illud. Et libauit de sanguine uisus, sicut et secularium quidam poeta ruit, nunc inquit pateras libate ioui. Libare enim proprie fundere est, sumptumque nomen de libero quodam qui in greciam uisum repperit uitis. Hostie apud veteres dicebantur sacrificia que fiebant antequam ad hostem pergerent. Victimam uero sacrificia, que post uictoriam de uictis hostibus immolabantur. Et erant uictimam maiora sacrificia, quam hostie. Alii uictimam dictam putauerunt quia ictu percussa cadebat, vel quia uincta ad aras ducebatur. Holocaustum illud est, ubi totum igne consumitur quod offertur. Antiqui enim cum maxima sacrificia administrarent, solebant totas hostias in sacrorum consumere flamma, et ipsa erant holocausta. Holo enim graece totum dicitur, caustis incensio et holocaustum totum incensus. Cerimoniam apud Latinos dicuntur sacre omnia que apud grecos orgia uocantur. Proprie autem uisum est doctoribus a carendo appellari cerimonias quasi carimonias, eo quod ea que in sacris diuinis offeruntur, in suo uisum his carerent homines, quod etiam nomen in uisum est sanctarum literarum. Alii cerimonias proprie obseruationibus iudeorum credunt, abstinentiam scilicet quarundam escarum, secundum ueterem legem eo quod obseruantes carebant his rebus quibus se abstinerunt. Sacrificium dictum quasi sacrum factum, quia prece mystica consecratur, in memoriam pro nobis dominice passionis. Unde hoc eo iubente corpus Christi & sanguinem dicimus, quod dum sit ex fructibus terrae, sanctificatur & fit sacramentum, operante inuisibiliter spiritu dei, cuius pacis & calicis sacramentum greci eucharistiam dicunt, quod latine bona gratia interpretatur, Et quid melius corpore & sanguine Christi? Sacramentum est in aliqua celebratione, cum res gesta ita sit ut aliquid sacrificare intelligat, quod sancte accipiendum est. Sunt autem sacramenta, baptismum & Chrisma, corpus et sanguis Christi que ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegimento corporaliu reru, uirtus diuina secretius salutem eorundem sacramentorum operatur. Unde & a secretis uirtutibus uel sacris sacramenta dominus. Quae ideo fructuose poenes ecclesiam fiunt, quia sanctus in ea manens spiritus, eorundem latenter sacramentorum operatur effectum, unde seu per bonos, seu per malos ministros intra dei ecclesiam dispensat, tamen quia spiritus sanctus mystice illa uiuificat, qui quodam apostolico in tempore, uisibilibus apparebat operibus, nec bonorum me-

ritis dispensatorum amplificatur haec dona, nec malorum attenuantur, quia neque quod platur est a ligido neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Unde et graece mysterium dicitur quod secretam et reconditam habeat dispensationem. Baptismus graece latine tinctio interpretatur, quae ideo tinctio dicitur quia ibi homo spiritu gratiae in melius immutatur, & longe aliud quam erat efficitur. Prius enim deformitate peccatorum foedi eramus, in ipsa in tinctio reddimur pulchri dealbatione uirtutum. Unde in canticis scribitur canticorum. Quae est ista quae ascendit dealbata? Cuius mysterium non aliter nisi sub trinitatis designatione id est patris et filii & spiritus sancti cognominatione completur, dicente domino ad apostolos. Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii et spiritus sancti. Sicut enim in tribus testibus stat omne uerbum, ita hoc sacramentum confirmat ternarius numerus nominum diuinorum, quod autem per aquam baptismum datur, haec ratio est, Voluit enim dominus ut res illa inuisibilis per congruentem, scilicet profecto contra tractabilem rem uisibile impendatur elementum, super quod etiam in principio ferebatur spiritus sanctus, sicut aqua purgatur exterius corpus ita latenter eius mysterio per spiritum sanctum purificatur et animus. Cuius sanctificatio ita est. Inuocato enim deo descendit spiritus sanctus de caelis & medicatis aquis sanctificat eas de se ipso, & accipiunt uim purgationis ut in eis et caro et anima delictis inquinata mundetur. Chrisma graece latine unctio nominatur, ex cuius nomine et Christus dicitur & homo post lauacrum sanctificatur. Nam sicut in baptismo peccatorum remissio datur, ita per unctioem sanctificatio spiritus adhibetur, & hoc de pristina disciplina, qua ungi in sacerdotium & in regnum solebant, ex quo & aaron a moysi unctus est. Quae dum carnaliter fit, spiritualiter proficit, quomodo et in ipsa baptismi gratia uisibilis actus est quod in aqua mergimur, sed spiritualis effectus quod delictis mundamur. Hoc significat illud unguentum, quod peccatrix mulier super pedes & ea quae dicitur non fuisse peccatrix super caput Iesu fuisse describitur. Manus impositio ideo fit ut per benedictionem aduocatus inuitetur spiritus sanctus, Tunc enim ille paraclytus, post mundata et benedicta corpora libens a patre descendit, & quasi super baptismi aquam tanquam super pristinam sedem recognoscens requiescit. Nam legitur quod in principio aquis superferebatur spiritus sanctus. Exorcismus graece latine coniuratio siue sermo increpationis est, aduersus diabolum ut discedat, sicut in zacharia. Et ostendit mihi Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo domini, & sathan stabat ad dextris eius ut aduersaretur ei, & dixit Dominus ad sathan. Increpet Dominus in te sathan, et increpet Dominus in te qui eligit hierusalem. Hoc est exorcismus, increpare & coniurare aduersus

sus diabolu. Vnde sciendū q̄ nō creatura dei in in-
fantib⁹ exorcizatur aut exsufflatur, s̄z ille sub quo
sunt oēs qui in p̄cō nascūtur. Est enim p̄icepspec-
catorū. Symbolū per linguam gr̄cā signūz vel co-
gnitio interpretatur. Discessuri enī apostoli ad e-
uangelizādū in gētibus, hoc sibi p̄dicatiōis signū
vel indicū posuerunt. Continet enī confessionē tri-
nitatis & vnitatē ecclesie, & oē christiani dogma-
tis sacramentū. Quod symbolū fidei & spei nostrę
nō scribitur in charta et atramento, sed in tabulis
cordis carnalibus. Oratio, petitio dicitur. Nā orare
est petere, sicut exorare ipetrare. Constat aut̄ ora-
tio loco et tēpore. Loco, quia nō vbiq; cū prohibe-
amur a Christo orare in publico, sed vbi oportuni-
tas dederit, aut necessitas iportauerit. Neq; ei con-
tra p̄ceptū reputatur ab apostolis factū, quia in
carcere audientibus custodib⁹ orabant et canebāt
deo. De tēpore vero dictum est, sine intermissione
orare, sed hoc singularibus. Nā est obseruatio qua-
rūdam horarū cōmunium, quę diei interspacia si-
gnant. tertia, sexta, nona. similiter & noctis, sed ideo
hęc orandi horę diuisę sunt, vt si forte aliquo fueri-
mus opere detēti, ipsum ad nos officiū temp⁹ ad-
moneat, quę tēpora in scripturis inueniunt. Primū
enim spiritus sanctus cōgregatis discipulis hora
tertia infusus est. Petrus qua die visionē cōmunica-
tionis in illo vasculo expertus est, sexta hora oran-
di gratia ascenderat. Idem etiā cum Ioanne hora
nona templū adiit, quando clauduz sanitati refor-
mauit. Sed et Daniele m legimus hęc tēpora i ora-
tione obseruasse, et vtiq; ex israelis disciplinavt ne-
minus q̄z ter in die adoremus. Debites enim su-
mus triū personarum, patris et filii & spiritus san-
cti, exceptis vtiq; et aliis legitimis orationibus quę
sine vlla admonitione debentur i ingressu lucis ac
noctis, siue vigiliarum, sed et cibum nō prius sume-
re q̄ interposita oratione debemus. P̄iora enī ha-
benda sunt spiritus refrigeria quia p̄iora celestia
q̄ terrena. Qui aut̄ vult orationem suam volare ad
dñm faciat illi duas alas ieiunium et elemosynam
et ascēdet celeriter & exaudietur. Ieiunium ē parsi-
monie vicus, abstinentiaq; ciborum, cui nomen est
inditū ex quadam parte viscerum tenui semper et
vacua. quod vulgo ieiuniū vocatur. vnde ieiunii no-
men creditur deriuatū, q̄ sui inedia visceravacua
et exinanita existant. Ieiuniuz aut̄ et statio dicitur
Statio aut̄ de militari exemplo nomen accepit, p̄
eo q̄ nulla leticia obueniēs castris stationē militū
rescindat. Nā leticia libētius tristitia sollicitius ad-
ministrat disciplinā. Vñ & milites nūq; imemores
sacramēti magis stationibus parēt. Discernūt aut̄
quidā inter ieiuniū & stationē. nā ieiuniū est indis-
ferēter cuiuslibet diei abstinentia nō secūdū legē s̄z
secūdū p̄priā volūtātē. Statio aut̄ est obseruatio
statutorū dierū v̄l tēporū. Dierū, vt quartę ferię &
sextę ieiuniū, ex veteri lege p̄ceptū, de qua statio-
ne in euāgelio dixit ille, ieiuno bis in sabbato id ē

quarta et sexta sabbati. Temporum aut̄ quę lega-
libus ac p̄pheticis iustitutionibus terminatis tēpo-
ribus statuta sunt. vt ieiuniū quartī quinti septimi
& decimi mensis, vel sicut in euangelio. Dies illi in
quibus ablatusest sp̄sus, vel sicut obseruatio qua-
dragesimę quę in vniuerso orbe institutione apo-
stolica obseruatur, circa cōfinium dñicę passionis
His tertiū genus quidā adijciunt, quam xerophaga
dicūt abstinentiā scilicet ciborū humentiū. Vn-
de et nomen hoc datū, eo q̄ siccis quidam escis v-
tantur. Penitentia appellata quasi punitentia, eo
q̄ ipse homo in se penitēdo puniat quod male ad-
misit. Nam nihil aliud agūt quos veraciter p̄cni-
tet, nisi vt id quod male fecerunt impunitū esse nō
signant. Eo quippe modo sibi non parcentibus il-
le parcit, cuius altū iustumq; iudicium nullus con-
tēptor euadit. Perfecta est autem p̄cniētentia p̄-
terita deflere & futura non admittere. Hęc secun-
da in similitudine fontis est, vt si forte impugnan-
te diabolo aliquod peccatū irreperit, huius satisf-
factione purgetur. Satisfactio autē est, causas pec-
catorum et suggestiones excludere, et vltra pecca-
tum non iterare. Recōciliatio vero est quę post cō-
plementū penitentię adhibetur. Nā sicut concilia-
mur deo, quando primum a gentilitate conuertimur,
ita reconciliamur quando post peccatum p̄c-
nitendo regredimur. Exomologesis gr̄eco voca-
bulo dicitur, quod latine confessio interpretatur,
cuius nominis duplex significatio est. Aut enim in
laude intelligitur confessio sicut est, confiteor tibi
pater dñe celī et terrę, aut dum quisq; confitetur sua
peccata ab eo indulgenda, cuius indeficiens est mi-
sericordia. Ex hoc ergo gr̄eco vocabulo, exprimi-
tur et frequentatur exomologesis, qua delictū no-
strum dño confitemur, non quidē vt ignaro, cui⁹ co-
gnitioni nihil occultū est, sed confessio est rei scili-
cet eius quę ignoratur professā cognitio. Vtile eī
sibi ac iocūdūz quis q̄ eē existimauerat, rapere adul-
terari, furari, sed vbi hęc æternæ dānationi obno-
xia esse cognouit, cognitis his confitetur errorem
Confessio autem erroris, professio est desinendi.
Desinendum ergo a peccatis est dum confessio est
Cōfessio aut̄ añcedit, remissio seq̄. Ceterū extra
veniā ē q̄ p̄ctm̄ cognoscit, nec cognitū cōfitef. Itaq;
exomologesis p̄sternēdi & hū ilificādi hois disciplina
ē hitu atq; victu, sacco & cinere icubare, corp⁹ sor-
dib⁹ obscurare, aim merorib⁹ deicere illa q̄ pecca-
uit tristi tractatiōe mutare. Letanię gr̄eco noīe ap-
pellāf, q̄ latine dicūt rogatiōes. Inter letanias ve-
ro & exomologesin hoc differt, q̄ exomologesis p̄
sola cōfessioe p̄ctōz agit, letanie vero dicūtur p̄-
ter rogādū dñm & ipetrādū in aliquo misericordi-
am eī. S̄z nūc iā vtrūq; vocabulū sub vna significa-
tiōe habet, nec distat vulgovtrū letanie, an exomo-
logesis dicāf. Supplicatiōis aut̄ nomez quodā mō
ex gētilitate retinet. nā ferię aut legitime erāt ap̄
eos, aut idicte. Indicte aut̄ qa paup̄tas antiqua ro-
f ij.

quia mutabilis ē. et dū sit qdē bonū, nō tñ eē pōt & summū. Incoporeus aut vel incoporalis ideo dicitur De⁹, vt spūs credat vel intelligatur eē, nō corpus. Nā dū dī spūs ei⁹ significatur substantia. Immēsus, quia cūcta cōcludit & ipse a nullo cōcluditur, s; oīa intra eius oīpotētiā coartant. Perfect⁹ dī, quia nihil ei possit adijci. Attñ de cōsummatōe alicui⁹ facti, perfectio dī. Deus aut q nō est factus, quō est perfectus, sed hoc vocabulū de vsu nostro sumpsit humana iopia sicut & reliqua verba, quaten⁹ id quod ineffabile est vt cūq; dici possit, qm̄ de deo nihil digne humanus sermo dicit sicut sunt & alia. Creator dicit⁹, pro totius mūdi rebus ab ipso creatis. Nihil enī est, quod nō originē a deo traxerit. Ipse et vnus, quia diuidi nō pōt, vel quia nihil aliud esse nō pōt, propter quod tantū dē capiat potestatis. Hęc igitur quæ de deo dicta sunt, ad totā pertinent trinitatē, propter vnā & coeternā substantiā / siue in patre / siue in filio vnigenito in forma dei / siue ī spiritu sancto. qui vnus spūs est dei patris & filij eius vnigeniti. Sūt aut et quedā vocabula ex vsu nostro ad deū sūpta de mēbris nostris, siue de inferiorib⁹ et quia in ppria natura inuisibilis et incorporeus est, p efficientijs tñ causalū in ipso rerū species ascribunt, vt more locutiōis nostræ facilius seipsuz insinuet, vt quia oīa videt, dicatur oculus / propter q; audit oīa dicat auris, pro eo aut q; aduertit ambulat, p eo q; expectat stat, sic & ī cæteris horū similib⁹ ab humanis mētib⁹ trahit similitudo ad deum sicut est obliuiscēs et memorās. Hinc est quod ppheta dicit. Iurauit dñs exercituū per animā suā nō q; animā deus habeat, sed hoc nostro narrat affectu. Nā et facies dei in scripturis sanctis non caro sed diuina cognitio intelligit / eadē rationē qua per faciē cōspectā quisq; cognoscit. Hoc enī in oratione dī deo. Ostēde nobis faciē tuā / ac si dicat, da nobis cognitionē tuā. Sic & vestigia dei dicūt, quia nūc deus per speculū agnoscit. Ad perfectū vero oīpotēs reperiet. dū in futuro facie ad faciē qbusq; electis presentabit, vt ipsam speciē cōtēplemur cuius nūc vestigia cōphendere conātur, hoc quem videre p speculū dñr. Nā & situs & habitus & loc⁹ & tēpus, in deo nō pprie, sed per similitudinē trāslatiue dicūt. Quippe sedere sup cherubin dī quod est ad sitū, & abyssus tanq; vestimētū amict⁹, quod est ad habitū, & anni tui nō deficient, quod ad tēp⁹ ptinet, & si ascēdero ī cælū tu ibi es. quod ad locuz Nā et in propheta Plaustrī portātis fœnum, species ad deū dicit. Et hęc oīa per figuraz deus quia nihil est horū ad proprietatem substantiæ eius.

¶ De filio Dei.

Cap. II.

Mltis etiā modis Christus appellari ī scripturis inuenit diuinis. Nā ipse dei patris vnigenitus filius dū esset æqualis patri, ppter salutē nostrā formā serui accepit. Proinde quedā noīa in illo ex dispēsatiōe susceptę hūanitatē assūpta sunt. Christus nāq; a chrismate est appella-

tus, hoc est vnctus. Præceptū ei fuerat iudæis, vt sacru cōficerent vnguentū, quo perungi possent hi qui vocabantur ad sacerdotiū vel ad regnū. et sicut nūc regib⁹ indumentū purpuræ insigne est regie dignitatis, sic illis vnctio sacri vnguenti nomen ac Potestatē regiā cōferebat, et in Christi dicti a chrismate quod est vnctio. Nā chrisma græce, latine vnctio nūcupatur. quæ etiā dño accomodauit, facta spiritalis quia spū vnctus est a deo patre, sicut dicitur in actibus apostolorū. Collecti sunt enī in hac ciuitate aduersus sanctū filiū tuū quē vnxisti, non vtiq; oleo visibili, sed gratiæ dono q; visibili significatur vnguento. Nō est aut saluatoris propriū nomē Christus, sed cōmunis nūcupatio ptātis. Dum enī dī Christus, cōmune nomen dignitatis est. Dū Iesus Christus, ppriū est vocabulū saluatoris. Christi enī nomē nusq; alibi oīno nec in aliqua gēte fuit nisi tñ in illo regno vbi Christus pphetabatur & vnde vntus erat. Messias aut hebraice dicit, græce Christus. latina aut locutiō vnct⁹. Iesus hebraice, græce soter, latine aut salutaris. siue saluator interpretatur, pro eo q; cunctis gentib⁹ saluifer venit. Ethimologiā enī noīs huius etiā euangelista significat dicens. Vocabis nomē ei⁹ saluator. quia ipse saluū faciet populū suū. Sicut enī Christus significat regē, ita Iesus significat saluatorē. Nō itaq; nos saluos facit quicūq; rex, sed rex saluator. Quod verbū latina lingua ante a nō habebat sed habere poterat, sicut potuit quādo voluit. Emanuel ex hebraeo in latinū significat nobiscū de⁹. s; quia per virginē natus de⁹ hoībus in carne mortali apparuit, vt terrenis viā salutis ad cælū aperiret. Ad diuinitatis aut substantiā quę pertinet sunt ista, dñs & deus. Deus aut dictus ppter vnitā cū patre substantiā. Dñs aut propter se ruiētē creaturā. Deus aut & homo, quia verbū et caro. Vnde et bis genitus dī siue quia p eū genuit sine matre in æternitate, siue quia mater sine patre in tēpore. Vnigenit⁹ aut vocatus secundū diuinitatis excellentiā, quia sine fratrib⁹ primo genitus est secundū susceptionē hoīs, in qua per adoptionis gratiā fratres habere dignatus est, quib⁹ esset primogenit⁹. Omouision patri, ab vnitate substantiæ appellatus. Substantia enī vel essentia græce vsia dicit, omo vnū. Vtrumq; igitur coniunctum sonat vna substantia. Hoc enim vocatur omouision, quod est ego et pater vnus sum, hoc est eiusdem cum patre substantiæ. Quod nomen et si scriptum in sanctis literis non inuenitur, in assertione tamen totius trinitatis defenditur, quia datur ratio vnde recte dici ostendatur sicut et pater in illis libris nusq; ingenus legitur, sed tamen dicendus esse atq; credendus non dubitatur. Omouision similis substantiæ, quia qualis Deus, talis est et imago eius. Inuisibilis Deus, et imago eius inuisibilis. Principium sine fine eo q; ab ipso omnia, et quia ante eū nihil. Finis sine principio, vel quia dignatus est in fine tēporum humi-

LIBER

manorū, aut ex collatione sacrificabat, aut certe de bonis damnatorum. Vnde supplicia dicuntur supplicationes quę fiebant de bonis passorum supplicia. Sacre enim res, de rebus execrandis fiebat.

¶ Explicit liber sextus.

¶ Incipit liber septimus.

¶ De deo.

Cap. I.

Beatissimus Hieronymus vir eruditissimus & multarū linguarū peritus hebræorū noīm interpretationē primus in linguaz latinā cōuertit. Ex quibus p breuitate p̄termisiss multis, quędā huic operi adiectis interpretatiōibus interponēda studiū. Vocabuloꝝ enī expōsitio satis indicat quid velint intelligi. Habēt enī quędā ex pprijs causis noīm rationē. In principio aut decē noīa ponim⁹, quib⁹ apud hebræos de⁹ vocatur. Primū apud hebræos dei nomē El dī, quod alij deū, alij æthymologiā eius exprimentes Ischyrios. i. fortē interpretati sunt. iō q̄ nulla infirmitate p̄mitur, sed fortis est & sufficiens ad oīa p̄petranda. Secundū nomen Eloī est. Tertiū Eloē, qđ vtrūq; in latinū deus dicitur. Est aut nomē in latinū, & græca appellatiōe translātū. Nā deus græce Theos dī, quasi Deos, id est timor, vñ tractū est nomē deus, q̄ eū colentibus sit timor. Deus aut pprie nomen est trinitatis pertinēs ad patrē & filiū & spiritū sc̄m. Ad quā trinitatē etiā reliqua q̄ in deo ifra sunt posita vocabula referūtur. Quartū nomē dei dī sabaoth, quod vertitur in latinū exercitū siue virtutū, de quo ī psalmo ab angelis dī. Quis ē iste rex glorię, dñs virtutū. Sunt aut in huiusmodi ordinatione virtutes multe, vt angeli, archāgeli, principatus, & potestates, cunctiq; cęlestismilitię ordines quoz tñ ille est dñs. Oēs enī sub ipso sunt, ei⁹ q; dominatui subiacent. Quintū nomen Elion qđ interpretatur in latinū excelsus, quia supra cęlos est, sicut scriptum est de eo. Excelsus dñs, supra cęlos gloria eius. Excelsus aut dictus p̄ valde excelsus. Ex enī provalde ponitur, sicut eximis quasi valde eminens. Sextū nomen Eieie id est qui est. De⁹ enī solū quia æternus est, hoc est, quia exordiū non habet. essentię nomē vere tenet. Hoc enim nomen ad sanctū Moysen p̄ angelū est delatū. Querētī enim quod esset nomē ei⁹ qui eū p̄gere p̄cipiebat ad populū ex ægypto liberādū, rñdit. Ego sum qui sum & dices filijs israhel q̄ ē misit me ad vos, tanq̄ ī ei⁹ cōparationē, quivere ē, quia icōmutabilis ē, ea q̄ commutabilia facta sunt, quasi nō sint. Quod enī dicit fuit, non est, & quod dī erit, nōdū est. Deus aut eē tñ nouit, fuisse & futurū esse nō nouit. Solus enim pater cū filio & spiritu sancto veraciter est. Cuius essentię cōparatū esse nostrū, nō esse est. Vñ & ī colloquio dicim⁹. Viuit de⁹ | qa essentia vita viuit, quā mors nō habet. Septimum adonay, quod gñaliter dñs iter p̄taf, q̄ dominef creaturę cūctę, vel q̄ creatura oīs dñatui ei⁹ deseruiat. Dñs ergo & de⁹ vel q̄ dominef oīb⁹, vel q̄ timeaf a cūctis. Octauum la,

quod in deo tantū ponitur quod etiā in alleluia in nouissima syllaba sonat. Nonuz Tetragramaton, hoc est quatuor literaz, quod pprie apud hebræos in deo ponit, iode iode. i. duab⁹ ia. q̄ duplicata ī effabile illud & gloriosū dei nomē efficiūt. Dicitur aut ineffabilis, non quia dici nō pōt, sed quia finiri sensu & intellectu hūano nullatenus potest, & ideo quia de eo nihil dignū dici potest, ineffabilis ē. De cimū Saddai. i. oīpotens. Vocatus aut oīpotēs, eo q̄ oīa potest, sed a faciēdo q̄ vult, non a patiēdo quod nō vult. Quod si ei accideret, nequaq; esset oīpotens, facit enī quicquid vult, & inde oīpotēs. Itē oīpotēs, quia ipius sunt oīa q̄ vbiq; sunt. Sol⁹ enī totius mūdi habet iperīū. Dicūtur aut & alia q̄dam in deū substācialiter noīa, vt īmortalis, incorruptibilis, icōmutabilis, æternus. vñ & merito cunctę p̄ponitur creaturę. Immortalis sicut de eo scriptuz est qui sol⁹ habet īmortalitatem, quia in ei⁹ natura nulla est cōmutatiō. Nā oīs mutabilitas nō inconuenienter mortalitas dicitur. secū dū quā & anima mori dī, nō quia in corp⁹ vel ī aliquā alterā substātia mutat & vertit, s; in ipa sua sustātia qcqd alio mō nūc ē aut fuit. secū dū id quod destitit eē qđ erat mortalitvtiq; dephēdit, ac p̄ hoc sol⁹ de⁹ dī īmortalis quia sol⁹ icōmutabilis. Incorruptibilis appellat quia corrūpi & dissolui non pōt nec diuidi. quicqd ei capit diuisionē & iterū capit. Ille nec diuidi pōt nec iterire, ide icorruptibilis ē. Incōmutabilis ē, quia sēp manet & mutari nescit. Nec p̄ficit quia p̄fect⁹ ē. nec deficit quia etern⁹. Etern⁹ ē, quia sine tpe ē. Nō enī habet inītiū neq; finē. Hic & sēp tern⁹, eo q̄ sit semp etern⁹. A qbusdā etern⁹ ab æthere credif dicit⁹, qm̄ cęlū sedes ei⁹ habet, vñ ē illd Cęlū cęli dño. & hęc ista quatuor vñ significāt. nā vna eadēq; res dī, siue dicaf etern⁹ de⁹ siue īmortalis siue icorruptibilis, siue īmutabilis. Inuisibilis dī quia nūq; p̄ substātiā suā apparuit oculis mortaliū trinitas, nisi p̄ speciē subiectę creaturę ei⁹ corporeę. Nā nemo pōt ipam maiestatē essentię deivi dere & viuere, sicut & dictū est moysi. Vñ & Ioannes ī ep̄la sua dicit. Deū nemovidit vñq. Res ē ei inuisibilis iōq; nō oculo s; corde q̄rēd⁹ ē. Impassibilis est, quia nullis pturbatiōib⁹ afficit, quib⁹ fragilitas humana succūbit. Nō ei attingūt eū vllę passiones vt libido | iracūdia | cupiditas | timor | meror | iuidia & cętera. quibus hūana mens turbať, sed cū dicit de⁹ irasci | aut zelare | aut dolere | nostroufu dicitur Apud eū pturbatio nulla ē, apud quē trāqllitas sūma ē. Simplex dī | siue nō admittēdo quod habet | seu quia nō aliud ē ipē | & aliud qđ ī ipō ē | sicut in hoīe, cui⁹ aliud ē eē, aliud sapere. Nā & eē pōt | & sapiēs nō eē. De⁹ aut habet essentiā | habet & sapiētīā | s; quod habet | hoc & ē | & oīavn⁹ ē, ac p̄inde simplex ē, quia nō ī eo aliqd accidētis est | s; quod ē | et quid ī ipō est essentialiter ē, excepto q̄ relatiue ad quācūq; personaz est. Summe bonus, quia icōmutabilis est. Creatura vero bonū | sed nō summuz est

liter in carne nasci & mori, & iudiciū nouissimū ipse suscipere, vel quia quicquid agim⁹ ad illū referim⁹. Et cū ad eū peruenerimus, vltra quod q̄ram⁹ non habebimus. Os dei est, quia verbū ei⁹ est. Naz sicut p̄ verbis quę per linguā fiūt sepe dicim⁹, illa et illa lingua, ita & p̄ de verbis os ponitur, quia mos ē vt ore verba formētur. Verbū aut̄ ideo dicitur, quia p̄ eū pater oīa condidit siue iussit. Veritas, quia non fallit, sed tribuit quod promisit. Vita quia creauit. Imago dei, propter parē similitudinē patris. Figura est, quia suscipiens formā serui, operū virtutūq; similitudinē patris in se imaginē atq; imensaz magnitudinē designauit. Manus dei est, q̄ oīa per ipsum facta sunt. Hinc & dextera, propter effectū oris totius creature quę per ip̄s formata est. Brachium, quia ab ip̄o oīa cōtinētur. Virtus pro eo q̄ omnē potestātē patris in semetip̄so habet, & oēm celi terreq; creaturā gubernet, cōtineat, atq; regat. Sapientia pro eo q̄ ipse reuelat mysteria scientiæ et archana sapiētiae. Sed tñ cū sit pater et sp̄s sc̄tus sapiētia & virtus & lumen & lux, p̄prie tñ his nominibus filius nūcupatur, Splendor aut̄ appellat̄ propter q̄ manifestat. Lumen quia illuminat. Lux, quia veritatē cōtemplandā, cordis oculos referat. Sol, quia illuminat oēs. Oriens, quia luminis fons & illustrator ē rerū, & q̄ oriri nos faciat ad vitā eternā. Fons, quia rerū oīm origo est, vel q̄ satiat sitiētes. Ipse quoq; alpha et o, Alpha enī litera nulla p̄cedit. Prima est enī literarū sicut & filius dei. Ipse ei se principiū iudæis interrogantib⁹ esse respondit. Vñ et Ioannes in apocelypsi propter ipsam literam ponens ait. Ego sum alpha & o, prim⁹ & nouissim⁹. Primus, quia añ eū nihil est. Nouissimus, quia nouissimū iudiciū ipse suscipiet. Mediator, quia inter deū & hominē medi⁹ cōstitutus est vel vt hominē ad deū pduceret. Vnde & illū gr̄ci mesiten vocāt Paraclytus, id est aduocatus, quia pro nobis intercedit apud patrē, sicut & de eo dicit Ioannes. Aduocatum habemus apud patrē Iesum Christum iustum. Paraclytus aut̄ gr̄cū est, quod latine dicitur aduocatus. Quod nomen et filio & sp̄s sc̄to ascribitur, iuxta q̄ & dominus in euāgelio ait. Rogabo patrē et aliū paraclytū dabit vobis. Intercessor aut̄ ideo vocatur, quia pro culpa nostra remouēda curā gerit, et pro abluendis nostris criminibus curā ip̄edit. Sponsus quia descendens de cōlo adhesit ecclesiæ, vt pace noui testamēti essēt duo in carne vna. Angelus dicitur propter annūciationē paternę ac suę volūtatis. Vñ et apud prophetā magni cōcilij angelus legit̄, dū sit deus et dñs angelorū. Missus dicit̄, eo q̄ apparuit huic mūdo verbū caro factū, vnde & idē dicit. Ego a patre exiui, & veni in hūc mūdū. Hō aut̄ dī quia nat⁹ ē. Propheeta, quia futura reuelauit. Sacerdos, quia pro nobis hosti in se obtulit. Pastor, quia custos Magister, quia ostensor. Nazarenus vero a loco. Nazarenus a merito, id est sanctus siue mundus, quia peccatū nō fe-

cit. Siquidē et de aliis inferioribus rebus nominū species ad se trahit Christus vt facilius itelligatur. Dicit̄ enī panis, quia caro. Vitis, quia sanguine ipsius redēpti sum⁹. Flos, quia elect⁹, Via, quia per ip̄s ad dñm imus. Ostiū, quia per ipsum ad dñm ingredimur. Mōs, quia fortis, Petra, quia firmitas est credētiū. Lapis āgularis, vel quia duos parietes e diuerso. i. de circūcisione et p̄putio venientes in vnam fabricā ecclesiæ iungit, vel q̄ pacē in se angelis & hominibus facit. Lapis offensionis, qui veniēs humilis offenderunt in eū increduli hoies, & fact⁹ est petra scandali, sicut dicit Apostol⁹ Iudæis quidem scandalū. Fundamētū aut̄ ideo vocat̄, quia fides in eo firmissima est, vel quia sup̄ eū catholica ecclesiā cōstructa est. Nā & Christus agnus p̄ innocentia, & ouis p̄p̄tē patiētia, & aries p̄p̄tē p̄cipatū & hēdus propter similitudinē, carnis peccati, & vitulus propter q̄ p̄o nobis est imolatus, & leo p̄ regno et fortitudine, & serpens pro morte et sapientia. Idē & vermis, quia resurrexit. Aquilla propter q̄ post resurrectionē ad astra remeauit. Nec mirū si vilib⁹ significationib⁹ figuretur qui vsq; ad nostrā passionē, seu carnis cōtumelias descēdisse cognoscitur. Qui cū sit coetern⁹ dei patris añ secula filius postq̄ venit plenitudo tēporis propter salutē nostrā formā serui accipiēs, & factus est fili⁹ dei filius hois. Inde quedā de illo in scripturis sanctis secundū formā dei, quedā secundū formā serui dicuntur. Quorū exēpli gratia duo quedā cōmemorant̄, vt singula ad singula referantur. Secundū formam dei, de ip̄so dixit. Ego et pater vnū sum⁹, secundū formā serui. Qm̄ pater maior me est. Hoies autē minus intelligētes quid pro quo dicaſ, ea quę propter formā serui dicta sunt, volūt transferre ad formā dei, et rursus ea q̄ dicta sunt vt ad se inuicē personæ referantur, volunt oīa esse naturæ atq; substantię, et faciunt errorem in fide. Sic aut̄ de filio cōiuncta est humana natura, vt ex duabus substantiis fieret vna persona. Solus igitur homo pertulit crucē, sed propter vnitātē personę & de⁹ dicitur pertulisse. Hic est quod scribit̄. Si enī cognouissent, nūq̄ dñm glorię crucifixissent Filiū ergo dei crucifixū fatemur, nō ex virtute diuinitatis, sed ex infirmitate humanitatis, non ex suę naturæ permansione, sed ex nostra susceptione.

¶ De sp̄s sc̄to.

Cap. iij.

Spiritus sanctus ideo p̄dicat̄ de⁹, quia ex patre filioq; procedit, & substantiā eorum habet. Neq; enī aliud de patre procedere potuit q̄ quod ipse est pater. Spiritus sanctus aut̄ dicit̄, secundū id quod ad aliquid refertur spirās. Spirans vtiq; spiritu ispiratus est, & ex eo appellat⁹ spiritus est. Proprio aut̄ mō quodaz dicitur spiritus sc̄tus secundū quod refertur ad patrē & filiū quod eorū spiritus sit. Nā et hoc nomē quod spiritus dī non semp̄ secundū id quod refertur ad aliquid sed secundū id quod aliquā naturā signifi-

cat intelligitur. Omnis enī incorporea natura spīritus in scripturis sacris appellatur. Vñ non tantū patri et filio & spiritui sancto. sed omni rationali creaturæ & animæ hoc vocabulū congruit. Ideo igitur spūs dei sanctus vocatur, quia patris & filij sanctitas est. Nā cū sit & pater spūs, & fili⁹ spiritus & pater sanctus, & filius sanctus, proprie tñ ipse vocatur spiritus sanct⁹, tanq̄z sanctitas coessentialis et cōsubstantialis amborū. Spiritus sanct⁹ ideo nō dē genitusne duo in trinitate filii supplicētur. Ideo nō prædicatur ingenitus ne duo patres in ipsa trinitate credant, Procedens autē dicitur testionio domi dicētis. Multa adhuc habeo quę vobis loquar sed nō potestis illa mō audire. Veniet autē spūs veritatis, q̄ a patre procedit, et de meo accipiet, ille vobis indicabit oīa. Hic autē non solū natura procedit. sed semp ad peragenda opera diuinitatis inde facienter procedit. Hoc autē interest inter nascentē filiū & procedentē spīritū sanctū, q̄ fili⁹ ex vno nascit spūs sanctus ex vtroq; procedit. & ideo dicit apostolus. Qui autē spm̄ Christi nō habet, hic nō est eius, Spūs sanctus ex opere etiā angelus intelligit̄. Dicit̄ enī de illo. Et quę ventura sunt, annūciabit vobis. Et vtiq; angelus gręce, latine nunciū interpretatur. Vnde duo angeli apparuerūt Loth, i quibus dñs singulariter appellat̄, quos intelligimus filiū & spīritū sanctum. Nā pater nunq̄z legit̄ missus, Spūs sanctus quod dicit̄ paraclytus a cōsolatione dē. Paraclytis enī gręce, latine cōsolatio appellat̄. Christus enī eū apostolis lugētib⁹ misit post q̄z ab eorū oculis ipse in celū ascēdit. Cōsolator eī tristibus mittitur, secundū illī eiūsdē dñi sententiā. Beati lugētes, qm̄ ipsi cōsolabūtur. Ipse etiā dixit. Tunc lugebunt filii sponsi cū ablatus ab eis fuerit sponsus. Item paraclytus pro eo q̄ consolationem prestat animab⁹, quę gaudium tēporale amittunt. Alij paraclytū latine oratorē vel aduocatū interpretantur. Ipse enim spiritus sanctus dicit̄. Ipse docet, per ipsum datur sermo sapientiæ, ab ipso sancta scriptura inspirata est, Spiritus sanctus ideo septiformis nuncupatur propter dona quę de vnita ei⁹ plenitudine particulatim recipientes quicq; vt digni sunt consequi promerentur. Ipse enī spirit⁹ sapientiæ & itellectus, spiritus consilij & fortitudinis spūs sciētīę et pietatis, spiritus timoris dñi. Spirit⁹ autē p̄cipalis in psalmo quinquagesimo legitur, vbi quia tertio spiritus repetitur, nōnulli trinitatē intellexerunt in deo, quia scriptum est. De⁹ spūs ē. Quod enī nō ē corpus & tñ est, videt̄ restare vt spiritus sit. intelligūt ergo ibi nōnulli trinitatē significari in spīritu principali patrē, in spīritu recto filiū in spīritu sancto, spm̄ sanctū. Spiritus ideo donum dicitur. eo q̄ datur. A dando enī donū est nuncupatum. Notissimum est enī dñm iesum Christum cum post resurrectionē a mortuis ascēdisset in celū dedisse spīritum sanctum, quo credentes impleti linguis oīm gentiū loquebantur. intantum autē

donum dei est, inquitur datur eis, qui per eū diligunt deum. Apud se autē deus est, apud nos autē donū est. sed sempiternus spiritus sanctus donū est, distribuens singulis gratiarū dona pro vt vult. naz & pphetias quibus vult impartit, & peccata quib⁹ vult dimittit. nā pctā sine spīritu sancto non domantur. Spiritus sanctus inde pprie charitas nūcupat̄ vel quia naturaliter eos a quib⁹ pcedit cōiungit & se vnum cū eis esse ostēdit, vel quia i nobis id agit, vt in deo maneam⁹, & ipse in nobis. Vñ et in donis dei nihil est maius charitate, et nullū maius est donū dei q̄z spiritus sanctus. ipse est et gratia, q̄ quia nō meritis nostris sed voluntate diuina gratis dat̄ inde gratia nūcupatur. Sicut autē vnicum de verbum pprie vocamus nomine sapientię, cum sit vniuersaliter et spūs sanctus & pater ipse sapientiā, ita spiritus sanctus pprie nuncupatur vocabulo charitatis cum sit pater et filius vniuersaliter charitas. Spiritus sanctus digitus dei esse in libris euangeliorum aptissime declaratur. Cū enī vnus euāgelista dixisset, in digito dei eicio demonia, alius hoc idē ita dixit, in spīritu dei eicio demonia. vnde et digito dei scripta lex est data die quinquagesimo ab occisiōe agni. et die quinquagesimo a passione dominū venit spiritus sanctus. ideo autē digit⁹ dei dicitur, vt eius operatoria virtus cum patre et filio significetur. vnde et Paul⁹ ait. Hęc autē oīa operat̄ vnus atq; idē spirit⁹ diuidēs singulis prout vult. Sicut autē p baptismum in Christo morimur. & renascimur, ita spīritu signamur, quod est digit⁹ dei et speciale signaculum, spiritus sanctus iccirco in columbę specie venisse scribitur. vt natura eius per aū simplicitatis & innocentie declaretur. Vnde & dñs. Estote inquit simplices sicut columbę. Hęc ei auis corporaliter ipso felle caret, habemus tantum innocentiam & amorē. Spiritus sanctus inde nomine ignis appellat̄. ppter q̄ in actibus apostolorū p diuisionē linguarum, vt ignis apparuit qui & in sedis sup vnumquēq; eorū. Propterea autē diuersarū linguarū gratiā apostolis dedit, vt idonei efficerentur fidelium eruditione populorum. Quod vero supra singulos sedisse memoratur, id causę est, vt intelligatur p plures non fuisse diuisus sed mansisse in singulis totus sicut fere ignibus mos est. Hęc enī naturā habet ignis accensus vt quanti ad crinem purpurei splendoris aspexerint, tantis visus suę lucis imptiat, tantis ministerium sui muneris tribuat & ipse nihilominus in sua integritate pmaneat, spiritus sanct⁹ noīe aque appellatur in euangelio, domino clamante & dicente. si quis sitit veniat ad me et bibat. Qui credit in me flumina aque viue fluet de ventre eius. E euāgelista autē exposuit vnde diceret. secutus enim ait. Hoc autem dicebat de spīritu quem accepturi erant credentes in eum, sed aliud est aqua sacramenti, aliud aqua quę significat spīritum dei. Aqua enim sacramenti visibilis est aqua spiritus sancti inuisibilis est, ista abluit corp⁹ & si-

gnificat quod fit in aia, per illum autem spiritū sāctū ipsa aia mundatur et saginatur. Spiritus sc̄tus ideo vnctio dicitur. Ioanne apostolo testante. Quia sicut oleū naturali pōdere superfertur omni liquori, ita in principio superferebatur spūs sanctus aquis. Vnde et dominus oleo exultationis, hoc est spiritu sancto, legitur fuisse vnctus. Sed et Ioannes apostolus spm̄ sanctum vnctionem vocat dicens. Et vos inquit vnctionem quā accepistis ab eo permaneat in vobis, & non necesse habebitis vt aliquis doceat vos. sed sicut vnctio eius docet vos de omni re ipse enim spiritus sanctus vnctio est inuisibilis.

¶ De eadem trinitate.

Cap. iiii,

Trininitas appellatur quia fiat totū vnum ex quibusdā tribus, quasi trinitas, vt memoria intelligētia, & voluntas. in quibus mens habet in se quēdā imaginem diuinæ trinitatis. Nam dū tria sint, vnum sunt quia et singula in se manēt et oīa in oībus. Pater igitur et filius et spiritus sanctus, & trinitas et vnitas. Idē enī vnum, idē et tria. in natura vnū, in personis tria. Vnū propter maiestatis cōmunionem, tria propter personarum proprietatē. Nam alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus, sed alius quidem nō aliud, quia pariter simplex, pariterq; incōmutabile bonū et coeternum. Pater solus non est de alio, ideo solus appellat̄ īgenitus. Filius solus de patre est natus ideo solus dī genitus. Spiritus sanctus solus de patre et filio pcedit. ideo solus amboꝝ nuncupatur spūs. in hac trinitate alia sunt appellatiua noīa, alia propria sūt. Propria sunt essentialia, vt deus, dñs, oīpotens, incōmutabilis, īmortalis. Et inde p̄pria quia ipsam substantiā significant, quā vnum sunt. Appellatiua vero pater et filius & spiritus sanctus, īgenitus & genitus et pcedens. Eadē et relatiua, quia ad se inuicē referuntur. Cū ei deus dicitur, essentia est, quia ad seipm̄ dicitur. Cū vero dicitur pater et filius & spiritus sanctus, relatiue dicunt̄, quia ad se inuicē referunt̄. Nā pater ad seipm̄, sed ad filium relatiue dicitur, quia est ei filius, sic et filius relatiue dī, quia ē ei pater. sic et spiritus sanctus, quia est patris filijq; spiritus. His enī appellationibus hoc significatur quia ad se referuntur nō ip̄a substantia qua vnum sūt. Proinde trinitas in relatiuis personarum nominib⁹ ē Deitas nō triplicatur sed in singularitate est. quia si triplicatur, deorū inducimur pluralitatē. Nomē aut̄ deorū in angelis et sanctis hominib⁹. ideo pluraliter dī p̄pter quia nō sint merito æquales. De quibus psalmus, Ego dixi dii estis. De patre aut̄ & filio & spū sancto p̄pter vnā & æqualem diuinitatē nō nomen deorum, sed dei esse ostenditur. sicut ait Apostolus. Nobis tñ vnus deus, vel sicut voce piina dicitur. Audi israel dominus deus tuus de⁹ vn⁹ est. sc̄ vt et trinitas sit, et vnus dñs deus sit. Fides apud græcos de trinitate hoc mō est vna vs̄a. ac si dicatur vna natura aut vna essentia. Tres hypostasēs. quod resonat in latinum, vel tres personas. v̄

tres substantias. Nā latinitas p̄prie nō dicit de deo nisi essentiam, substantiam vero non proprie dicit sed abusiue, quoniam vere substantia apud græcos personam intelligitur non natura.

¶ De angelis.

Cap. v.



Angeli græce vocantur, hebraice maloth latine vero nuncij interpretantur. ab eo quod dñi voluntatē populo nunciant. Angelorum autem vocabulum, officij nomen est nō naturæ, semp enim spiritus sunt sed cum mittuntur vocantur angeli. Quibus ideo pictorū licentia pennas facit. vt celerem eorum in cūcta discursum significet, sicut et iuxta fabulas poetarum, venti pennas habere dicuntur. p̄pter velocitatem sc̄. Vnde scriptura sacra dicit qui ambulat sup pennas ventorum. nouem autem esse ordines angelorū sacre scripturę testantur, id est angeli / archangeli / thrōni / dominationes / virtutes / p̄cipat⁹ / potestates / cherubin / et seraphin. Quorum officiorū vocabula cur ita dicta sint. interpretādo exequimur. Angelus vocant̄ p̄pter quia de celis ad annunciandum hoībus mittunt̄. Angelus enī græce latine nuncius dicit̄. Archangeli græca lingua, latina summi nuncij interpretant̄. Qui enim puavel minima annunciat̄ angeli, qui vero summa archangeli nuncupant̄. Archangeli dicti, eo quia primatum teneant inter angelos. Archos enim græce, latine princeps interpretatur. Sunt enī duces et principes sub quorū ordine vniciq; angelorum officia deputata sunt. nam quia archangeli angelis p̄sunt. Zacharias p̄pheta testatur dicens. Et ecce angelus loquebatur in me egrediebatur. & alius angel⁹ egrediebatur in occursum eius & dixit ad eum. curre & loquere ad puerum istum dicens / absq; muro habitabitur Hierusalem. Si enī in ip̄is officiis angelorū nequaquā potestates superiores inferiores dīponerent. nullo mō hoc quod homini diceret angelus ab angelo cognouisset. Quidem autē archangelorum priuatis noībus appellantur. vt p̄ vocabula ip̄a in opere suo quid valeant designantur. Michael hebraice in linguam nostrā vertitur / quis vel deus. Quando aliquid in mundo mire virtutis fit / hic archangelus mittitur. Et ex ip̄o ope nomē est eius / quia nemo valet facere quod facere p̄ualet Deus. Gabriel interpretatur fortitudo dei. Vbi enī potentia diuina vel fortitudo manifestatur. gabriel mittitur. Vñ & eo tpe quo erat dominus nasciturus & triumphaturus de mundo / gabriel mittitur ad Mariā / vt illuz annunciaret, qui ad debellādas aereas potestates humilis venire dignatus est. Raphael interpretatur curatio / vel medicina dei. Vbi cunq; enī curandi & medendi opus necessarium ē. hic archangel⁹ a deo mittitur / & inde medicina dei vocatur. Vnde et ad tobiam idem archangel⁹ missus oculis eius curationem adhibuit / et cecitate deteresa visum ei restituit. nominis enī interpretatione et angeli officium designatur. Vriel interpretatur

tatur ignis dei, sicut legimus apparuisse ignem in rubo. Legimus etiã ignem missum esse de super & implese quod pceptum est. Throni autem et dominationes & principatus et potestates & virtutes quibus vniuersam celestẽ societam apostolus complectitur, ordines angelorũ et dignitates intelliguntur. & pro hac ipsa distributiõe officiorũ, alij throni, alij dominationes, alij principatus, alij potestates dicuntur. pro certis dignitatib⁹ quibus inuicem distinguntur. Virtutes angelicę quedã ministeria prohibentur per quę signa & miracula in mũdo fiunt. ppter quod et virtutes dicuntur. Potestates sunt quibus virtutes aduersę subiectę sunt, et inde potestati nomine nuncupantur, quia a maligni spirit⁹ eorũ potestate coercentur, ne tm̄ mundo noceant, quãtm̄ cupiunt. Principatus sunt hi qui angelorũ agminibus presunt. Qui pro eo quod subditos angelos ad explandũ ministerium diuinum disponunt, principatus vocabulum acceperunt. Nã alij sunt qui administrant, alij qui assistunt, sicut per Danielẽ dicitur Milia miliũ ministrabant ei & decies milies cetera milia assistebant ei. Dñationes sunt hi, qui etiã virtutibus & principatib⁹ peminẽt, qui p eo quod ceteris angelorũ a gminibus dominantur, dominationes vocantur. Throni sunt agmina angelorũ qui latino eloquio sedes dicuntur. & vocati throni, quia illis conditor p̄sident & per eos iudicia sua disponit. Cherubin autẽ & ipsi sublimes celorũ potestates, & angelica ministeria prohibentur, qui ex hebreo in linguã nostrã interpretantur scientiã multitudo. Sũt autẽ sublimiora agmina angelorũ, qui pro eo quod vicini⁹ positi, diuina sciẽtia ceteris amplius pleni sũt. cherubin plenitudo scientię appellatur. Ipsa sunt duo illa aialia supra propiciatoriũ archę facta ex metallo, ppter significandum angelorum presentiã in quorũ medio ostenditur deus. Seraphin quoq; similiter multitudo est angelorũ, qui ex hebreo i latinũ ardẽtes vel incendentes interpretantur. Qui iccirco ardentes vocantur, quia inter eos & deũ nulli alij consistunt tanto magis claritate diuini luminis inflammantur. Vnde et ipsi velãt faciẽ & pedes sedẽtis in throno dei, et iccirco cetera angelorũ turba videre dei essentiã plene non valet, quoniã seraphin eã tetigit. Hęc igitur vocabula agminũ angelorũ, ita sũt specialia ordinũ singulorũ vt tm̄ sint ex parte cõia oim. Nam dum troni sedes dei i quorundam angelorum ordine specialiter designentur tm̄ per psalmistam, qui sedes super cherubin, dicit Sed ideo isti ordines angelorum priuatis nominibus appellatur, quia hoc ipsorũ officium in pprio ordine plenius acceperunt. Et cum sint oibus cõmunia pprie tamen hęc noia suis ordinibus deputantur. Vnicuiq; etiã sicut p̄dictũ est, propria officia sunt iniũcta. quę eos pmeruisse in muudi cõstat exordio. nam quia angeli et locis & hominibus p̄sũt per prophetam testatur angelus dicens. Princeps regni persarum restitit mihi. Vnde apparet nul-

lum esset ocũ cui angeli nõ p̄sũnt. Presunt enim & auspicijs operum oim. Hic est ordo vel distinctio angelorum qui post lapsum malorũ in celesti vigore steterunt. nã postq; apostate angeli ceciderunt, hic pseuerantia eterne beatitudinis solidati sunt. Vnde et post celi creationẽ in principio repetit. fiat firmamentum, et vocatum est firmamentum celum, nimirũ ostendẽs quod post ruinã angelorũ malorũ, hi qui p̄mãserũt, firmitatẽ æternæ perseuerantię cõsecuti sunt, nullo iam lapsu aduersi, nulla subbia cadẽtes, sed firmiter mundi amore et cõtemplatiõe manentes, nihil aliud dulce habent, nisi eũ a quo creati sunt. quod autẽ duo seraphin in Esaia leguntur. figuratim veteris et noui testamenti significationẽ ostẽdũt. Faciẽ vero et pedes operiunt dei quia p̄terita añ mundum, & futura post mundum scire nõ possum⁹, sed media tm̄ eorũ testionio cõtemplamur. Singulis senasalas habent, quia fabricam tm̄ mundi, quę in sex diebus facta est, in presenti seculo nouimus quod clamant ter sanctus, alter ad alterũ trinitatis in vna diuinitate demõstrat mysteriũ, ¶ De hominibus qui quodam p̄sagio nomen acceperunt. Cap. VI.

Læriq; primorũ hoim ex propriis causis originem noim habent. Quibus ita propheticè indita sunt vocabula, vt aut futuris, aut p̄cedentibus eorum causis cõueniant. In quibus tm̄ manẽte speciali sacramento nunc tantum ad literam intellectum historię prosequimur. Vbi autẽ ethymologię interpretationem nõ attingimus, solam ipsam ethymologiã in latinum ponimus. quod autem vnum nomẽ hebraicũ, aliterq; aliter interpretatur. hoc secundum accentuum & literarum euenit diuersitatem vt inuarijs significationib⁹ noia cõputantur. Adam sicut beatus Hieronymus tradit, homo terrenus siue terrę rubra interpretatur. Ex terra enĩ facta ẽ caro, et humus hois faciendi materies fuit. Eua interpretatur vita, siue calamitas siue eue. vita quia origo fuit nascendi / calamitas et ue / quia p̄ p̄uaricationẽ causa extitit moriendi. A cadendo enĩ nomẽ sumpsit calamitas. Alij autem dicunt ob hoc etiã vita & calamitas appellatã / quia sepe mulier viro causa salutis est / sepe calamitatis & mortis origo / quod est ue. Cain possessio interpretatur, vñ ethymologiã ipsius exprimens pater eius ait. Cain. i. possedi hoim per deũ. Idem & lamentatio / eo quod pro interfecto abel interfectus sit / & p̄nã sui sceris dederit. Abel luctus interpretatur, quo noie p̄figurabatur occidendus. Idem & vanitas / quia cito solutus est atq; subtractus. Seth interpretatur resurrectio / eo quod post fratris interfectionẽ natus sit / q̄ si resurrectionẽ fratris ex mortuis suscitaret. Idẽ & positio / quia posuit eũ deus pro abel. Enos iuxta proprię linguę varietatẽ / homo vel vir dicitur. Et cõgrue hoc vocabulum habuit. de eo enĩ scriptũ ẽ Tunc enĩ initium fuit vocandi nomen dñi / licz ple-

riq; hebreorū arbitrentur q̄ tunc primum in noīe domini & similitudine eius fabricata sunt idola. Enoch dedicatio. In ipsius enim noīe ciuitatē post ea edificauit. Cain Cainā, lomentatio vel possessio eorū. sicut enim cain possessio, ita deriuatiuum noīe quod est cainam facit possessio eorum. Matusa lē interpretatur mortuus est. Euidens æthymologia noīs, quidam enim eum cum patre translatum fuisse & diluuiū præterisse putauerunt. Ob hoc signanter transferē, mortuus est. vt ostenderetur eū nō vixisse post diluuiū. sed in eodem cataclysmo fuisse defunctū. Soli enim octo homines in archa euaserunt diluuiū. Lamech, percussor. Iste enim percussit & interfecit cain. Quod etiā ipse postea perpetrasse vxoribus cōfiteatur. Noe requies interpretatur, pro eo q̄ sub illo oīa retro opera cūteuerunt p̄ diluuiū. Vnde et pater eius vocans nomen ei⁹ noe dixit. Iste requiescere nos faciet ab oībus operib⁹ nostris. Sem dī nominatus, eo q̄ nomen ex posteritatis præfagio accepit. Ex ipso enim patriarchæ et prophetæ & populi & apostoli dei. Ex eius quoq; stirpe & Christus, cuius ab ortu solis vsq; ad occasum magnū est nomen in gentibus. Cham calidus quia ipse ex præfagio futuri cognominatus ē. Posteritas enim eius eam terræ partem possedit, quæ vicino sole calentior est. Vnde ægyptus vsq; hodie ægyptiorum lingua cham dicitur. Iaphet, latitudo. Ex eo enim populus gentiū nascitur, et quia lata est ex gentibus multitudo credētium ab eadē latitudine iaphet dicitur. Chanaan filius cham interpretatur motus eorū. Quod quid est aliud nisi op⁹ eorū? Pro motu enim patris. i. pro opere eius male dicitur. Arfaxat, sanans de populationē. Chushebraice ethiops interpretatur, a posteritate sui generis nomen sortitus. Ab ipso enim sunt propagati æthiopes. Nēbroth interpretatur tyrannus. Iste enim prior arripuit insuetā in populos tyrannidem & ipse aggressus est aduersus deū impietatis edificare turrē. Heber trāsitus, Etymologia eius mystica est q̄ ab ei⁹ stirpe trāsiret deus, nec perseueraret i eis translata in gētibus gratia. Ex ipso enim sunt exorti hebrei. Falech, diuisio, cui pater propterea tale nomen imposuit, quia tunc nat⁹ ē quādo per linguā terra diuisa est. Thara exploratio ascensionis Melchisedech rex iustus, rex quia ipse postea imperauit salē, iustus pro eo q̄ discernens sacramenta legis et euāgelij, nō pecudū victimas, sed oblationē panis et calicis in sacrificiū obtulit. Loth, declinans, factis enim sodomorū nō consensit, sed eorum illicita carnis incendia declinauit. Moab ex patre totū nomen æthymologiā habet. Concepit enim eū primogenita filia de patre. Ammō cuius causa nomen reddidit, fili⁹ populi mei, sic deriuatur vt ex pte sēsus noīs, ex parte ipse sit sermo. Ammi enim a quo dicti sunt ammonite, vocatur populus meus. Sarai interpretatur princeps mea, eo q̄ esset vnus tūmodo domus materfamilias. Postea causa noīs immuta-

ta, ablata de fine i litera dicitur fara. i. princeps. Oīm quippe gentium futura princeps erat. sicut et dñs pollicitus fuerat abraham. Dabo tibi ex fara filiū, & benedicā ei, & erit in gentes, sed & reges populorū erunt ex eo. Agar, aduena vel cōuersa. Fuit enim ægyptia cōplexui abrahe diuina causa generandi data quæ post cōceptum angelo increpante cōuersa est ad farā. Cethura. thymia ma interpretatur. Ismael, interpretatur auditio dei, sic enim scriptum est. Et vocauit nomē eius ismael. quia exaudiuit eum deus. Esau trinomi⁹ est / & ex propriis causis varie nūcupatur. Dī enim Esau. i. ruffus ob coctionē. s. rufē lētis. ita appellatus cui⁹ edulio primogenita p̄didit. Eodō autē ob ruborē copis dicit⁹ ē, quod latine sanguineus dī. Seir vero q̄ fuerit hispīdus & pilos⁹ qm̄ enim nat⁹ ē / tot⁹ sicut pellispilosus erat, atq; idē trib⁹ noīb⁹ appellatur. Esau. i. rufus. Edom. i. sanguineus. Seir. i. pilosus, quia nō habuit lenitatē Rebecca patientia / siue q̄ multuz accepit. Lia, laboriosa utiq; generādo. Plurimos enim dolores q̄z rachel fecūditate pariendi expta est. Rachel interpretatur ouis, p̄ ea enim iacob paut oues laban. Zelpha, os hiās. Bala, inueterata. Dina trāsferē i causaz. Iurgij ei in sicimis causa extitit. Thamar, amaritudo pro viris mortuis. Eadē & cōmutans. Mutauit enim se in habitū meretricis quādo cū socero suo cōcubuit. Phares, diuisio, ab eo q̄ diuiserit mēbranulā secundarū diuersoris. i. phares sortit⁹ est nomē. Vñ & pharisei q̄se quasi iustos a pp̄lo separabāt diuisi appellabāt zara frater ei⁹ in cui⁹ manu erat coccinū, interpretatur oriēs, siue quia prim⁹ apparuit, siue quia pluri mi ex eo iusti nati sunt, vt in libro paralyptomenō cōtinet, zara. i. oriēs appellatus est. iob, in latinum vertit⁹ dolens, & recte dolens p̄pter percussionē carnis & passiōes dolorū Calamitates enim suas noīs æthymologia p̄figurauit. Pharaon nomē est non hominis sed honoris sicut et apud nos augusti appellant reges, cū propriis noīb⁹ censeantur. Exprimunt autē in latinū pharaon, denegās eū, utiq; deuz / siue dissipator ei⁹. Populi enim dei fuit afflictor. iamnes / marin⁹ siue vbi est signū ei⁹, Cessit enim & deficit signum eius corā signis moysi. vñ & dixerunt magi. Hic digit⁹ dei est. Mābres / mare pelliciu⁹ siue mare in capite. Moyses deniq; interpretatur sumpt⁹ ex aqua. inuenit ei eū ad ripā fluminis expositū filia pharaonis / quē colligēs adoptauit sibi / vocauitq; nomen ei⁹ moyses / eo q̄ de aqua sūpsisset eū. Aaron / mōs fortitudinis interpretatur / p̄pter q̄ thuribulū accipiēs in medio supstitū & interceptorū obuiā stetit & ruinā mortis quasi quidā mōs fortis exclusit. Eleazar / dei adiutoriū. Balach / p̄cipitās siue deuorās. Balaā / vanus populus. Finees / ori p̄cens / trāsfixit enim pugiōe zābri cū scorto madianitide & dñi furorē placauit vt p̄ceret / zābri / stella lassiens vel amaricās. Proprie enim nomen ab amaritudine vocatur q̄ peccādo amaricauerit populū. Raab / latitudo vel fames siue ipetus. iosue interp̄

taſ ſaluator. Ipſe enī in figura Chriſti populū a deſerto ſaluauit, & in terrā repromiſſiōis induxit. Caſlech, quaſi cor aut canis. Gothoniel tēpus ei⁹ deus vel reſpōſio dei. Aoth / glorioſus. Berach / fulgurās. Delbora / apis vel loquax. Apis / quia fuit ad bellū prōptiſſima, dimicans aduerſus ſiſarā, quo perempto cecinit Canticū inde loquax. Iſachel / aſcenſio. Gedeon / experimentū iniquitatis eorū. Frequentibus ei⁹ documētis informatus eſt quali prēſagio cōtra hoſtes futurā victoriā expediret, ex quo futuro experimento ethymologiā noīſumpſit. Abimelech pater meus rex. Thola vermicul⁹, vel coccinū. Iair illuminās. Iepte apetiēs vel apert⁹. Eſebon, cogitatio ſiue vinculū meroris. Abdo, ſeruus ei⁹. Samſō ſol eorū vel ſolis fortitudo. Fuit enī virtute clarus & liberauit iſrael de hoſtib⁹ eorū. Dalida paupcula vel ſitula. Booz in fortitudine, ſiue in quo robur. Noemi, quā interpretari poſſumus conſolatā, eoq; marito & liberis peregre mortuis, nurū moabitidē in cōſolatione ſua tenuit. Ruth interpretat⁹ feſtinans. Alienigena ei⁹ erat ex populo gentili, quę reſcicta patria feſtinauit trāſire in terrā iſrael, dicens ſocruī ſuę. Quocūq; prexeris pergā. Anna gratia ei⁹ interpretat⁹, quia dum eſſet prius ſterilis natura, poſtremo dei gratia ſocū data eſt. Heli, deus me⁹. Ofni, diſcalciatus. Filius ei⁹ fuit heli electus ī miniſteriiū ſacerdotis, cui⁹ amiſſionē ſuo expreſſit vocabulo Apoſtolus enī ait. Calciati pedes in præparationē euāgelij pacis. Et ppheta, q̄z ſpecioſi pedes qui annūciāt pacē. Iſte ergo diſcalciatus interpretat⁹, vt eius noīe veteris teſtamenti ſacerdotiū a veteri populo ſignificare ablatū. Finees frater ofni, os mutuū interpretat⁹ quo ſignificatur ſacerdotij veteris & doctrine ſilentiū. Samuel nomen eius Deus. Ieſſe, in ſole ſacrificiū vel incenſum. Saul, petitio ī interpretatur. Notū eſt ei⁹ quomō hebræorum popul⁹ eū ſibi regē petierit, & accepit nomē, nō ſecūdum deū, ſed ſecūdū ſuā voluntatē. Dauid, fortis manu interpretatur, quia fortiſſimus in prælijs fuit. Ipſe et deſiderabilis, in ſtirpe. ſ. ſua, de quo dixerat propheta. Veniet deſideratus cūctis gentibus. Salomon tribus noībus fuiſſe perhibetur. Primū vocabulū eius ſalomon dī. i. pacificus, eo q; in regno ei⁹ pax fue rit. Secundū nomē idida, eo q; fuerit dilectus & amabilis dño. Tertiū vocabulū eius coſeth quod gręce appellat⁹ eccleſiaſtes, latine concionator, q; ad populū loquereſ. Ionatham, colūbe donū. Abſalon, patris pax p antiphrāſin, eo q; bellū aduerſus patrē geſſiſſet. ſiue q; in ipſo bello dauid placatus fuiſſe legiſt filio, adeo vt etiā magno cum dolore extinctū plāgeret. Roboā, latitudo populi, & ipm per antiphrāſin q; decē tribubus ab eo ſeparatis, duę tantū ei reſicte ſint, Abia pater domini⁹, vel pater fuit. Aſa, tollēs ſiue ſuſtollēs. Ioſaphat dñi iudiciū. ioram qui eſt excelsus. Ochozias, ap̄hendens dñm. Athalia, tēpus dñi. ioab, ſpirās, vel dñi robur. Aazias, populū tollēs. Ozias, fortitudo

Dñi. Azarias, auxiliū dñi. Ozias aut ipſe eſt qui & azarias duplici noīe, ipſe eſt qui illicitū ſibi ſacerdotiū vēdicare conatus, lepra in frōte pcuſſus eſt. ioathan / eſt perfect⁹ pulchrā ethymologiā noīs habet. Fecit enī rectū in cōſpectu dñi & portā templi edificauit excelsam. Achaz, ap̄hendēs. Ezechias fortis dñs, Manaſſes, obliuiioſus. Per multa enī ſcēlora & ſacrilegia reliquerat, & oblitus fuerat dñi. ſiue q; oblitus deus peccatorū illi⁹. Amon fidelis vſt honestus. ioſias / vbi eſt incēſum dñi. Propria ethymologia noīs. iſte eſt enī qui ſimulachra cōbuſſit. ioachā / robuſtus / ioachim, vbi eſt præparatio Elia chim / dei reſurrectio. iechonias / p̄paratio domini. Sedechias / iuſtus dñi. Hieroboā, iudicatio domini ſiue cauſa populivel vt quidā aiūt diuiſio iterptat⁹ p eo q; in regno eius diuiſus ſit populus iſrael & præciſus a regno ſtirpis dauid. Diuiſionis ei⁹ populi cauſa iſte extitit, zambri pſalmus / vel canticum meū vel hymnū. Amri criſpans me⁹. Achab / frater patris. iezabel / fluxus ſanguinis vel fluēs ſanguie, ſed meli⁹ vbi eſt ſterquiliniū. Præcipitata enī deorſum, comederūt carnes ei⁹ canes, ſicut p̄dixerat helias. Et erūt inquit carnes iezabel ſicut ſterc⁹ ſuper faciē terre. Ochozias, ap̄hendēs deū. ieſu ipſe vero eſt. ioathan robuſtus. Sella / vmbra ei⁹ vel petitio. Manaen cōſolās. Phaceas, ap̄eriēs. Nabugodonosor, ppheta laguncule anguſte, ſiue ppheta ſiſtiusmōi ſignū p ſomnio. ſ. futurorū quod vidille narraſt & daniel interpretatus eſt, ſiue ſeſſio in agnitione anguſtię p his qui in captiuitatē ab eo ducti ſunt. zorobabel apud hebræos ex tribus integris noībus traditur eē cōpoſitus. zo, iſte, ro, magiſter. babel p̄prie babiloniū ſonat / & efficitur nomē zorobabel, iſte magiſter de babilone. in babilone ei⁹ ortus eſt, vbi et princeps gentis iudeę extitit.

¶ De patriarchis.

Cap. vii.



Qvorundā patriarcharū æthymologiæ notandę ſunt, vt ſciam⁹ qd in ſuo vocabulo reſonent. Nā pleriq; eorū ex cauſis p̄prie noīa acceperūt. Patriarcha interpretatur patrum princeps. Archos ei⁹ gręce princeps eſt. Abrahā primū vocatus eſt, pater videns populū p̄pter iſrahelitas. ſ. tm. poſtea appellatus eſt Abrahā, quod trāſfertur pater multarum gentiū / quod erat adhuc p fidem futuram. Gentiū aut nō habetur in noīe. ſed ſubauditur / iuxta illud. Erit nomē tuū Abrahā / quia patrem multarū gentiū poſuite. iſaac / ex riſu nomē accepit. Riſit enī pater quādo ei p̄miſſus admiratus ī gudio. Riſit & mī quādo p illos tres viros p̄miſſus eſt dubitās in gaudio. Ex hac ergo cā nomē accepit. iſaac interpretatur riſus. Sciēdū aut q; quatuor iſ veteri teſtamēto abſq; vllō velamine noībus ſuis ante q; nāſcerētur vocati ſunt. iſmael. iſaac. ſalomon & ioſias Lege ſcripturas. iacob / ſupplātator interpretatur / ſiue q; in ortu plātā nāſcētis fratris ap̄p̄ hēderit / ſiue q; poſtea fratrem arte deceperit / vñ &

Esau dixit. Iuste vocatū est nomen eius iacob, sup plantavit. n. me. ecce secūdo. israhel vir vidēs deū. Tūc enī hoc nomen accepit qñ tota nocte luctat⁹ vicit in certamine angelū, & oriēte lucifero bene dīctus est. iude ppter visionē dei israhel appellat⁹ ē. sicut & ipse ait. Vidi dñm facie ad faciē & salua facta est aīa mea. Ruben interp rētaf visionis filius, siue vidēs filiū. Sic enī qñ eū peperit lyavocavit nomen eius ruben dicēs. quia vidit deus humilitatem meā. Symeō interp rētaf auditio dei. Sic ei dixit lya qñ eū peperit. quia exaudiuit me de⁹. Leui addit⁹. Dixit ei lya, qñ peperit eū non ābigens de amore viri. Nūc me cū erit vir meus. quia peperit ei tres filios. Iuda cōfessio dī. qñ enī eū peperit lya, laudez dño retulit dicens. Nūc super hoc cōfitebor domino. & ob id vocatus est iuda. A cōfessioe itaq; nom eius est dīctū, quod est gratia: actio. Isachar interp rētaf ē merces. is quippe dī est, achar merces. hoc autē ideo. quia mādragoris filij ruben, introitū viri qui rachelī debebat ad se emerat lya, vnde & dū natus est dixit lya. Dedit deus mercedē meā. Zabulū interp rētaf habitaculū. Sextū enī hunc filiū genuerat lya, ppterea iā secura dixit. Habitabit mecum vir meus. Vnde & filius ei⁹ vocatus est habitaculū. Neptali, de cōuersatione siue cōparatiōe, cā noīs eius est. vnde & dixit rachel, cū eū peperisset ancilla eius bala, Habitare me fecit deus habitatiōe cū sorore mea. Dan interp rētaf iudiciū. Bala dū eū peperisset, dixit rachel dña eius, iudicauit me dñs et exaudiēs dedit mihi filiū. Causaz noīs expressit. vt ab eo q̄ iudicasset dñs, filio ancillę iudicii nomē imponeret. Gad ab euentu siue p̄cinctu vocat⁹ est. qñ ei eū peperit zelfa, dixit dña eius lia, in fortuna. i. qđ dī in procinctu vel euentu. Aser, beatus dī. Dū enī peperisset eū zelfa dixit lia. Beata ego, & beatificant me mulieres. & ab eo q̄ beata dī ex ethymologia noīs beatū vocavit, Ioseph ab eo q̄ sibi aliu filiū addi mater optauerat. vocavit augmentū. Hūc pharao sapheneth appellavit quod hebraice absconditorū reptonē sonat. p eo q̄ obscura somnia reuelavit et sterilitatē p̄dixit. Tñ quia hoc nomen ab egyptio ponit, ipsius lingue debet habere rationē. Interpretat⁹ ergo saphaneth egyptio sermone, saluator mūdi eo q̄ orbē terrę ab imminente famis excidio liberaret. Benjamin interpretat⁹ filius dexterę, quod est virtutis. Dextera enī appellatur iamin. Mater quippe eius moriens, vocauerat nomē eius bēnoni. i. fili⁹ doloris mei. Pater hoc mutavit, filiū dextrę noians. Manasses dīctus ab eo q̄ si pater eius oblit⁹ laborū suorū. Ita enī hebraice vocat⁹ obliuio. Effraim eo q̄ auxerit eū deus & ex hoc vocabulo in linguam nostrā transferretur augmentum.

¶ De prophetis

Cap. viij.

Q Vos gētiles vates appellant / hos nostri pphetas vocāt, quasi p̄fatores, quia porro fantur & de futuris vera p̄dicūt. qui

aut a nobis pphete in veteri testamento videntes appellabatur, qui videbant ea que ceteri non videbant. & prospiciebant ea que in mysterio abscondita erant. Hinc equod scriptū est in samuele. Eam⁹ ad vidētē. Hinc Esaias. Vidi inquit dñm sedentem sup solium excelsū & eleuatū. Et ezechiel. Apti sūt celi & vidit visiones dei. Quorundā autē prophetarū æthymologię nom ānotādę sunt. Vocabula ei eorū satis ostendunt quid in futuris factis dīctisq; suis p̄nunciassent. Helias interp ratur domin⁹ de⁹. Ex futuri igit̄ p̄fagio sic vocat⁹. Nā dū altercatur in sacrificio cū quadringētis sacerdotib⁹ baal, inuocato noīe dñi, descēdit de celo ignis super olocaustū. Quod cū vidisset oīs populus cecidit in faciē suā & ait. Dñs ipse est deus. Ex hac igit̄ cā tale prius nomē accepit, p eo q̄ per eū postea cognouerit populus dominū deū. Idē & fortis dominus i terpretatur, vel ppter q̄ interfecit eosdem sacerdotes vel ppter q̄ achab aduersitatem tolleravit. Heliseus domini sal⁹ interp ratur. vocabulū autē & idē ex futuri p̄fagio suscepit. Deniq; & multas virtutes fecit, & famē pellēs populuz a morte saluavit. Nathan, dedit siue dātis. Esaias interp ratur saluator domini. & merito. saluator ē ei vniuersarū, gētīū eiusq; sacramēta āplius q̄ ceteri p̄dicauit. Hieremias / excelsus domini, p eo q̄ dīctū est ei. Ecce cōstitui te sup gētes & regna. Ezechiel fortitudo dei Daniel iudiciū dei. siue quia in presbyterorū iudicio sententiā diuine examinatiōis exhibuit dū reperta eorū falsitate susannā ab interitu liberavit, siue q̄ visiōes & somnia quib⁹ p singula quēdā enigmata futura monstrabāt, sagaci mēte discernēs aperuit. Hic & desyderiorū vir appellatus est, quia panē desyderij nō māducauit, & vinū cōcupiscētię nō bibit. Oseę saluator aut saluās. Dū enī irā dei i populū israhel ob crimē idolatrię pphetasset, domui iudę salutē p̄nūciauit. Propter quod ezechias rex iuda sublatis idolis que p̄cedētes reges cōsecrauerāt, tēplum domini purgasse ac purificasse mōstratur. Iohel domin⁹ deus, siue icipiēs deo vel fuit dei. Hoc enī eius vocabulum resonat æthymologia incerta. Amos populus auulsus. Prophetia enim ei⁹ ad populum fuit israhel, quia iā auulsus erat a domino, & aureis vitulis seruiebat. siue auulsus a regno stirpis Dauid. Nā, germē siue cōsolator. Increpat ei ciuitatē sanguinuz, & post euerfionē illi⁹ cōsolat⁹ syon dicēs, Ecce sup mōtes pedes euāgelizātis & ānunciātis pacē. Abachuc āplexās, quia vī ex eo q̄ amabilis domino fuit vocatur āplexatio, vel q̄ in certamē cum deo cōgredit̄, āplexantis. i. luctantis fortit⁹ ē nomē. Nullus enī tam audacivoce ausus est deū ad disceptationē iusticię puocare / cur in rebus humanis & mundi istius tanta rerum versare iniquitas. Micheas / quis hic vī quis iste. Cōminat⁹ samarię ob causam simulachroruz illo mō de quo heliū dī. Quis ē iste iuolues sententias / Sophonias speculum vel archanum domini i

terp̄taſ, vtrūq; ad p̄phetā cōuenit. Ipſi enī ſciunt myſteria dei. Vñ ad Ezechielē dī. Speculorē te poſui domui iſraē. Et alibi. Nō facit dñs quicq; niſi reuelauerit ſeruis ſuis p̄phetis. Abdias ſeruus dñi ſicut ei moyſes famul⁹ dñi, & ap̄lus ſeruus Chriſti, ita iſte legat⁹ ad gētes miſſus, videt & p̄dicat quę p̄ phetalī digna ſunt myſterio & ſeruitute, inde ſeruus dñi. Ionas interp̄tatur colūba ſiue dolēs. Colūba p̄ gemitu, qñ i v̄tre ceti triduo fuit. Dolēs autē vel p̄pter trīſticiā quā habuit de ſalute niniuitarū vel p̄pter hederē ſubito areſcētē, cui⁹ v̄mbraculo tepebatur cōtra ſolis ardorē. ipe ē & amathī ſarep̄tanę viduę fili⁹, vt iudei affirmāt quē ſuſcitauit Helias, matre poſtea ad eū dicēte. Nunc cognoui qm̄ vir dei es tu, & verbū dñi i ore tuo verum ē. ob hāc cām ipſum amathī vocatū. Amathī enī ex hebræo i latinā linguā veritas dī, & ex eo q̄ verū helias locutus eſt, ille qui ſuſcitatus ē filius nūcupatus ē veritatis. zacharias memoria dñi. lxx ei anno deſolatiōis tēplī cōpleto zacharia p̄dicāte memoratus ē dñs populi ſui, iuſſuq; darij reuerſus ē dei populus & reedificata ē vrbs & tēplū. Aggeus, i latinū feſtiuus & letus reſonat. Deſtructū enī tēplū edificādū p̄phetat, & poſt luctū captiuitatis, reſſionis læticiā p̄dicat. Malachias interp̄tatur angelus domini. i. nūcius. Quicquid ei loquebat̄ quaſi a domino eſſent mādāta ita credebātur. & inde ita nomē ei⁹. lxx. tranſulerunt dicētes. Aſſumptio verbi dñi ſup iſrael, i manu angeli ei⁹. Eſdras adiutor. Nee mias cōſolator a dño. Quodā enī p̄ſagio futuri nomina iſta ſortiti ſunt. Fuerūt ei i adiutoriū & cōſolationē oī illi populo redeunti ad patriā. Nā & tēplū dñi iudē reedificauerūt, & muroꝝ ac turriū opus ip̄i reſtaurauerūt. Anania grā dei interpretat̄ Idē & ſidrach, lingua chaldeā, quod interp̄taſ decorus meus. Azarias auxiliū dñi. Idez & abdenago, quod i latinū vertit̄, ſeruiēs taceo. Miſael qui populus dñi, Ipſe & miſach, quod interp̄tatur riſ⁹ v̄l gaudium. Azia, frater meus. Semci, audiēs dñm. Aſah cōgregās. Idithū trāſiliēs eos, ſiue ſaliēs eos. quod dā ei iherētes humo, curuatos in terrā & ea q̄ i imo ſunt cogitātes, & in rebus trāſeūtib⁹ ſpē ponentes trāſiliuit canēdo iſte qui vocat̄ trāſiliēs. Eman, accipiēs, vel formido eorum. Ethā robuſt⁹. Barachia benedictus dñi, vel benedictus dominus. Olda diſtrictio ſiue diuerticulū. Iudith, laudēs vel cōſitens dño. Heſter, abſconſa. zacharias, memoria dñi. ob hoc quia canit, memoriale teſtamēti ſui ſancti. Ioānes baptiſta. dñi grā, eo q̄ ſit limes p̄phetię, p̄nuncius gratię, ſiue initiū baptiſmatis, per quod gratia miniſtratur. Hi ſunt p̄phete veteris nouiq; teſtamēti, quorū finis Chriſtus, cui dī a patre. Et p̄phetā in gentibus poſui te. ¶ Prophetiæ autē genera ſunt ſeptē. Primū genus extaſis, quod eſt mētis exceſſus ſicut vidit petrus vas illud ſummiſſum de cęlo in ſtupore mētis cū varijs aīalibus. Secundū genus viſio, ſicut apud Eſaiā dicentē. Vidi dñm ſedē

tem ſup ſolium excelſum. Tertium genus ſomniū, ſicut iacob ſubnixam in cęlo ſcalam dormiens vidit. Quartum genus per nubem, ſicut ad moyſen, & ad iob poſt plagam loquitur deus. Quintum genus vox de cęlo / ſicut ad abraham ſonuit dicens. Ne iniicias manum tuā ſuper puerū. Et apud ſaulum in via. Saule ſaule quid me perſequeris? Sextum genus, accepta parabola, ſicut apud ſalomonezin p̄uerbijs / & apud balaam, cum euocaretur a balach. Septimum genus / repletio ſancti ſpiritus / ſicut pene apud omnes p̄phetas. Alii tria genera viſionum dixerunt eſſe. Vnum ſecundum oculos corporis / ſicut vidit abraham tres viros ſub ilice mēbre / & moyſes ignem in rubo et diſcipuli tranſfiguratum dominum in monte inter moyſen & heliam et cętera huiusmodi. Alterū ſecundū ſpiritū quo imaginamus ea quę per corpus ſentimus / ſicut vidit Petrus diſcum illum ſummiſſi de cęlo cum varijs animalibus, & ſicut eſaias deum in ſede altiſſima non corporaliter ſed ſpiritualiter vidit. Nō enim deum forma corporea circumterminat / ſed quem admodum figurate / non proprie multa dicuntur / ita etiam figurate et multa monſtrantur. Tertium genus viſiōis eſt quod neq; corporeis ſenſibus, neq; vlla parte animę qua corporalium reſimagines capiuntur, ſed per intuitū mentis. quo intellecta conſpicitur veritas, ſicut daniel p̄dit⁹ mēte vidit qđ balthaſar viderat corpe. Sine quo genere, illa duo vel iſfructuoſa ſunt, vel etiā in errorē mittunt. Oīa tñ hęc genera ſpiritus ſanctus moderat̄. Habere autē prophetiā, nō ſolū bonus, ſed etiam malus poteſt. Nā inuenimus ſaulem regez p̄phetiſſe. Perſequebat̄ enim ſanctum dauid, et impletus ſancto ſpiritu prophetare cepit.

¶ De apoſtolis.

Cap. ix.



Apoſtoli miſſi interpretantur. Hoc enī eorū nomē indicat. Nā ſicut gręce angeli, latine nūcij vocat̄, ita gręce apoſtoli, latine miſſi appellātur. Ipſos enī miſiſit Chriſtus euāgelizare per vniuerſum mundū, ita vt quidam perſas indolq; penetrarent docētes gentes et faciētes i noie chriſti magna & incredibilia miracula, vt atteſtātibus ſignis & prodigijs crederetur illis, in his quę dicebāt et viderant. Habēt ei pleriq; eorū ex his cauſas ſuorū vocabulorū. Petr⁹ a petra nomē accepit, hoc eſt a Chriſto. ſup quē fundata eſt eccleſia. Non ei a petro petra ſed petrus a petra nomen ſortitus eſt, ſicut nō chriſtus a Chriſtiano, ſed Chriſtianus a chriſto vocat̄. ideoq; ait dñs. Tu es petrus & ſuper hanc petram edificabo eccleſiā meā, qa dixerat petr⁹ Tu es chriſtus fili⁹ dei viui. Deide ei dñs, ſup hanc inq; petrā quā cōfeſſus es ædificabo eccleſiā meā. Petra enī erat chriſtus, ſup quod fundamētū etiā ipe ædificatus eſt petrus. Cephas dictus, eo q̄ in capite ſit cōſtitut⁹ apoſtolorū. Cephalin ei gręce caput dicit̄

et ipsum nomē in petro syrum est. Simon bariona i linguā nostrā sonat filius colūbæ, & est nomē syrū pariter & hebreū. Bar quippe syralingua fili⁹ ione hebraice colūba, vtroq; sermone dī bariona. Alij simpliciter accipiūt, q̄ simon. i. petrus filius sit ioānis, iuxta illā interrogationē. Simon ioānis diligis me, & volūt scriptorū vicio deprauatū, vt pro bar ioāna hoc ē filio ioānis, bariona scriptū sit, vna de tracta syllaba. Ioanna autē interpretatur dñi gratia. Et fuisse cōstat petrū trinomiū, petrū, cephā, & simon bariona. Simon autē hebraice interpretat̄ audiens. Saulus hebraico sermone tētatio dictus eo q̄ prius in tētatione ecclesiæ sit versatus. Persecutor enī erat, in denomē habebat istud, qm̄ p̄sequebatur Christianos. Postea mutato noīe de saulo factus est Paulus. quod interpretat̄ mirabilis siue electus. Mirabilis, vel quia multa signa fecit, vel quia ab oriēte vsq; ac occasum euāgelii Christi in oībus gentib⁹ prædicauit. Electus sicut in actibus apostolorum spūs sanctus dicit, segregate mihi barnabā & paulū ad opus ad quod elegi eos. Latino autē sermone paulus a modico dictus. vnde & ipse ait Ego sum minimus oīm apostolorū. Quādo enī saulus, superbus elat⁹, qm̄ paulus, humilis, modicus. Ideo sic loquimur paulo post videbo te. i. post modicū. Naz quia modicus factus est, ipse dicit. Ego ei suz nouissim⁹ oīm apostolorū, & mihi minima oīm sanctorū data est grā. Cephas autē & saulus, ideo mutato nomine sunt vocati, vt essent etiā ipso noīe noui sicut abrahā et sara. Andreas frater petricarne, & coheres gratia. secundū hebraicā æthymologiam interpretat̄ decorus siue respōdēs, sermone autē græco, a viro virilis appellatur, Ioannes quodā vaticinio ex merito nomē accepit, interpretatur ei, in quo est gratia vel domini gratia. Amplius enī eū cæteris apostolis dilexit Iesus. Iacobus zebedei a patre cognominatur, quē relinquens cū ioanne, verū patrē secuti sunt. Hi sunt filij tonitruī, qui etiā boanarges ex firmitate & magnitudine fidei nominati sunt. Hic est iacobus filius zebedei frater ioannis, qui post ascensionē dñi ab herode manifestat̄ occisus. Iacob⁹ alphei ob distinctionem prioris cognominat⁹ qui dī filius zebedei, sicut iste filius alphei. Cognomentū igit̄ ambo a patre sūperunt. Iste est iacobus minor qui i euāgelio frater dñi noīatur, quia maria vxor alphei, soror fuit matris dñi, quā mariā cleophē ioannes euāgelista cognominat. a patre siue a gentilitate familiæ, aut quacūq; alia cā ei nomē iponēs. Alpheus autē hebreo sermone in latinū exprimit̄ millesimus siue doctus. Philippus os lapadorū, vel os manūū. Thomas, abyssus vel geminus, vñ græce didymus appellatur. Bartholomeus, filius suspendentis aquas, vel filius suspendētis me, syrum est non hebreū. Matheus in hebreo donatus exprimitur. Idē & appellatus leui ex tribu a qua ortus fuit. In latino autem ex opere publicani nomen accepit, quia ex publicanis fuit electus & in apōstolatū

translatus. Simon chananeus, ad distinctionē simonis petri, de vico galileę chana, vbi aquas dñs mutauit in vinum ipse est qui in alio euangelista scribitur zelotes. Chana quippe zelus interpretat̄. Iudas Iacobi qui alibi appellatur lebbeus, figuratum nomen habet a corde, quod nos diminutiue corculū possumus appellare, ipse in alio euangelista. Thadeus scribitur, quē ecclesiastica tradit historia, misum edessem ad abagarū regē, Iudas scariotis, vel a vico in quo ortus est, vel ex tribu isachar vocabulū sūpsit quodā præfagio futuri in condemnationem sui. Isachar enim interpretatur merces, vt significaretur precium proditoris quo vendidit dominum sicut scriptum est. Et apprehēderunt mercedem meam. xxx. argenteos, precium quod appreciatus sum ab eis. Mathias qui inter apostolos sine cognomine solus habetur. interpretat̄ donatus, vt subaudiatur pro iuda, ipse enim in locū ei⁹ elect⁹ est ab apostolis, cum pro duob⁹ fors mitteretur. Marcus. excelsus mandato, vtiq; propter euāgelium altissimi quod prædicauit. Lucas ipse confurgens, siue ipse eleuans, eo q̄ eleuauerit prædicationem euāgelij post alios. Barnabas, fili⁹ pphetæ, vel filius consolationis.

¶ De reliquis in euangelio nominibus. Cap. x.

Maria illuminatrix siue stella maris Genuit enī lumen mundi, sermone autē syro maria dñi nuncupatur, & pulchre, quia dominū genuit. Helizabeth dei mei saturitas, vel domini mei iuramentū. Magdalena turris. Martha, irritans, vel prouocans vel puocās, sermone autē syro interpretatur dominās. Nathanael, donum dei, quia deus. i. simulatio, dono dei in eo non fuit, Zebedeus, donatus siue fluēs iste. zacheus, iustus siue iustificatus, siue iustificandus, syrū est nomen non hebreū. Lazarus adiutus, eo q̄ sit a morte resuscitatus. Herodes, pelliceus, vel gloriosus clara æthymologia. Cayphas, iuestigator aut sagax, aut vomēs ore, Iniquo ei ore suo iustū cōdēnauit, quīs hoc mysterio prophetali⁹ annūciasset. Pōti⁹, declinans cōciliū, vtiq; iudeorū. Accepta enī aqua, lauit man⁹ suas dicēs. Innocēs ego sū a sanguine iusti hui⁹. Pylatus os malleatoris, quia dū Christum ore suo & iustificat & cōdēnat, morte malleatoria vtraq; ferit. Barrabas filius magistri eorū. absq; dubio iudeorū magistri qui ē diabolus, homicidiorū auctor, qui vsq; hodie regnat in eis.

¶ De martyribus.

Cap. xi.

Martyres græca lingua, latine testes dicuntur vnde et testimonia græce, martyria nuncupantur. Testes autē ideo vocati sunt, quia propter testimoniū Christi passiones sustinuerunt, et vsq; ad mortem pro veritate certauerunt. Quod vero nos non testes, quod latine vtiq; possumus dicere, sed græce martyres appellamus familiarius ecclesiæ auribus hoc græcum verbum sonat. Sicut multa græca nomina quibus pro

latinis utimur. Martyrū primus in nouo testamen-
to stephanus fuit, qui hebreo sermone interpreta-
tur norma, quod prior fuerit in martyrio ad imitatio-
nē fidelium. Idē autē ex græco sermone in latinū verti-
tur coronat⁹, & hoc prophetice, ut quod sequeretur
in reuaticinio quodā futuri, prius in uocabulo reso-
naret. Passus est eī & quod uocabatur accepit. Ste-
phanus enī corona dī, humiliter lapidat⁹, sed sub-
limiter coronatus. Duo autē sunt martyrii gēna, u-
num in aperta passiōe, alterū in occulta animi uir-
tute. Nā multi hostis insidias tollerātes, & cūctis car-
nalibus desiderijs resistētes, per hoc quod se oī potē-
ti deo in corde maclauerūt, etiā pacis tēpore mar-
tyres facti sunt, qui etiam si persecutionis tempus
existeret, martyres esse potuerunt.

¶ De clericis.

Cap. xii.

Cleros & clericos hinc appellatos, quia ma-
thias forte elect⁹ est, quē primū per aposto-
los legim⁹ ordinatū. Cleros enī græce fors
uē hereditas latine dī. Propterea ergo dicti sūt cle-
rici qui de sorte sunt dñi, uel quia dñi partē habēt
Gñaliter autē clerici nūcupantur oēs qui in ecclesia
Christi deseruiunt. quorū gradus & noīa hæc sunt.
Ostarius / psalmista / lector / exorcista / acolyt⁹ / sub-
diaconus / diacon⁹ / presbyter / episcop⁹. Ordo epi-
scoporū quadripartitus est. i. in patriarchis / archie-
piscopis / metropolitanis, atq; episcopis. Patriar-
cha græca lingua summus patrū interpretat⁹, quia
primū. i. apostolicū retinet locū, & ideo quia sum-
mo honore fungitur, tali noīe censetur, sicut roma-
nus, anthiochenus & alexandrinus. Archiepiscop⁹
græco uocabulo quod sit summus episcoporū. Tenet
enī uicē apostolicā & præsidet tā metropolitanis quā
episcopis ceteris. Metropolitanus autē a mēsurā ciuitatū
uocatur. Singulis enī prouincijs præeminēt, quorū
auctoritati et doctrinæ & potestati ceteri sacerdo-
tes subiecti sunt, sine quib⁹ nihil reliquos eposage-
re licet, sollicitudo enī totius prouincię ipse episcopus cō-
missa est. Oēs autē superius designati ordines uno
eodēq; uocabulo episcopi nominantur, sed ideo priuato
noīe quidā utuntur propter distinctionē potestatum
quā singulariter acceperunt. Patriarcha patrum
princeps. Archon enī princeps. Archiepiscopus princeps
episcoporum, sicut metropolitanus a mēsurā ciuitatū.
Episcopus autē uocabulum inde dictū, quod ille qui super
efficitur. super intendat, curam. s. gerens subditorū
episcoporum enim græce latine intendere dicitur. Epi-
scopi autē græce latine speculatores interpretantur.
Nā speculator est prepositus in ecclesia dicit⁹ eo quod
speculet atq; prospiciat populorū infra se positorum
mores & uitā. Pontifex princeps sacerdotū ē, quasi
uia sequentiū. Ipse & summ⁹ sacerdos, ipse & ponti-
fex maximus nūcupat⁹. Ipse enī efficit sacerdotes
atq; leuitas, ipse oēs ordines ecclesiasticos dispo-
nit, ipse quid unusquisq; facere debeat ostendit.
Antea autem pontifices reges erant. Nam maio-
rum hæc erat consuetudo, ut rex esset etiam sacer-

dos et pontifex, Vnde et romani imperatores pon-
tifices dicebantur. Vates a uimētis appellatos cu-
ius significatio multiplex est. Nam modo sacerdo-
tem modo prophetam significat, modo poetā. An-
tistes sacerdos dicitur, ab eo quod ante stat. Primus est
enim in ordine ecclesię, et supra se nullum habet.
Sacerdos autem nomen habet compositū ex græ-
co et latino, quasi sacrum dans, sicut enim rex a re-
gendo ita sacerdos a sacrificando uocatus est. Con-
secrat enī et sanctificat. Sacerdotes autem genti-
lium flamines uocabantur. Hi in capite habebant
pileum in quo erat breuis uirgula desuper habēs
lanæ aliquod. quod cum per æstum ferre non pos-
sent, filo tantum capita religare ceperunt, Nā nu-
dis eos penitus capitibus incedere nefas erat, unde
de a filo quod uidebatur flamines dicti sunt, quasi fi-
lamines, uerum festis diebus filo deposito pileum
imponerent pro sacerdotiū emuētia. Presbyter græ-
ce latine senior, interpretat⁹, nō pro etate uel decre-
pita senectute, sed propter honores & dignitatem
quā acceperunt, presbyteri nominantur. Vnde et
apud ueteres idem episcopi et presbyteri idem fuerunt,
quia illud nomen dignitatis est, hoc ætatis. Ideo
autē & presbyteri sacerdotes uocantur, quia sacrum
dant / sicut et episcopi qui licet sint sacerdotes, tamē po-
tificatus apicē nō habent, quia nec chrismate fron-
tē signant, nec paraclytū spiritū dant, quod solis
deberi episcopus lectio actuū apostolorū demon-
strat, leuitę ex noīe auctoris uocati. De leui eī leui-
tę exorti sunt, a quibus in templo dei mystici sacra-
mentū ministeria explebantur. Hi græce diaconi, lati-
ne ministri dicuntur, quia sicut in sacerdote cōse-
cratio, ita in diacono ministeriū dispensatio habetur
Hypodiacones græce quos nos subdiaconos dici-
mus, quod ideo sic appellatur, quia subiacent præcep-
tis & officiis leuitarū. Oblatiōes eī in templo dei a fi-
delibus ipsi suscipiunt, & leuitis superponēdas altari-
bus deferunt. Hi apud hebreos nathinne uocantur
¶ Lectores a legēdo, psalmistę a psalmis canēdis uo-
cati, Illi enī prædicant popolis quid sequatur, isti ca-
nant ut excitent ad cōpunctionē animos audientium
licet & quidā lectores ita miserāter pronūciant, ut
quosdā ad luctum lamentationēq; cōpellant. Ideo
etiā & pronūciatores uocantur, quod porro annun-
ciant tāta eī & tā clara erit eorū uox, ut quis longe
positorū aures adimpleant. Cantor autē uocatus, quia
uocē modulatur in cātu. Hui⁹ duo gēna dicunt in arte
musica, sicut ea docti hoīes latine dicere potuerunt
præcentor et succentor. Præcentor. s. qui uocem præ-
mittit in cātu. Succentor autē qui subsequenter ca-
nendo respōdet. Concenter autē dicitur quia cōso-
nat qui autē non consonat, nec concinit, nec cantor
nec cōcenter erit. Acolythi græce latine cerofera-
rii dicuntur a deportandis cereis quā euangelium le-
gēdum est aut sacrificium offerēdum. Tunc eī ac-
cenduntur luminaria ab eis et deportantur, non ad
effugēdas tenebras, dū sol eodē tēpore rutilet, sed

ad signū leticię demōstrādū, vt sub typo luminis corpalis illa lux ostēdat. De qua ī euāgelio legitur Erat lux vera q̄ illuminat oēm hoīem veniētē ī hūc mūdū. Exorcistę ex gręco ī latinū adiurātes siue icrepātes vocānt. Inuocāt eī sup cathecuminos vřsu p̄ eos qui habēt sp̄m imūdū, nomē dñi Iesu. adiurātes p̄ eū vt egrediať ab eis. Ostiarij idē & ianitores, q̄ ī veteri testamēto electi sunt ad custodiā tēpli vt nō egredereť eū imūdus ī oī re. Dīcti aut ostiarij, q̄ p̄sint ostijs tēpli. Ipsī enī tenētes clauē oīa int̄ extraq; custodiūt, atq; iter bonos & malos habentes iudiciū, fideles recipiūt, & respuūt ī fideles.

¶ De monachis.

Cap. xiii.

Monachus gręca ęthymologia vocatus eo q̄ sit singularis. monas eī gręce singularitas dī. Ergo si solitari⁹ iterp̄tatur vocabulū monachi, quid facit ī turba qui sol⁹ ē? Plura autē sūt ḡna monachorū, Cenobitę, quos nos ī cōeuiētes possum⁹ appellare. Cenobiū enī plurimorū est. Anachoritę sunt, qui post cenobialē vitā deserta petūt, & soli habitāt p̄ deserta, & ab eo q̄ p̄cul ab hominib⁹ recesserūt, talī noīe nūcupāť, s̄z anachoritę heliā & ioannē, cenobitę apostolos imitanť. Heremite hi sunt q̄ & anachoritę ab hoīm cōspectu remoti heremū & desertas solitudines appetentes, Nā heremū dī quasi remotū. Abba aut syrū. nom̄ significat ī latinū pater quod Paul⁹ romanis scribēs exposuit dicēs. In quo clamam⁹ abba pater, in vno noīe duabus vsus linguis. Dicit eī abba syro noīe patrē, & rursus latine noīat itidem patrem.

¶ De ceteris fidelibus nominibus Cap. xiiii.

Christianis quātū iterp̄tatio ostēdit de vntiōe dī siue de noīe auctoris & creatoris. A Christo eī christiani sūt cognomiati, sicut a iuda iudei, De magistri quippe noīe cognomē sectatorib⁹ datū ē. Christiani aut oī iudeis q̄si ob opprobriū nazareivocabāť, p̄ eo q̄ dñs nr̄ atq; saluator a vico quodā galileę nazaren⁹ sit appellatus. Nō se aut gloriēť christianū, q̄ nomē h̄z & facta nō h̄z. vbi aut nomē secutū fuerit op⁹, certissime ille ē christian⁹, quia se factis ostēdit christianū, ambulās sicut & ille ābulauit a quo & nomē traxit. catholic⁹ vniuersalis siue generalis iterp̄tať. Nā gręcivniuersalē catholicō vocāt. Orthodoxus ē recte credēs, & vt credit recte viuēs. Ortho eī gręce recte dī, doxo glorię, hoc ē vir recte glorię. Quo noīe nō pōt vocari, q̄ aliter viuūt q̄ credit. Neophyt⁹ gręce latine nouell⁹ & rudis fidelis vel nup̄ renat⁹ iterp̄tari pōt. Cathecumīn⁹ dīct⁹ p̄ eo q̄ adhuc doctrinam fidei audit, necdū tñ baptismū p̄cepit. Nā cathecumīn⁹ gręce auditor dī. Cōpetēs vocatur qui post instructionem fidei cōpetit gratiā christi, idē & a petēdo cōpetētes vocati sunt. Laicus popularis. Laos enī gręce populus dī. Profelytus. i. aduena & circūcisus, quia miscebatur populo dei, gręcum est.

¶ Incipit liber octauus.

¶ De ecclesia et synagoga.

Cap. I.

Ecclēsia gręcū est, quod in latinū vertit̄ cōuocatio, p̄pter q̄ oēs ad se cōuocet. Catholica vniuersalis κατὰ οὐλον, id est secūdū cotū. Nō enī sicut cōuēticula hereticorū ī aliquib⁹ regionū ptibus eo artať, sed per totū terrarū orbē dilatata diffundit̄. Quod etiā apostolus approbat ad romanos dicēs. Gratias ago deo meo p̄ oib⁹ votis, quia fides vestra ānūciať ī vniuerso mūdo, siue q̄ ī vnitatē cunctos cōiūgit credētes. Hic & vniuersitas ab vno cognomiata ē, p̄pter quod ī vnitatē colligit̄. Vñ dñs ī euāgelio. Qui mecū nō colligit spargit. Cur autē ecclesia cū vna sit a iohanne. vii. scribunt̄ nisi vt vna catholica septiformi plena spū designēť, sicut et de dño nouim⁹ dixisse salomonē. Sapiētia edificauit sibi domū, & excidit colūnas septē, q̄ tñ septē vna eē nō ambigit̄, dicēte apostolo. Ecclesia dei viui q̄ est colūna & firmamentū veritatis. Inchoauit aut ecclesia a loco vbi venit de cōelo spūs sanct⁹ & īpleuit vno loco sedētes Pro peregrinatiōe aut p̄sentie ecclesia syon dicit̄, eo q̄ ab hui⁹ peregrinationis lōgitudine posita, promissionē rerū celestium speculet̄, & iccirco syon. i. speculatio nomē accepit Pro futuravero patrię pace, hierusalē vocať. Nam hierusalē visio pacis iterp̄tať. Ibi enī absorpta oī aduersitate. pacē quę est Christus p̄senti possidebit obtutu. Synagoga gręce latine cōgragatio dī quod p̄priū nomē iudeorū populus tenuit. Ipsorū eī p̄prie synagoga dici solet, quīs & de ecclesia dicta sit. Nostrā vero aplī nūq̄ synagogā dixerūt, s̄z semp̄ ecclesiā, siue discernēdi cā, siue q̄ iter cōgregationē, vñ synagoga, & cōuocationē vñ ecclesia nomen accepit, distet aliquid q̄. s. cōgregari & pecora solēt, quorū et greges proprie dicimus, cōuocari autem magis est vtentium ratione. sicut sunt homines.

¶ De religione et fide.

Cap. ii.

Religio a putando philosophi noīauerūt, id est hoc puto esse bonū, hoc puto esse verū. Religio appellata q̄ per eā vni deo religamus aīas nostras ad cultū diuinū, vñ quo seruiendi. Quod verbū cōpositum est a religēdo. i. eligendo. vt ita latinum videbatur religio, sicut eligo. Tria sunt aut quę religionis cultu ad cōlēdum deū in hoībus perquirunt̄. i. fides, spes, charitas. In fide quid credēdum, in spe quid sperandū in charitate quid sit amādū. Fides ē qua veraciter credim⁹ id quod neq̄q̄ videre valeam⁹. Nā credere iā nō possumus quod videmus. Proprie aut nomen fidei inde est dictum, si omnino fiat quod dictum ē aut promissuz. Et inde fides vocata, ab eo q̄ sit illud quod inter vtrosq; placitum est quasi inter deum et hominem hinc et fœdus. Spes vocata q̄ sit pes p̄grediēdi q̄si ē pes. vñ ecōtrario despatio. de ē eī ibi pes, nulla q; p̄grediēdi facultas ē, qa dūq; p̄ peccatū amat futurā gloriā non sperat. Charitas

græce latine dilectio interpretatur, quod duos in se liget. Nā dilectio a duobus incipit, quod est amor dei et proximi. de qua apostolus. Plenitudo inquit legis est dilectio. Maior est autem hæc omnibus, quia qui diligit, & credit & sperat. Qui autem non diligit quis multa bona faciat, frustra laborat. Ois autem dilectio carnalis, non dilectio sed magis amor dici solet. Dilectionis autem nomen tantum in melioribus rebus accipi solet.

¶ De heresi & scismate.

Cap. iij.

Heresis græce ab electione vocatur, quod si unusquisque id sibi eligat quod melius sibi esse videtur ut philosophi peripatetici, academici, epicurei, & stoici, vel sicut aliqui peruersum dogma cogitantes arbitrio suo de ecclesia recesserunt. Inde ergo heresis dicta græca voce ex interpretatione electionis, quia quisque arbitrio suo ad instituenda siue ad suscipienda quælibet ipse sibi eligit. Nobis vero nihil nostro ex arbitrio inducere licet, sed nec eligere quod aliquis de arbitrio suo induxerit, apostolos dei habemus auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio quod inducerent elegerunt, sed acceptam a Christo disciplinam fideliter nationibus assignarunt. Itaque si etiam angelus de cælis aliter euangelizauerit, anathema vocabitur. Secta a sequendo & tenendo nominata. Nā sectas dicimus habitum aiorum, ac instituta circa disciplinam vel propositum quæ tenendo sequuntur, longe alia in religionis cultu opinantes quam ceteri. Scisma a scissura aiorum nomen accepit. Eodem enim cultu eodemque ritu credit ut ceteri, solo congregationis delectatione discidio. Fit autem scisma cum dicunt homines nos iusti sumus, nos sanctificamus imundos & cetera similia. Superstitio dicta eo quod sit superflua aut superstatuta observatio. Alii dicunt a senibus, quia multis annis superstitites per ætatem delirant & errant superstitioe quadam, ne sciens quæ vetera colant, aut quæ veterum ignari asciscunt. Lucreti autem superstitionem dicit substantiū rerum. id est cælestium & diuinorum quæ super nos stant, sed male dicit, hereticorum autem dogmata ut facile possit agnosci, causas eorum vel nomina demonstrare oportuit.

¶ De heresibus iudæorum.

Cap. iiii.

Iudæi confessores interpretantur. Multos enim ex his sequitur confessio, quos antea perfidia possidebat. Hebræi transitores dicuntur. Quo nomine admonentur, ut de peioribus ad meliora transeant & pristinos errores relinquunt. Pharisei & saducei inter se contrarii sunt. Nā pharisei ex hebræo in latinum interpretantur diuisi, eo quod traditionum & observationum suarum quas illi deuterosis vocant, iusticiam præferunt, vñ et diuisi vocantur a populo quasi per iusticiam. Saducei interpretantur iusti, vendicant enim sibi quod non sunt, corporis resurrectionem negant, & animam interire cum corpore prædicant. Hi quoque tantum libros legis recipiunt, prophetarum vaticinia respuunt. Esneei dicunt ipsum esse Christum, quod docuit illos omnem abstinentiam. Morbonei dicunt ipsum esse Christum, qui docuit illos in omni re sab-

batizare, Genitæi dicti eo quod de genere abrahe esse se gloriantur. Nā cum in babiloniā venisset populus dei plerique reliquentes uxores suas, babilonicis mulieribus adhererunt. Quidam autem israeliticis tantum coniugiis contenti, vel ex eis geniti dum reuersi essent de babilonia, diuiserunt se ab omni populo & assumpsit sibi hoc nomen iactationis. Meristei appellati eo quod separaret scripturas, non credentes omnibus prophetis, dicentes alijs & alijs spiritibus illos prophetasse. Meris enim græce latine pars dicitur. Samaritæ dicti quod legem solam custodiant. Nā prophetas non recipiunt. Himero baptiste eo quod quotidie vestimenta sua et corpora lauant.

¶ De heresibus Christianorum.

Cap. v.

Videtur etiam heretici qui de ecclesia recesserunt ex nomine auctorum suorum nuncupantur, quidam vero ex causis quas eligentes instituerunt. Simoniani dicti a simone magice discipline perito cui petrus in actibus apostolorum maledixit pro eo quod ab apostolis spiritus sancti gratiam pecunia emere voluisset. Hi dicunt creaturam non a deo, sed a virtute quadam superna creatam. Menadri, a menadro mago discipulo simonis nuncupati, qui mundum non a deo, sed ab angelis factum esse asseruit. Basilidiani a basilide appellati, qui inter reliquas blasphemias passum iesum abnegavit. Nicolaitæ dicti a nicolao diacono ecclesie hierosolymorum, qui cum stephano & ceteris constitutus est a petro, qui propter pulchritudinem relinquens uxorem dixerat ut qui vellet ea vteretur & versa est in stuprum talis consuetudo ut inuicem coniugia commutarentur. Quæ iohannes in apocalypsi improbat dicens. Sed hoc ab eis quia odisti facta nicolaitarum. Gnostici propter excellentiam scientie se ita appellare voluerunt. Animam naturam dei esse dicunt, bonum & malum deum suis dogmatibus fingunt. Carpocratiani a carpocrate quodam vocantur, quod dixit Christum hominem fuisse tantum & de utroque sexu progenitum. Chirintiani a chirintho quodam nuncupati. Hi inter cetera circūcisionem observant mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros predicant. Unde et græce ciliaste latine miliciaste sunt appellati. Nazarei dicti qui dum Christum qui a vico nazarenus est appellatus, filium dei confiteantur, omnia tantum veteris legis custodiunt. Ophitei a colubro nominati sunt. Coluber enim græce ophi dicitur. Colunt enim serpentes dicentes ipsum in paradysum induxisse virtutis cognitionem. Valentiniani a valentino quodam platónico sectatore vocati, qui Conas id est secula quædam in originem dei creatoris induxit. Christum quoque de virgine nihil corporis assumpsisse sed per eam quasi per fistulam transisse asseruit. Apellite quorum Apelles princeps fuit, qui creatorem angelum nescio quem gloriosum, superioris dei facies deum legis israel, illum igneum affirmans, Apellite quorum auctor apelles, qui dixit Christum non deum in veritate, sed hominem in fantasia apparuisse. Archonciaci a principibus appellantur, qui vniuersitatem quam deo condi-

dit opa esse archangelorum defēdūt. Adamiani vocati quod ad imitantur nuditatē. vnde & nudi orant, & nudi inter se mares femineque cōueniūt. Cainani pī de sic appellati quoniam cain adorāt. Sethiani nomē acceperunt a filio adā qui vocatus est seth, dicētes eū dem esse Christū. Melchisedechianivocati pro eo quod melchisedech sacerdotē dei nō hominem fuisse sē virtutē dei esse arbitrantur. Angelivocati, quia angelos colūt. Aplici hoc sibi nomen iō psumperunt quod nihil possidētes propriū nequaquam recipiāt eos qui a liquid in hoc mundo vtunt. Cerdoniani a cerdone quodā noiati, quia duo contraria principia asserit. Marcioniste a marcione stoico philosopho appellati, qui cerdonis dogma secutus alterū bonū, alterum iustū deū asseruit, tanquam duo principia creatoris & bonitatis. Atroterite ab oblatione vocati. Panā enī & caseum offerunt, dicentes primis hominibus oblationē a fructibus terre, & a fructibus ouium fuisse celebratā. Aquarij appellati, eo quod aquā solā offerūt in calice sacramenti. Seueriani a severo exorti, vinū non bibūt, vetus testamentū et resurrectionē non recipiunt. Taciani a taciono quodā vocati qui & encreatite dicti, quia carnes abominantur. Alogij vocantur, tanquam sine verbo. Logos enī gręce verbū dī. Deū eī verbū non credunt, respuantes iō annis euangeliū & apocalipsim. Catafrigis nomē puincia catafrigia dedit, quia ibi extiterūt auctores eorum mōtanus prisca & maximilla fuerunt. Hi aduentū sancti spūs, nō apostolice sed i se traditū asserūt. Catharoe propter mundiciā ita se nominauerūt. Gloriātes enī de suis meritis negāt poenitentibus veniā peccatorum. Viduas si nupserint tanquam adulteras dānant. Mūdiores se ceteris predicant. Qui nomen suū si cognoscere vellent, mūdianos se potius quam mūdicos vocarēt. Pauliani a paulo samosateno exorti sunt, qui dixit nō semper fuisse Christū sed a maria sūpisse initiū. Hermogeniani ab hermogene quodā vocati qui materiā non natā introducēs deo nō nato eā cōparauit, matrēque elementorum et deorum asseruit, quos apostolus improbat elementis seruientes. Manichei a quodā p̄sa extiterunt qui vocat⁹ est manes. Hic duas naturas & substācias introduxit. i. bonā & malā, & aīas ex deo quasi ex aliquo fonte manare asseruit, testamentū vetus respuit, nouū ex parte recepit. Canoniani. i. latine sine lege dicunt. Antropomorphite dicti pro eo quod simplicitate rustica deū habere hūana mēbra quā diuinis libris scripta sunt arbitrānt. Antropos enī gręce latine homo interpretatur. ignorātes vocē dñi qui ait. Spūs ē de⁹ Incorporeus est enī nec mēbris distinguit, nec corporis mole censeit. Heraclite ab auctore hēraclio exorti. Monachos tñ recipiūt, cōiugia respuūt, regna cęlorū paruulos habere nō credūt. Nouatiani a nouato romę vrbis presbytero exorti, qui aduersus corneliū cathedrā sacerdotale conatus inuadere heresim instituit, nolēs apostatas suscipere, & rebaptizās baptizatos. Mōtani heretici dicti, quod tem

pore persecutionis in mōtibus latuerunt, qua occasione se a catholice ecclie corpore diuiserūt. Ebionitæ ab ebione dicti, siue a paupertate. Christū eī pro puerctū solū verū iustū putant. effectū. Vñ cōpetenter ebionei pro paupertate intelligentiæ appellati sunt. Hi semi iudei sunt, & ita tenēt euangeliū vt legem carnaliter seruēt, aduersus quos ad galatas apostolus scribens inuenitur. Fotiniani a fotino gallogręcie syrmie ep̄o nuncupati, qui ebionatarū heresim suscitās asseruit Christū a maria pro iosephi nuptiali coitu fuisse cōceptū. Aeriani ab aerio quodā nūcupati sunt. Hi offerre sacrificiū pro defunctis spernunt. Ethiani ab ethio sunt vocati. Idēque eunomiani ab eunomio quodā dialectico ethii discipulo, ex cuius nomine magis innotuerūt. dissimilē patri asserentes filiū & filio spm̄ sanctū. Dicūt etiā nullum imputari peccatū in fide manentium. Origeniani ab origine auctore exorti sunt, dicētes quod nō possit filius videre patrē nec spūs sanctus filium. Animas quoque in mundi principio dicūt peccasse & pro diuersitate peccatorum e cęlis vsque ad terras lapsas diuersa corpora quasi vincula meruisse, eaque causa factū fuisse mundū. Noetiani a quodā noetio vocati qui dicebāt Christū eundē esse & patrē & spiritū sanctū, ipsamque trinitatē in officiorum nominibus non in personis accipiunt. Vñ & patripassianivocant, quia patrē passum dicat. Sabelliani ab eodē noetio pullulasse dicūtur, cuius discipulū perhibēt fuisse sabellianivocati sunt. Hivnā personā patris & filij & spiritus sancti astruunt. Arriani ab arrio alexandrino presbytero orti sunt, qui cōternū patri filiū non agnoscens, diuersas in trinitate substācias asseruit cōtra illud quod ait dñs. Ego & pater vnū sumus. Macedoniani a macedonio cōstantinopolitano ep̄iscopo dicti sunt, negātes deū esse spiritū sanctum. Apollinaristę ab apollinare vocati sūt, dicētes Christum corpus tñmō sine aīa suscepisse. Antidicomarite appellati sunt, pro eo quod Marię virginitati cōtra dicūt asserētes eā post Christū natā viro suo cōmixtā fuisse. Metagismonite ideo tale nomen acceperūt quia angios gręce vas dī. Asserunt enī sic esse in patre filiū tanquam vas minus intravas mai⁹. Patriciani a quodā patricio nūcupati sūt qui subāz hūanę carnis a diabolo cōditā dicunt. Coliuthiani a quodā coliuthio noiati qui dicūt deū nō facere malū contra illud quod scriptum est. Ego dñs creans mala. Floriani a florino qui ecōtrario dicūt deū creasse mala, cōtra id quod scriptum est. Fecit deus oīa bona. Donatistę a donato quodā afro nūcupati, qui numidiaveniens totā pene africā sua persuasione cepit, asserēs minorem patrē filiū & minorem filio spiritū sc̄tm̄. & rebaptizās catholicos. Bonosiani a bonoso quodā ep̄o exorti, pdūtur, qui Christū filium dei adoptiuū nō propriū asserunt. Circūcellioes dicti eo quod agrestes sunt, quos cotopitas vocant, iū predictę heresis habētes doctrinā. Hi amore mar

tyrij semetipfos perimunt. vt violenter de hac vita discedentes martyres nominant. Priscilianitæ a priscilino vocati. qui in hispania ex errore gnostico rû & manicheorû pmixtum dogma cõposuit. Luciferiani a lucifero syrmię eþo exorti qui eþos catholicos qui cõstãtii psecutiõne perfidię arrianoruz cõsentiẽtes erãt & postea correpti, redire in catholicã delegerunt, dãnantes siue quod crediderãt, siue quod se credidisse simularent, quos ecclesia catholica materno recipit sinu tanq̃ petrũ post fletũ negatiõis. Hanc illi matris charitatẽ supbe accipiẽtes, eosq; recipere nolẽtes a cõione recesserunt. & cũ ipso lucifero auctore suo qui mane oriebat̃ cadere meruerunt. Iouinianistę a iouiniano quodam monacho dicti, asserentes nullã nuptiarũ & virginũ esse distãtiã nullũq; inter abstinẽtes, & simplici ter epulãtes esse discrimẽ. Eluidiani ab eluidio nominati, qui dicunt post natũ Christum alios mariã filios de viro ioseph peperisse. Paterniani a paterno quodã exorti, qui inferiores corporis partes a diabolo factas opinant̃. Arabici nuncupati eo q̃ in arabia exorti sunt. dicẽtes aiam cũ corpore mori atq; in nouissimo vtrũq; resurgere. Tertulianistę dicti a tertuliano presbytero africanę prouincię ciuitatis carthaginẽsis, aiam imortalẽ eẽ, s; corpore am p̃dicãtes, & aias hoim pctõrũ post mortẽ in dãmões verti putãtes. Tesserese decaditę dicti qd̃. xiiii. luna pascha cũ iudeis obseruãdũ cõtendũt. Nam tesserẽs quatuor deca decẽ significat. Nyctages a somno nuncupati, q̃ vigilias noctis respuant, superstitionẽ esse dicente s, iura temerari diuina qui noctẽ ad requiem tribuit. Pelagiani a pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitriũ diuinę gratię anteponũt, dicẽtes sufficere voluntatẽ ad iplenda iussa diuina. Nestoriani a nestorio constantinopolitano eþo nuncupati, quia beatã virginẽ Mariã non dei, sed hois tm̃mõ asseruit genitricẽ, vt aliam psonã carnis, aliam faceret deitatis, nec vnũ Christũ in verbo dei & carne credidit sed sepatim atq; seiũtũ alterũ filium dei, alterum filium hoim p̃dicauit. Euticiani dicti ab eutice cõstãtinopolitano abbate, qui Christum post humanã assumptionem negauit existere in duabus naturis. Sed solam in eo asseruit diuinã naturã esse. Acephali dicti. i. sine quẽ sequunt̃ heretici, Nullus enĩ eorũ reperitur auctor a quo exorti sint. Hi trium chalcedonẽsiuz capitulorũ ipugnatores duorum in Christo substantiarum pprietatẽ negant, & vnã in eius psonã naturã p̃dicant. Theodosiani & gaianitę appellati a theodosio & gaiano, qui tẽporib; iustiniani principis in alexandria populi pueri electione vno die sunt ordinati eþi. Hi errores euticetis & dioscori sequẽtes chalcedonẽse cõcilium respunt ex duabus vnã in Christo naturã asserunt, quam theodosiani corruptã gaianitę incorruptã esse contendunt. Gnoitę et tritoitã a theodosianis exorti sunt. ex quib; gnoitę ab ignorantia dicti quia per-

uersitate a qua exorti sunt id adiiciunt. q̃ Christi diuinitas ignoret futura q̃ sunt scripta de die & hora nouissima, nõ recordãtes Christi psonã in esaia loquẽtis, dies iudicij in corde meo. Tritoitę vero vocati q̃ sicut tres psonas in trinitate, ita quoq; tres astruunt deos eẽ, cõtra illud scriptuz est. Audi israel dñs de; tu; deus vnus est. Sunt & alię hereses sine auctore & sine noibus ex quib; alię triformẽ putãt deum esse, alię Christi diuinitatem passibilem dicunt, aliã Christi de patre natiuitati initium tẽporis dant, aliã liberationẽ hoim apud inferos factã Christi descẽsione nõ credunt, aliã aiam imaginẽ dei negant, aliã aias cõuerti in demones & in quẽcunq; aialia existimant, aliã de mundi statu distẽtunt, alię innumerabiles mundos opinant̃, aliã a quam deo cõternã faciunt, alię nudis pedibus ambulant, aliã cum hoibus non manducant. Hæ sunt hereses aduersus catholicã fidẽ exortę & ab apostolis & sc̃tis patrib; vel cõcilijs p̃damnatę quẽ dum in se multis erroribus diuisę, inuicẽ sibi dissentiunt cõi tm̃ noie aduersus ecclesiam dei cõspirant. Sed & quicunq; aliter scripturã sanctã intelligit, q̃ sensus spiritus sancti flagitata quo conscripta est, licet de ecclesia nõ recesserit tamen hereticus appellari potest.

¶ De philosophis gentium.

Cap. vi.



Philosophi græca appellatiõe vocantur qui latine amatores sapiẽtię interpretant̃. Est enĩ philosophus q̃ diuinã & humanarum rerum scientiam habet. & oẽm bene viuẽdi tramitẽ tenet. Nomẽ philosophorum primum a pythagora ferẽ exortum. Nã dum antea græci veteres sophistas. i. sapiẽtes aut doctores sapiẽtiẽ & semetipos iactantius noiarent, iste interrogatus quid p̃fiteret̃, verẽcũdo noie philosophũ i. amatore sapiẽtię se eẽ rñdit, qm̃ sapientẽ profiteri arrogantissimum videbat̃. Ita deinceps posteris placuit. vt quantalibet de rebus ad sapientiam p̃tinentibus doctrina quisq; vel sibi vel alijs videretur excellere, nõ nisi philosophus vocaretur. Idem aut philosophi triplici genere diuiduntur. Nã aut phisici, sũt aut ethici, aut logici. Phisici dicti quia de naturis tractant. Natura quippe physis græce vocatur. Ethici quia de moribus disputant. Mos enim apud græcos ethis appellatur. Logici autẽ quia in naturis et morib; rationẽ adiungunt. Rõ ei græce logos dẽ. Diuisi sunt autẽ & hi in heresib; suis, habẽtes quidẽ noia ex auctorib;. vt platonici epicurei, pythagorici, alij a locis cõuenticulorũ et stationum suarum, vt peripatetici. stoici, achademici. Platonici a platone philosopho dicti. Hi enĩ aiarum creatorem esse deum, corporum angelos asserunt, et post multos annorum circulos in diuersa corpa redire aias dicunt. Stoici a loco dicti. Porticus enĩ fuit athenis, quam p̃sianactia appellabant. In qua picta erant gesta sapientium atq; viro

rum fortiū historia. In hac porticu sapientes philo-
sophabantur, ex qua & stoici dicti sunt. Græce enī
porticus stoa dī. Hanc sectā primus zeno instituit.
Hi negāt sine virtute effici quēq; beatum. Oē pec-
catū vniforme esse asserūt dicentes sic, ille nocens
erit qui paleas furatus fuerit q; qui aurū. qui mer-
gū occiderit q; qui equū. Nō enī aīal crimen sed a-
nimus facit. Hi etiā aīam cum corpore perire di-
cunt. Aīam quoq; virtutē cōtinentiæ esse negant,
affectant gloriā æternā cū se fateantur non esse
æternos. Achademici appellati a villa platonis a-
chademia athenarū vbi idē plato docebat. Hi om-
nia incerta opinātur. Sed sicut fatendū est, multa ī
certa & occulta eē q; voluit deus excedere hoīs ītel-
ligentiā, sic tā plurima esse quę possint & sens⁹ pe-
netratione cōprehendi. Hāc sectā archesilaus cy-
renaicus philosoph⁹ repperit, cui⁹ sectator fuit de-
mocrates, qui dixit tanq; in puteo alto, ita vt fund⁹
nullus sit, ita ī occulto iacere veritatē. Peripateti-
ci a deambulatiōe dicti eo q; Aristoteles auctor eo-
rū deābulans disputare solitus esset. Hi dicūt quā-
dam particulā aīæ esse æternā, de reliquo magna
ex pte esse mortalē, Cinici ab imundicia īpudētiæ
nūcupati. Cōtra humanam enī verecundiam ī pro-
patulo coire cū cōiugibus eis mos erat, censentes
licitū honestūq; esse palā cū vxoribus cōcumbere
quia cōiugiū iustū est, publice id prædicantes agē-
dū eē, vt canēs in vicis vel plateis. Vñ & a canibus
quorū vitam imitabant etiā vocabulū nomēq; tra-
xerūt. Epicurei dicti ab Epicuro quodam philoso-
pho amatore vanitatis nō sapiētiae. quē etiam ipi
philosophi porcū noīauerūt, quasi volutās in ceno
carnalē voluptatē corporis summū bonum asserēs
qui etiā dixit nulla pudentia diuina instructū eē
aut regi mundū sed originē rerū atomis. i. īseca-
bilib⁹ ac solidis corporib⁹ assignauit, quorum for-
tuitis cōursionib⁹ vniuersa nascant⁹ & nata sint.
Asserunt autē deū nihil agere oīa cōstare corpori-
bus, aīam nihil aliud eē q; corpus. Vnde & dixit. nō
ero postea q; mortuus fuero. Gymnosophistæ nu-
di per opacas indię solitudines phibentur philoso-
phari, adhibētes tm genitalibus tegmina Gymno-
ei ex eo dictū est, q; iuuenes nudī exercerentur in
campo, vbi pudēda sola tantū operiunt, Hi & a ge-
nerando se cohibent, Theologi autē idē sunt qui &
physici. Dicti autē tgeologi qm in scripturis suis de
deo dixerunt, quorū varia cōstat opinio quid deus
esset, dū quærent. Quidam ei corporeo sēsu hūc
mundū visibilē ex quatuor elemētis, deū eē dixerūt
vt Dionysius stoicus. Alij vero spiritaliter intellexe-
rūt mentē eē deum, vt Thales milesius. Quidam
aīam in oībus cōmanentem & lucidū vt pythago-
ras. Quidam deū sine tēpore incōmutabilē, vt pla-
to. Quidam mentē solutam vt Cice ro. Quidam &
spī & mentem, vt Varro. Inuentuz enī solū modo
deū nō vt inuenerunt exposuerunt, quia euauerūt
in cogitatioib⁹ suis. Dicentes enī se eē sapiētes stul-

ti facti sunt. Itē platonici quidem deum curatores
& arbitrū & iudicem asserunt. Epicurei ociosuz &
inexercitatū. De mūdo autē platonici affirmant in
corporalē stoici corporalē. Epicurus atomis, py-
thagoras ex numeris, heraclitus ex igne, vñ & Var-
ro ignē mūdi aim dicit, p inde q; ī mūdo ignis om-
nia gubernet, sicut animus in nobis, q; vanissime,
qui cum est inquit in nobis, ipi fumus, cum exit e-
morimur. Ergo & ignis cū de mundo per fulgura
proficiscitur, mūdos emorif. Hi philosophorū er-
rores etiam apud ecclesiā iduxerunt hereses. In-
de æonas & formæ, nescio quę inde apud arriū tri-
nitas noīs, & apud valētīnū platonici furor. Inde
marcionis deus melior de tranquillitate, a stoicis
enī uenē rat. & vt aīa interire dicatur, epicurus ob-
seruaī, & vt carnis resurrectio negeī. de vana oīm
philosophorū schola sumif, & vbi materia cū deo
equatur Zenonis disciplina ē, & vbi quid de igneo
deo legif. heraclit⁹ iteruenit. Eadē materia apud
hereticos & philosophos volutatur, idem et tra-
ctatus implicantur.

¶ De poetis.

Cap. vii.

Poetæ inde sunt dicti, sicut ait tranquillus
Cū primum homines exuta feritate rō-
nē vitæ habere cæpissent, seq; ac deos
suos nosse, cultū modicum ac sermonē
necessariuz cōmēti sibi vtriusq; magni-
ficentiam ad religionē deorum suorum excogita-
uerunt. Igif vt tēpla illis domib⁹ pulchriora & simu-
lachra corporib⁹ ampliora faciebant, ita eloquio
etiam quasi augustiore honorandos putauerunt,
laudesq; eorum & verbis illustrioribus & iocundio-
ribus numeris extulerunt. Id gen⁹ quia forma qua-
dam efficiī, quæ poetes dicitur, poema vocitatum
est, eiusq; fictores poetæ, Vates a vi mentis appel-
latos Varro auctor est, vel a viendis carminibus,
id est flectēdis, hoc est modulandis, & proinde poe-
tæ latine vates, oli scripra eorum vaticinia dicebā-
tur, q; vi quadā & quasi vesania ī scribendo cōmo-
uerētur vel q; modis verba cōnecterent, viere⁹ enī
ātiq; pro vicire ponentibus, etiā p furorē diuini eo-
dē erāt noīe, quia & ipi quoq; pleraq; versib⁹ effe-
rebāt. Lyrici poetæ dicti a potu lyrin. i. a varieta-
te carminum. Vñ & lyra dētā. Tragedi dētī q; īni-
tio canētibus p mium erat hircus, quē græci tragos
vocāt. Vñ & Orati⁹. Carmie q; tragico vilē certa-
uit ob hircum. Iā dehīc sequentes tragici multum
honorem adepti sunt, excellētes ī argumētis fabu-
larū ad veritatis imaginem fictis. Comædi appel-
lati siue a loco quia circapagos agebāt, quos græ-
cicomas vocāt, siue a cōmessatiōe. Solebāt enī p⁹
cibus hoīes ad eos audiendos venire. Sz comici pti-
uatorum hoīm p dīcāt acta, tragicivero res publi-
cas & regum historias. Itē tragicorum argumēta
ex rebus luctuosis sunt, comicorum ex rebus lētis
Duo sunt autē genera comicorū. i. veteres et noui.
Veteres q; et ioco ridiculares extiterunt vt Plaut⁹

actius & Terentius. Noui qui et satyrici a quibus generaliter vicia carpuntur, ut Flaccus, Persius, Iuuenalis & alij. Hi enim uniuersorum delicta corripiunt, nec vitabant eis pessimum quemque describere, nec cuiuslibet peccata moresque reprehendere. Vnde & nudum pingunt eo quod per eos vicia singula denudant. Satyrici autem dicti, siue quod pleni sint omnium facundia siue a saturitate & copia. De pluribus enim simul rebus loquuntur, seu ab illa laece quemque diuersis frugibus vel pomorum generibus ad templa gentilium solebat deferri, aut a satyris nomen tractum, qui multa habent ea quae per violentiam dicuntur. Quidam autem poetarum theologi dicti sunt, quoniam de diis carmina faciebant. Officium autem poetarum in eo est ut ea quae vere gesta sunt, in alias species obliquis figuratibus cum decore aliquo conuersa transducant. Vnde & Lucanus ideo in numero poetarum non ponitur quia videtur historias composuisse non poema. Apud poetas autem tres characteres esse dicendi, unum in quo tantum poeta loquitur, ut est in libris Virgilij georgicorum alium dramaticum in quo nusquam poeta loquitur, ut est in comedijs et tragedijs. Tertium mixtum, ut est in eneide. Nam poeta illic & introductarum personarum loquuntur.

¶ De sibyllis.

Cap. viii.

Sibylle generaliter dicitur omnes foemine vates lingua graeca. Nam syos eloico sermone Deus belen graeci mentem nuncupant quasi deum mentem. Promde igitur quia diuinam voluntatem hominibus interpretari solebant, sibylle noiae sunt. Sicut enim omnis vir prophetans vel vates dicitur vel propheta, ita omnis foemina prophetans sibylla vocatur. Quod nomen ex officio non ex proprietate vocabuli est. Decem autem sibylle a doctissimis auctoribus fuisse traduntur. Quarum prima de phis fuit. Secunda libyca. Tertia delphica, in templo apollinis delphi genita, quae ante troiana bella vaticinata est, cuius plurimos versus operi suo homerus inseruit. Quarta cimmerica in italia. Quinta erythrea nomine eriphyla, in babilone orta, quemque graecis illius petentibus vaticinata est, peritura esse troiam & homerum mendacia scripturum. Dicta autem erythrea quia in eadem insula eius iueta sunt carmina. Sexta samia quemque phemonoe dicta est a famosa insula, vnde fuit cognominata. Septima cumana nomine amalthea quemque nouem libros attulit Tarquinio prisco in quibus erant decreta romana conscripta. Ipsa est et cymea, de qua Virgilius. Vltima cyme uenit in carminis etas. Dicta autem cumana a ciuitate cumas, quemque est in campania, cuius sepulchrum in sicilia adhuc manet. Octaua hellepontia in agro troiano nata quemque scribitur Solonis & Cyri fuisse temporibus. nona phrygia quemque vaticinata est ancyre. Decima tyburina nomine albunea. Quarum omnium carmina effertur, in quibus de deo et de Christo et de gentibus multa scripsisse manifestissime comprobatur. Celebrior autem inter ceteras ac nobilior erythrea perhibetur.

¶ De magis.

Cap. ix.

Magorum primus zoroastes rex bactrianorum quem Ninus rex assyriorum proelio interfecit

de quo Aristoteles scribit quod vices centum milia versuum ab ipso condita indicibus voluminum eius declarantur. Hanc artem multa post saecula Democritus ampliauit quando & hypocrates medicinae disciplina effloruit. Apud assyrios autem magice artes copiosae sunt testate Lucano. Quis noscere fibra facta queat, quis perdat aues quis fulgura caeli seruet & assyria scutetur sidera cura. Itaque haec vanitas magicae artium, ex traditione angelorum malorum in toto terrarum orbe plurimis saeculis valuit, et per quamdam scientiam futurorum et infernorum & inuocationes eorum inuenta sunt auspicia / augurationes, et ipsa quemque dicuntur oracula & necromantia. Nec mirum de magorum prestigijs, quorum intantum prodire maleficorum artes, ut etiam moysi simillimis signis resisterent vertentes virgas in dracones, aquas in sanguinem. Fertur et quedam maga famosissima Circe quae socios Ulixis mutauit in bestias. Legitur et de sacrificio quod Archades deo suo lyceo immolabat, ex quo quicumque sumeret, in bestiarum formas conuertebatur. Hic apparet non esse in totum dubium quod nobilis ille poeta scripsit de quadam foemina, quae magicis artibus excellebat. Hec inquit se carminibus promittit soluere mentes. Quas velit aut alijs duras immittere curas. Sistere aquam fluuijs & vertere sidera retro. Nocturnosque ciet manes, mugire videbis sub pedibus terram, & descendere motibus hornos. Quid plura! Si credere fas est de phitonissa ut prophetarum samuelis animam de inferni additis euocaret, et viro presentaret conspectibus. si tamen aiam prophetarum fuisse credamus et non aliquam fantasticam illusionem sathanae fallacia factam. Prudentius quoque de mercurio sic ait. Traditur hic extinctas sumpto modamine virge. In lucem reuocasse aias, Aut alios dannasse neci. Et post paululum adiecit. Murre naz magico tenues excire figuras. Atque sepulchras scire icantare fauillas. Vita itidem spoliare alios ars noxia nouit. Magi sunt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi et elementa concutunt, turbant mentes hominum, ac sine villo veneni haustu violentia tantum carminis interimunt, vnde & Lucanus. Mens hausti nulla sanie pollutave neni incantata perit. Demonibus enim accitis audet ventilare, ut quisque suos perimat malis artibus inimicos. Hi etiam sanguine vtuntur & victimis, et sepe contingunt corpora mortuorum. Necromantia sunt quorum peccationibus videtur resuscitati mortui diuinare & ad interrogata respondere. Necro ei graece mortuus, mantia diuinatio nuncupatur, ad quos suscitandos cadaueri sanguis adicitur. Naz amare demones sanguinem dicunt. Ideoque quoties necromantia fit, cruor aqua miscetur colore sanguinis facilius puocentur, Hydromantia ab aqua dicti. Est ei hydromantia in aquae inspectione umbras daemonum euocare, & imagines vel ludificationes eorum videre, ibique aliqua ab eis audire, vbi adhibito sanguine etiam inferos prohibentur suscitari. Quod genus diui

nationis a persis dī alatū. Varro dicit diuinatiōis quatuor eē gñā, terrā / aquā / aerē / & ignē. Hic geomentia / hydromantiā / aeromantiā / piromantiā dictā cōstat, diuini dicti, quasi deo pleni. Diuinitate ei se plenos esse simulāt, & astutia quadā fraudulētia hoibus futura cōiectāt. Duo sūt autē gñadiuinatiōis, ars & furor. Incātatores dicti sunt qui artem verbis peragūt. Ariolivocati, ppter quod circa aras idolorū nefarias preces emittūt & funesta sacrificia offerūt, hisq; celebritatibus dæmonū respōsa accipiunt. Aruspices nuncupati quasi horarū inspectores, Dies eī & horas in agēdis negociis operibusq; custodiunt, & quid per singula tēpora obseruare debeat hō intēdunt. Hi etiā exta pecudū inspiciunt, & ex eis futura prēdicunt. Augures vero sunt qui volatū auiū & voces intendūt, aliaq; signa rerū vel obseruatiōes iprouisas hoīb⁹ occurrētes. Idē & auspices. Nā auspicia sunt quę iter faciētes obseruāt. Dicta sūt autē auspicia quasi auiū auspicia, & auguria quasi auiū garrā, hoc est auiū voces & linguas. Item auguriū quasi auigeriū qđ aues gerūt. Duo sunt autē gñā auspiciōrum, vnum ad oculos, alterū ad aures ptinens. Ad oculos, s. volatus, ad aures vox auiū. Phytōnes a phytio apollīni dicti, qđ is auctor fuerit diuinādi. Astrologi dicti eo qđ in astris augurātur. Genediaci appellati propter nataliū cōsideratiōē dierū Geneses enī hoiminū p duodecī cęli signa scribunt, syderūq; cursu nascētū mores actus & euētus prēdicare conātur. quis quali signo fuerit natus, aut quē effectū habeat vitę qui nascit. Hi sunt qui vulgo mathematici vocātur, cui⁹ supstitutionis genus cōstellatiōes latinocāt, idē notatiōes syderū, quomō se habet cū quisq; nascit, Primū autē idē stellarum interpretes magi nūcupabātur, sicut de his legi qui in euāgelio natū Christū annūciauerūt. postea hoc noīe soli mathematici. Cuius artis sciētiavsq; ad euāgelium fuit cōcessa, vt Christo edito nemo exinde natiuitatē alicuius de cęlo interpretaret. Horoscopi dicti, qđ horas natiuitatis hoīm speculātur dissimili & diuerso fatu. Sortilegi sūt, qui sub noīa fictę religionis per quasdā quas sanctorū sortes vocāt, diuinatiōis sciētiā profitent, aut quarūcūq; scripturarū inspectiōe futura pmittunt. Salifatores vocati sūt qđ dū eis mēbrorū quęcūq; partes salierit, aliqd sibi exinde pspērū seu triste significare prēdicunt. Ad hęc autē oīa ptinent & ligare execrabilū remediōrūq; ars medicorū cōdēnat, siue in pccatiōib⁹ siue i characteribus vel in qbuscunq; rebus suspēdis atq; ligādis, in quib⁹ oībus ars dæmonū est ex quadā pestifera societate hoīm et langelōrū malorū exorta. Vñ cuncta vitāda sunt a Christiano & oīpenit⁹ execratiōe repudiāda atq; dānāda. Auguria autē auiū, phryges primū iuenerunt. Pristigiū vero mercurius primus dē iuenisse. Dictū autē pstigiū qđ ptingat aciē ocalorū. Aruspiciē artē primus etruscis tradidisse dē quidā sages, hic ex horis aru-

spicine dictauit, & postea nō apparuit. Nā dē fabulose arāte quodā rustico subito hūc ex glebis exiisse & aruspiciā dictasse qua die & mortuus est Quos libros romani ex etrusca lingua in propriam mutauerunt.

¶ De paganis

Cap. x.



Agani ex pagis atheniēsū dicti vbi exorti sunt, ibi eī in locis agrestib⁹ ex pagis gētiles lucos idolaq; statuerūt, & tali initio vocabulū pagani sortiti sunt. Gētiles sunt qui sine lege sunt & nōdū crediderunt. Dicti autē gētiles quia ita sunt vt fuerunt geniti, i. sicuti i carne descēderunt sub peccato, id est idolis seruiētes & nedū regenerati. Proinde gētiles primitus nuncupāt, ipi dicuntur gręce ethnici. Ethnici enī ex gręco i latinū interpretāt gētiles. Ethnos enī gręce gēs dē. Post fidē autē nō debere vocari gētes siue gētiles eos qui ex gentibus credunt, sicut post fidē dici iā nō potest iude⁹, testāte apostolo, & dicēte iā Christianis. Qm cū gentes essetis, hoc est infideles. Apostatę dñr qui post baptismum Christi susceptum ad idolorum cultum & sacrificiorum contaminationes reuertuntur. Est autem nomen gręcum.

¶ De diis gentium.

Cap. xi.



Vos autē pagani deos asserunt, hoīes oli fuisse pdunt, & p vniuscuiusq; vita vel merito coli apud suos post mortem cœperunt, vt apud egyptum isis, apud cretā iouis, apud mauros iuba, apđ latinos faunus, apud romanos quirin⁹ Eodez quoq; mō apud athenas minerua, apud samū iuno, apđ paphū ven⁹, apud lenos vulcan⁹, apud naxos liber apud delos apollo, in quorū etiā laudib⁹ accesserunt et poetę, et cōpositis carminib⁹ i cęlū eos sustulerunt. Nā quorundā adiuētiōes artium cultuz peperisse dicuntur, vt esculapio medicina, vulcano fabrica. Ab actibus autē vocāt, vt mercurius qđ mercibus p̄est, liber a libertate. Fuerunt etiā et quidā viri fortes aut vrbium cōditores, quib⁹ mortuis hoīes qeos dilexerunt, simulacra sinxerunt vt haberent aliquod ex imaginum cōtēplatiōe solatiū, s; paulatī hunc errorē psuadētibus demonibus ita in posteris cōstat irrepisse, vt quos illi pro sola noīs memoria honorauerunt, successores deos existimarēt atq; colerēt, Simulacrorum vsus exortus est, cum ex desyderio mortuorum cōstitueretur imagines vel effigies tāq; i cęlū receptis, pro quibus se i terris dēmones colēdi supposuerunt, & sibi sacrificari a deceptis & pditis psuaserunt. Simulachra autē a similitudine nuncupata eo qđ manu artificis ex lapide aliaue materia eorum vultus imitāt. i. quorum honore fingunt. Ergo simulachrav p eo qđ sunt similia, vel pro eo qđ simulata atq; cōficta, vñ & falsa sunt. Et notādū qđ latinus sermo sit & nō hebreus. Apud eos, n. idolum siue simulachrum semel dē, iudei dicunt qđ ismael prim⁹ simu-

lacrū luto fecerit. Gētiles aut̄ primū p̄methenz si mulacra hoīm de luto finxisse phibēt, ab eoq; nat̄ eē artē simulacra & stutuas fingēdi. Vñ & poetę ab eo hoies primū factos eē cōfingūt figurate, p̄ pter effigies. Apud grēcos aut̄ cecrops, sub quo primū i arce oliua orta ē. & atheniēs iū vrb̄s ex miner uę appellatiōe nomē sortita ē. Hic prim⁹ oīm iouē appellauit, simulachra repperit, ars statuit, victimas imolauit, neq; istiusmōi reb⁹ grēcia vnq; visis Idolatria idoloz seruit⁹ siue cultura iterpretatur. Nā latria grēce, latine seruit⁹ dī. q̄ quātū ad veraz religionē attinet, nō nisi vni et soli deo debet. Hāc sicut ipia supbia siue hoīm siue demonū sibi exi-beri vel iubet vel cupit, ita pia hūilitas vel hoīm v̄l angeloz sanctorz sibi oblatā recusat & cui debet ostendit. Idolū aut̄ est simulacrū quod hūana effigie factū & cōsecratū ē iuxta vocabuli iterpretatiōne. idos ei grēce formā sonat & ab eo p̄ diminutiōne idolū deductū, eque apud nos formulā facit. igitur oīs forma vel formula idolū se dici exposcit. in de idolatria oīs circa oē idolū famulat⁹ & seruitus. Quidā vero latini ignorātes grēce iperite dicunt idolū ex dolo sūpsisse nomē, quo diabol⁹ creaturæ cultū diuini noīs iuexit. Demones a grēcis dictos aut̄, quasi *Δαίμονας*. i. peritos ac rerū p̄scios p̄scitū ei futura multa. Vñ & solēt respōsa aliqua dare. inest enī illis cognitio rerū plus q̄ infirmitati hūanę p̄ti subtilioris sens⁹ acumie, p̄ti expentia lōgissime vite, p̄ti p̄ dei iussu angelica reuelatiōe. hi corporū aereorū natura vigēt. Ante trāsgressionē qdē celestia corpa gerebāt lapsi vero i aereā qualitātē cōuersi sunt, nec aeris illi⁹ puriora spacia, sed ista caliginosa tenere p̄missi sunt, q̄ eis q̄li carcer ē vsq; ad tēpus iudicij. Hi sunt p̄uaricatores angeli. quoz diabol⁹ p̄iceps ē. Diabol⁹ hebraice dī deorsum fluās. q̄a getus i celi culmie stare cōtēpsit, sed supbie pōdere deorsuz corruēs cecidit. Grēce vero diabolus criminator vocat⁹, vel q̄ crimina i q̄ ipse illic ad deū referat, vel quia electoz inocētiā criminib⁹ fictis accuset. Vñ & i apocalypsi voce angelica dī. Proiect⁹ ē accusator fratrū nostroz q̄ accusabat illos i cōspectu dei n̄ri die ac nocte. Sathanas i latinū sonat aduersari⁹ siue trāsgressor. ipse ē ei aduersari⁹ qui ē veritatis inimicus. & sp̄ sc̄toz virtutib⁹ cōtraire nitit̄. ipse & trāsgressor q̄a p̄uaricator effectus, i veritate q̄ cōdit⁹ ē nō stetit. idē & tētor, q̄a tētandā iustoz inocētiā postulat, sicut i iob scribit̄. Antichristus appellat⁹, q̄a cōtra Christū vēturus ē, nō quōmō qdā simplices itelligūt / antichristū iō dictū q̄ añ Christū vētur⁹ sit. i. post eū veniat xp̄s. Nō sic s̄z antichristus grēce dī quod est latine cōtrari⁹ Christo. Anti enī grēce i latinū cōtra figīficat Christū ei se mētief̄ dū uenerit & cōtra eū dimicabit & aduersabit̄ sacramētis Christi vt veritatis eius euāgeliiū soluat. Nā & tēplū hierosolymis reparare & oēs veteris legis cerimonias restaurare tētabit. S̄z & ille antixps ē qui negat eē dñm Christū

Cōtrari⁹ ei Christo ē. Oēs ei q̄ exeūt de ecclesia / & ab vnitae fidei p̄cidunt & ipsi antixpi sunt. Bel idolū babiloniū ē. quod iterptať ver⁹. Fuit enī hic belus pater nini prim⁹ rex assyriorū quē quidā saturnū appellāt / quod nomē & apud assyrios & apud afros postea cultū ē. Vñ & lingua punica Bal deus dī. Apud assyrios aut̄ bel vocat⁹ quadā sacrorū suoz rōe / et saturn⁹ et sol. Beelphegor iterptať simulachrū ignominie, idolū ei fuit moab cognomēto Baal sup̄ mōtē phogor quē latini priapū vocāt deū hortoz. Fuit autē de lapsa eo ciuitate hellespōti de qua pulsus ē & p̄pter virilis mēbri magnitudinē i numerum deoz suoz eū grāci trāstulerunt & i noie sacrauerūt hortoz. Vñ & dī p̄resse hortis p̄pter eoz fecunditatē. Beelzebub idoluz fuit accaron, quod iterptať vir muscaz. zebub enī musca vocat⁹. Spurcissimuz igī idoluz / iō vir muscaz vocat⁹ / p̄pter sordes idolatrię siue p̄pter imundiciā. Belial sine iugo. Belial hebraice bel dī idolū niniuitaz. Behemoth ex hebraea voce i latinā liguā aīal sonat / p̄pter q̄ de excelsis ad terrenā cecidit / & p̄ merito suo vt aīal brutuz effectus sit. ipse ē & leuiathan. i. serpens de aquis / quia i hui⁹ seculi marivolubili versat̄ astutia. Leuiathan autē iterptať adimētuz eoruz quorum. s. nisi hoīm qb⁹ i paradiso semel p̄ culpā p̄uaricatiōis itulit mortez & hāc vsq; ad eternā mortē quotidie psuadēdo adijcit vel extēdit. Q̄ uedā aut̄ noīa deorū suorum gētiles p̄uanas fabulas ad rōes physicas conant̄ traducere. eaq; i causis elemētoruz cōposita eē iterptant̄. s̄z hoc a poetis totuz fictuz est / vt deos suos ornat̄ aliqb⁹ figuris quos p̄ditos ac dedecoris infamia plenos fuisse hiltoriae cōstit̄. Omnino enim fingēdi locus vacat vbi veritas cessat. Saturn⁹ origo deoruz & toti⁹ posteritatis a paganis designat̄ Hunc latini a satu appellatum ferunt. quasi ad ipsum satio oīm p̄tineat rerum. vel a tēporis lōgitudine q̄ saturetur annis. Vñ et eum grēci cronosno mē habere dicunt. i. tēpus / q̄ filios suos ferē deo raffe / hoc ē annos quos tēpus p̄duxerit i se reuoluerit / vel eo q̄ semi a vñ oriuntur iterum redeunt. Hunc celi patris absidisse genitalia dicunt / q̄a nihil i celo de seminib⁹ nascitur. Falcē tenet igunt p̄pter agriculturā significādā vel p̄pter tēpora & annos q̄ i se redeāt. vel p̄pter sapiētīā q̄ it⁹ acuta sit in aliqb⁹ autē ciuitatib⁹ saturno liberos suos gentiles imolabāt / q̄ saturnuz poetę liberos suos deo raffe solituz tradiderunt. iouis fertur a iuuādo dictus / & iuppiter q̄si iuuās p̄ / hoc ē oīb⁹ p̄stas. hunc & priuato titulo iouē optimuz dixerūt / duz fuisset i cestor i suis / ipudic⁹ i extraneis / quē mō tm̄ fingūt p̄pter europę raptuz / fuit ei i nauī cui⁹ i signe erat taur⁹, mō danaes p̄ibrē aureuz appetisse cōcubitus, vbi itelligitur pudicitīā mulieris ab auro fuisse corruptā, mō i similitudinē aqlę fuisse, p̄pter q̄ pueruz ad stupruz rapuerit / mō serpētē / q̄a reptauerit / et cygnuz q̄a cātauerit. Et iō nō figurę istæ

sunt, sed plane de veritate scelera. Vñ turpe erat tales deos credi, quales hoies eē nō debeāt. ianum dicunt quasi mundi vel cęli vel mensū ianuā. Duas iani facies faciūt propter orientem et occidentē. Cū vero faciūt eū quadrifrontē & ianū geminū appellāt, ad quatuor mūdi partes hoc referūt vel ad quatuor elemēta siue tpa. Sz dū hoc fingūt mō strū nō deū faciūt. Neptunū aquas mūdi p̄dicant & dictus ab eis neptunus quasi nube tonās. Vulcanū volūt ignē, & dictus vulcanus quasi volās cādor vel quasi volican⁹, q̄ p̄ aerem volet. ignis ei de nubib⁹ nascit vñ etiā homer⁹ dicit eū p̄cipitatū de aere i terras q̄ oē fulmē de aere cadit. iccirco autem vulcanus de femore iunonis fingit nat⁹ q̄ fulmina de imo aere nascunt. Claudus aut̄ d̄rvulcan⁹, quia p̄ naturā nūq̄ ē rect⁹ ignis, sz quasi claud⁹, eiusmōi spēm motūq; habet. iō aut̄ i fabrorū fornace eundē vulcanū auctorē dicūt, qa sine igne nullū metalli genus fundi extēdiq; pōt. Plutō græce latine diespiter vel dis pater, quē alij orcū vocāt quasi receptorē mortū. Vñ & orca nūcupatur vas quod recipit aquas. ipse & græce charō. Liberuz a liberamento appellatū volūt. q̄ quasi mares i coeundo p̄ ei⁹ bñficiū emissis seminib⁹ liberent quod idē liber muliebri & delicato corpe pingit. Dicūt ei mulieres ei attributas, & vinū p̄pter excitādā libidinē. Vñ & frōs ei⁹ p̄pino cingitur, sed iō coronā vitreā & cornu habz, quia cū grate & moderate vinū bibitur, leticiā p̄stat, cū vltra modū, excitat lites. i. quasi cornua dat. idē aut̄ & lieus apo tu lyin. i. ab hac dissolutiōe, q̄ multo vino mēbra solvātur. iste & græce dionysius, a mōte indiq̄ nyso, vbi d̄r eē nutritus. Ceterū ē & nyssa ciuitas i qua colitur idez liber, vñ & nyseus dictus ē. Mercurius sermo interpretatur. Nā iō mercurius quasi medius currens dicitur appellat⁹ q̄ sermo currat iter hoies medi⁹ ideo & hermes græce q̄ sermo vel interpretatio quę ad sermonē vtq; p̄tinet hermenia d̄r. iō & mercib⁹ p̄esse, qa intervēdentes & emētes sermo sit medius. Qui iō fingitur habere pēnas, quia citius verba discurrūt, vñ & velox et errās inducitur. Alas ei⁹ i capite et in pedib⁹, significare volucrē fieri p̄ aera sermonē. Nūciū dictū, qm̄ p̄ sermonē oīa cogitata enunciātur. iō aut̄ hūc furti magistrū dicūt, qa sermo animos audiētū fallit. Virgā tenet qua serpētes diuidit. i. venena. Nā ballātes ac dissidētes interpretum oratiōe sedātur, vñ & secūdū Liviū, legati pacis caduceatores dicuntur. Sicut ei p̄ feriales bella indicebātur. ita pax p̄ caduceatores fiebat. Hermes aut̄ græce d̄r apo tes hermas, latine interpretatur q̄ ob virtutē multarūq; artū scientiā trimegistus. i. terminat⁹ noīatus est. Cur aut̄ eū capite canino fingunt, hęc rō d̄r, q̄ iter oīa aīalia canis sagacissimū genus & p̄spicax habeatur. Martē deū belli eē dicunt, & martē appellatū, quia p̄ viros pugnatur, vt sit mars quasi mas sz et tria sint genera cōsuetudinū sicut scytharū, vbi et fœminę et viri i pugnam

eunt. Amazonū, vbi solę fœminę. Romanorū aliarūq; gētū, vbi soli mares. itē martē dicūt, quasi effectorē mortū. Nā a marte mors nuncupatur. Vñ et adulterū dicūt quia belli geratib⁹ incertus ēq̄ vero nudo pectore stat, vt bello se q̄sq; si ne formidine cordis obiiciat. Mars aut̄ apud gręcos gradiu⁹ d̄r eo q̄ i bello gradū iferāt q̄ pugnāt, autq̄ impigre gradiātur. Apollinē quis diuinatōrē et medicū vel lent, ipz tñ solē etiā dixerūt, quasi solū ipm̄ titā q̄si vnū ex titānis q̄ aduersuziōe nō fecit. ipm̄ phebū quasi ephēbū, hoc ē adolescentē. Vnde et sol puer pigitur, eo q̄ quotidie oriatur et noua luce nascatur. Pythium quoq; eundē apollinē vocari aiunt. a pythone imēsę molis serpēte cui⁹ nō magis venena q̄ magnitudo terrebat. Hunc apollo sagittarum iactib⁹ sternēs/noīs quoq; spolia reportauit, vt pythius vocaretur. Vnde et ob hoc i signe victorię pythia sacra celebrāda cōstituit. Dianā quoq; sororē eius similiter lunā et viarum p̄sidē aiunt. Vnde et virgine eā volunt, q̄ via nihil pariat, et iō ābo sagittas habere finguntur, q̄ ipa duo sydera de cęlo radios vsq; ad terras emittunt. Dianā autē vocatā, quasi duanā. q̄ luna die ac nocte appareat. ipaz et lucinā asseuerāt, eo q̄ luceat. Eādē et triuiā eo q̄ trib⁹ figatur figuris. De qua virgili⁹, tria virginis ora dianę, qa eadē luna eadē diana et eadē p̄serpinavocatur. Sed cuz luna fingitur, sub lustrisplendet amictu, cum succicta facit calamos latonia virgo est cum subnixā sedet solio plutonia cōiunx. Latonia autē diana, eo q̄ latonis fuerit filia. Cererē. i. terrā a creādis frugib⁹ asserunt dictā, appellātes eā noībus plurimis. Dicunt etiā eā et opē, q̄ opere melior fiat terra. Proserpinā, q̄ ex ea proserpāt fruges Vestā q̄ herbis vel variis vestita sit reb⁹ vel avi sua stādo. Eādē et tellurē, et matrē magnā fingunt. turrītā cum tympano et gallo et strepitu cymbalorum. Matrē vocatā q̄ plurima pariat. magnā q̄ cibum gignat. almā quia vniversa aīalia fructib⁹ suis alit. Est ei alimētoruz nutritrix terra. q̄ simulacrū ei⁹ cum clau fingitur qa tellus hyeme clauditur vere aperitur. vt fruges nascātur. q̄ tympanum habet significare volunt orbē terrę q̄ curru velitur. d̄r qa ipsa ē terra q̄ pendet i aere. q̄ sustinetur rotis quia mundus rotatur et volubilis ē. q̄ leones illi subiacunt m̄ asuetos vt ostendāt nullum genus eē terrę tā ferum q̄ nō subigi possit aut supari ab ea. q̄ i capite turrītā gestat coronā ostēdit suppositas terrę ciuitates q̄si i signitas turrīb⁹ cōstrare. q̄ sedes finguntur circa eā quia cum oīa moueātur ipsam nō moueri. q̄ coribātes ei⁹ ministri cum strictis gladiis esse finguntur vt significetur oēs p̄ terra sua debere pugnare. q̄ gallos huic deæ vt seruirent fecerūt. significāt qui semie idigeāt terrā sequi oportere. in ea quippe oīa reperire / q̄ se apud eā iactāt / p̄cipitur inquirunt / vt qui terrā colunt / ne sedeāt / semper ei esse quod agāt. Cymbalorum aut̄ æreoruz sonit⁹ ferramentoz crepit⁹ i colendis agris. et iō grę

q̄ terrā antiqui colebant æte prius q̄ ferrum esset inuentū. Eandem vestam & ignem esse perhibent, quia terrā ignem habere non dubium est, vt ex etnā vulcanoq; datur intelligi. Et ideo virginē putāt, quia ignis inuolabile sit elementum. nihilq; nasci possit ex eo quippe qui oīa quę arripuerit assumat Ouidius ī fastis. Nec tu aliquid vestā q̄ viuam intellige flammā. Nataq; de flamma corpora nullavides. Propterea & virginē ei seruire dicunt, eoq; si cut ex virginē, ita nihil ex igne nascat. Iunonem dicunt quasi ianonē. i. ianua pro purgationib; feminārū, eo q; quasi portas matronarum pendat & naturas nubentiū maritis, sed hoc philoſophi Poetę autē iunonē iouis asserunt sororem et coniugem. Ignēz enī & aerem iouem, aquam et terram iunonem interpretantur. Quorū duorū p̄mixtio ē vniuersa gignuntur. Et sororē dicunt, q; mūdi pars ē. Cōiugem, q; comixta corda tundit. Vnde et Virgilius Tū pater oīpotens fecundit imbribus æther. Cōiugis in gremiū læte descendit. Minerua apud græcos arhena dī. i. femina. apud latinos autē minerua vocatam quasi deam, & munus artium variārū. Hanc enī inuentricē multorum ingeniorum perhibent, & inde eā artem & rationem interpretantur quia sine ratione nihil potest cōtineri. Quæ ratio quia ex solo aīo nascitur, animūq; esse in capite putant, & in cerebro, ideo eā dicunt de capite iouis esse natā, quia sensus sapientis qui inuenit oīa in capite est. In cuius pectore ideo caput gorgonis fingitur, q; illic est oīs prudentia quę confundit alios, & imperitos ac saxeos cōprobat, quod & in antiquis imperatorū statutis cernimus in medio pectore lorice propter iusinuandā sapientiā et virtutem. hęc miuerua & tritonia dicit. Triton enim africę palus est circa quā fertur virginali apparuisse etate, propter quod tritonia nuncupata est. Vñ & tanto procliuus dea credita est. minus origo eius innotuit. Pallas autē dicitur ab insula pallente in thracia in qua nutrita est, vel apo tu palleinto dory. i. ab haste cōcussione vel q; pallantē gygantam occiderit. Venerē exinde dicunt nuncupatā q; sine vi femina esse virgo non desinat. Hanc gręci aphroditivo cant, propter spumā sanguinis generantē. Aphros enī gręce spumavocatur, q; autē fingunt saturnum celo patri genitalia abscidisse, & sanguinē fluxisse in mari, atq; eo spumā maris concretavenus nata est, illud autē q; per coitum falsi humoris substantia est, et inde aphroditivenerem dici, q; coitus spuma est sanguinis, quę ex succo viscerum liquido falsoq; constat. Ideo autē venerem vulcani dicunt vxorē, qui auenerē officium non nisi calore consistit, vnde est. Frigidus invenerē senior, Nā q; saturnus dī celo patri virilia amputasse quę ī mare cadenti auenerē creauerūt ideo fingitur, quia nisi humor de celo in terrā descenderit, nihil creatur. Cupidinē vocatū ferunt propter amorem. Est enī de mon fornicationis. Qui ideo alatus pingitur, quia

nihil amantibus leuius; nihil mutabilius inuenitur. Puer pingitur quia stultus est et irrationalis amor. Sagittā & fascē tenere fingitur, sagittā quia amor cor vulnerat, fascē quia inflammat. Pan dicunt gręci, latini siluanū deum rusticorum quam in nature similitudinē formaerunt. Vnde & pan dictus est. ī omne. Fingunt enī eum ex vniuersali elementorū specie, Habet enī cornua in similitudinē radios solis & lunę. Distinctā maculis habet pellem, propter cęli sidera. Rubet eius facies, ad similitudinē ætheris. Fistulā septem calamorū gestat, propter harmoniam cęli in qua septem sunt soni & septem discrimia vocū. Villosus est quia tellus conuicta ē et agitur ventis. Pars eius inferior foeda est, propter arbores & feras & pecudes. Caprinas ungulas habet, vt soliditatē terre ostendat, quā volunt rerū et totius nature deum, vnde et pan quasi oīa dicunt. Isis lingua ægyptiorū terra appellatur, quia isis volunt esse, Fuit enī isis regina ægyptiorū inachi regis filia quę de gręcia veniens ægyptios litteras docuit, et terras colere instituit, propter quod & terrā eius nomine appellauerunt. Serapis omnium maximus ægyptiorū deus. Ipse est apis rex argiuorū qui nauibus trasuectus in ægyptū cū ibidē mortuus fuisset. serapis appellat; est propterea quia archa in qua mortuus ponitur, quā sarcophagū vocant, soros gręce dicitur, et ibi eum venerari, sepultū cœperunt prius q̄ templū eius esset instructū, velut soros. Sed apis sorapis primo, deinde vna littera cōmutata serapis dictus est. Apis fuit apud ægyptios taurus serapi consecratus et eo ita cognominatus, quā ægyptii instar numinis colebāt, eo q; de futuris da et quedā manifesta signa, apparebat enī in mēphis. Quę centū antillites prosequēbant et repēte velut lyphatici precinebant. Huius capitis imaginem sibi in heremovideri fecerunt. Hauri a fando velut apo tes phones dicit, q; a voce non signis ostendere viderentur futura. In lucis enī cōsulebantur a paganis, et responsa illis nō signis syvocibus dabant. Genium dicunt q; quasi vim habent omnium rerum gignendarum, seu a gigneredis liberis. Vnde et geniales lecti dicebantur a gētibus, qui nouo marito sternebātur. Hęc et alia sūt gentiliū fabulosa figmenta quę interpretata sic habentur vt ea non intellecta damnabiliter tamē adorant. Fatum autē dicunt esse quicquid dii fatur, quicquid iuppiter fatur. A fando igitur fatum dicunt. i. a loquendo. Quod nisi hoc nomen iam in alia re soleret intelligi quo corda hominum volumus inclinare, rationabiliter possemus a fando fatum appellare. Non enim abnuere possumus esse scriptum in literis sanctis semel locutus est deus, duo hæc audiui, et cetera quod enim dictum est, semel locutus est, intelligitur immobiliter, hoc est incommutabiliter est locutus, sicut nouit incommutabiliter omnia quę futura sunt et quę ipse facturusest. Tria autē fata fingūt ī colo, & fuso, digitisq; filah i.

ex lana torquentib⁹, propter tria tēpora, pręteritū quod infuso iam netū atq; inuolutū est, pręsēs, qđ inter digitos nentis traicitur, futurū in lana quę colo implicata est, & quod adhuc per digitos nētis ad fufum tanq̄ p̄is ad pręteritū traiciendum est. Parcas dicūt cata antiphrafin appellatas, q̄ mini me parcāt. Quastres esse voluerunt, vnā quę vitaz hoīs ordiatur, alterā quę cōtexat, tertiā quę rūpat Incipimus ei cū nascimur, fumus cum viuimus, de finimus cū interimus. Fortunā a fortuitis omē habere dicunt, quasi deā quādā res humanas diuersis casibus & fortuitis illudentē. Vñ et cœcā appellant, eo q̄ passim in quoslibet incurres sine villo examine meritoꝝ & ad bonos & ad malos venit. Fatum autē a fortuna separāt, & fortunā quasi sit i his quę fortuitū veniūt, nulla palaz causa, Fatū vero appositū singulis et statutū aiunt. Aiunt & tres furias fœminas crinitas serpētibus propter tres effectus qui in animis hominū multas perturbationes gignunt, & interdū cogunt ita delinquere, vt nec famę nec periculi sui respectū habere permittant. Ira quę vindictā cupit, cupiditas quę desiderat oꝝ pes, libido quę appetit voluptates. Quę iō furia appellatur q̄ stimulis suis mentē feriant, & quietā esse non sinant. Nymphas deas aquarum putant, dictas a nubibus. Nā ex nubibus aque, vnde deriuatum est, nymphas aquarum deas, quasi numina lympharū. Ipsas autē dicūt & musas, quas & nymphas, nec imerito. Nā aque motus musicen efficit. Nympharum apud gentiles varia sunt vocabula. Nymphas quippe montium oreades dicunt, siluarum dryades, fontū hamadryades, cāporū naides maris nereides, Heroas dicunt a iunōe traxisse nomē. Gręce enī iuno hera appellat. Et ideo nescio, quis secundū gręcorū fabulā heros fuit nūcupat⁹ hoc videlicet velut mysticū significante fabula q̄ aer iunoni deputetur vbi volunt heroas habitare. Quo nomine appellāt alicuius meriti animas defunctorum quasi heroas id est viros aereos & cœlo dignos ppter sapiētīā & fortitudinē. Penates gētiles dicebāt oēs deos quos domi colebāt. Et penates dicti q̄ essent i penetralib⁹. i. in secretis. Hi dii quomō vocabantur vel q̄ noīa habuerint ignorat. Manes dicūtur deos mortuorū quorū potestātē iter lunā & terrā asserūt, a qb⁹ et mane dictū existimāt q̄ putāt habere, quia manus. i. rar⁹ est. Manes dictos siue quia late manāt pauras, siue quia mites sunt, in manibus ecōtrario noīe hoc appellatos. Apuleius autē ait eos cata antiphrafin dici manes, hoc est mites ac modestos cū sint terribiles & imanes, vt parcas, vt eumenides. Laruas ex hoīb⁹ factos demones aiūt, qui meriti mali fuerit. Quę natura esse dī, terrere paruulos & in angulis garrere tenebrosīs. Lamias quas fabulę tradūt infantes corripere ac laniare solitas, a laniēdo specialiter dictas. Pilo si qui gręce panite, latine icubi appellatur, siue in ui ab ineundo passim cū aialib⁹. Vñ & incubi dicū

tur ab incubando hoc est stuprando. Sepe enim improbi existunt etiam mulieribus & earū peragunt cōcubitus, quos demones galli dufi os nuncupāt quia assidue hanc peragunt immundiciā. Quę autē vulgo incubonē vocāt, hunc manifaunū ficariū dicunt, ad quē Oratius dicit. Faune nympharū fugiētū amator per meos fines, & aprica rura lenis incedas. Hunc alij satyrum vocant.

Incipit Liber nonus.

De linguis gentium.

Cap. I

Inguarū diuersitas exorta est in edificatione turris post diluuium. Nā priusq̄ superbia turris illius in diuersos signorū sonos humanā diuideret societatem vna omnium nationū lingua fuit quę hebreavocatur, qua patriarchę & prophetę vi sunt, non solum in sermonibus suis, verum etiā in literis sacris. Initio autem quot gentes, tot linguę fuerunt. Deinde plures gētes q̄ linguę, quia ex vna lingua multe gentes sunt exortę. Linguę autem dictę in hoc loco pro verbis quę per linguam fiunt genere locutionis illo quo is qui efficit per id quod efficitur nominatur, sicut os dici solet pro verbis, sicut manus pro literis. tres sunt autem linguę sacre, hebreæ, gręca, latina, quę toto orbe maxime excellunt. His enim tribus linguis super crucem domini a pilato fuit causa eius scripta. Vñ et propter obscuritatem sanctarū scripturarū, harum trium linguarum cognitio necessaria est, vt ad alteram recurratur, dum si quę dubitationē nominis vel interpretationis sermo vni⁹ linguę attulerit Gręca autem lingua inter cęteras gentium clarior habetur. Est enī & latinis & omnibus linguis sonantior, cuius varietas in quinque partibus discernitur. Quarum prima dicitur cœnēdo id est mixta, siue communis, qua omnes vtuntur. Secunda attica, videlicet atheniensis, qua vsi sunt omnes gręcię auctores. Tercia dorica quam habent ægyptii & syri. Quarta ionica. Quinta eolia. Qua se eolisti locutos dixerunt et sunt in obseruatione gręcę linguę eiusmodi certa discretimina. Sermo enim eorum ita est dispartitus. Latinas autem linguas quatuor esse quidam dixerunt. id est prisca, latinam, romanam, mixtam. Prisca est qua vetustissimi italię sub iano et saturno sunt vsi incōdita, vt se habent carmina saliorum. Latina quam sub Latino et regibus Tuscię cæteri in latino sunt locuti ex qua fuerunt. xii. tabulę scriptę. Romana quę post reges exactos a populo romano cępta est, quem Neuius Plautus, Ennius, Virgili⁹ poetę, et ex oratoribus. Graccus, Cato, et Cicero, vel cæteri oratores et poetę effuderunt. Mixta q̄ post imperium latius promotum simul cuz moribus &

hominibus in romanā ciuitatem irrupit, integritate verbi per soloecismos et barbarismos corruptis. Omnes aut orientis gentes in gutture linguam et verba collidunt, sicut hebrei et syri. Omnes mediterraneae gentes in palatū sermones ferunt sicut greci et asiani. Oēs occidentis gentes verba in dentibus frangunt, sicut itales et hispani. Syrus et chaldeus, vicinus hebreo est in sermone consonans in plerisque et literarum sono. Quidam autem arbitrantur linguam ipsam esse chaldeā, quia abraham de chaldeis fuit. quod si hoc recipitur, quomodo in Daniele hebrei pueri linguam quam non nouerant doceri iubentur? Omnem autem linguam vnusquisque hominum siue grecam siue latinam siue ceterarum gentium, aut audiendo potest tenere, aut legendo, aut ex preceptore accipere. Cum autem omnium linguarum scientia difficilis sit cuique, nemo tamen tam desidiosus est ut in sua gente positus suae gentis linguam nesciat. Nam quid aliud putandum est, nisi animalium brutorum deterior? Illa enim propriae vocis clamorem exprimit, iste deterior qui propriae linguae caret noticia. Cuiusmodi autem lingua locutus est Deus in principio mundi cum diceret, fiat lux difficile est inuenire. Nondum enim erat linguae. Item qua lingua insonuit postea exterioribus hominum auribus maxime ad primum hominem loquens vel ad prophetas, vel dum corporaliter insonuit vox dicentis dei, tu es filius meus dilectus. ubi a quibusdam creditur illa lingua vna et sola quae fuit antequam esset linguarum diuersitas. In diuersis autem gentibus creditur quod eadem lingua illis deus loquatur qua ipsi homines utuntur ut ab eis intelligantur. Loquitur autem deus hominibus non per substantiam inuisibilem, sed per creaturam corporalem per quam etiam & hominibus apparere voluit quam locutus est. Dicit etiam apostolus. Si linguis hominum loquar & angelorum, ubi queritur qua lingua angeli loquantur, & non quod angelorum aliquae linguae sint, sed per exaggerationem dei. Item queritur, qua lingua homines in futurum loquantur, nusquam reperitur. Nam dicit apostolus. Siue linguae cessabunt. Ideo autem prius de linguis ac deinde de gentibus posuimus, quia ex linguis gentes, non ex gentibus linguae exortae sunt.

¶ De gentium vocabulis.

Cap. ii.

Omnis est multitudo vbi vno principio orta, siue ab alia natione, secundum propriam collectionem distincta, ut graeciae asiae. Hinc & gentilitas dicitur. Gens autem appellata propter generationem familiarum. id est a gignendo sicut natio a nascendo. Gentes autem a quibus diuisa est terra. xv sunt. De iafeth. xxx. & vna. de chanaan. xvii. de sem. xxi. quae sunt. lxxiii. vel potius ut ratio declarat. lxxii. totidemque linguae per terras esse coeperunt quaeque crescendo prouincias & insulas impleuerunt. Filii sem quinque singulariter gentes singulas procreauerunt. Quorum primus elam, a quo elamitae principes perfidis. Secundus assur, a quo assyriorum pullulauit

imperium. Tertius arfaxat, a quo gens chaldeorum exorta est. Quartus lydi, a quo lydi. Quintus aram a quo syri. quorum metropolis fuit damascus. Filii aram nepotes sem. iiii. hus et vl & gether & mesa. Hus traconitidis conditor qui inter palestinae & celsyriam tenuit principatum. unde fuit iob, secundum quod scriptum est Vir erat in terra hus nomine iob. Secundus vl a quo armenii. Tertius gether a quo carmeni siue carie. Quartus mesa a quo sunt hi qui vocantur meones. Posteritas arfaxat filii sem heber nepos arfaxat, a quo hebrei sunt. Ictan filius heber, a quo gens indorum orta est. Sale filius icctan, a quo bactriani, licet eos alii scytharum exules suspicentur. Ismael filius abraam, a quo ismaelitae, qui nunc corrupto nomine saraceni quasi a fara, & agareni ab agar. Nabaioth filius ismael, a quo nabathae qui ab effrata in mari rubro inhabitant. Moab et ammon filii loth a quibus moabitae, et ammonitae. Edom filius esau, a quo idumei. Haec sunt gentes quae de sem stirpe descendunt, possidentes terram meridianam. ab ortu solis usque ad foenices, Filii cham quatuor, ex quibus ortae sunt gentes haec Chus a quo aethiopes progeniti. Mesraim, a quo egyptii perhibentur exorti. Futh a quo libii. Unde & mauritaniae fluuius usque in praesens futh dicitur, omnisque circa eum regio futensis. Chanaan a quo afri et foenices & chananeorum decem gentes. Itae ex nepotibus cham. Filii chus nepotis cham sex. Filii chus faba & euilath sabatha rema faba cuca Saba, a quo progeniti & appellati sabaei, de quibus Virgilius. Solis est thurea virga sabaeis. Hi sunt et arabes. Euilath, a quo getuli in parte remotis africae heremo coherentes. Sabatha, a quo sabatheni qui nunc astabari nominantur. Rema vero & faba & cuca paulatim antiqua vocabula perdidierunt & quae nunc a veteribus habeant ignoratur. Filii rema faba et dadan. Hic autem faba per sin litteram scribitur in hebreo. ille autem superior faba per samech a quo appellantur sabaei vocatur autem nunc faba arabia. Dadan a quo gens est aethiopiae in occidentali plaga. Filii mesraim. Labi a quo libii qui quondam futhei vocabantur. Celloim, a quo philistinum quos veteres allophilos, nos modo corrupte palestinos appellamus. De allophilis ceterae sex gentes ignotae sunt, quae bello aethiopico subuersae usque ad obliuionem praeteritorum nominum peruenerunt, Filii chanaan undecim. ex quo chananeorum decem gentes, quorum terram his expulsis iudaei possederunt. Quorum primogenitus sidon, a quo sidones. unde urbs eorum in foenice sidon vocatur. Secundus eth, a quo ethei. Tertius iebus, a quo iebusei, quorum fuit hierusalem. Quartus amorreus, a quo amorrei. Quintus gergeseus, a quo gergesei, Sextus eueus. a quo euei. Ipsi sunt gabaonitae a ciuitate gabaon qui in supplices venerunt ad Iesum. Septimus aracheus, qui archas condidit oppidum contra tripolim in radicibus libani situm.

LIBER

Octauus aseneus a quo asenei. Nonus aradi⁹ a quo aradei sunt, qui aradū insulā possederūt. angusto freto a fœcis litto re separatā. Dicimus amareus a quo sirię nobilis ciuitas que vocat̃ coelis. Vñcimus amatheus. Hę sunt gentes de stirpe chā que a sido nevsq; ad gaditanū fretū oēm meridianā partē tenent. Itē tribulus filiorū iafeth. Filii aut̃ iafeth. vii. nominātur. Gomer, ex quo galathę. i. galli. Magog a quo arbitrāt̃ scythas et gotthos traxisse originē Madai a quo medos existere putāt. Iauan a quo iōnes, qui et gręci. vñ & mare ioniū. Tubal a quo hiberi qui et hispani, licet quidā ex eo et italos suspicētur. Moloch, ex quo capadoces sunt. Vñ et vrbs apud eos vsq; hodie maleca dicitur. Tiras ex quo traces, quorū nō satis imutatū vocabulū est. quasi traces. Filii Gomer nepotes iafeth. assenes a quo paphlagonēs. Gotorma, a quo sunt friges. Filii iauan, elisa a quibus gręci elisei qui vocātur eolides. Vñ et lingua quinta gręce eolis appellat̃. Tarsis a quo cilices vt iosephus arbitratur. Vñ et metropolis ciuitas eorū tarsis dī. Cethin, a quo cithi. i. cypri a quib⁹ hodie & vrbs cithiū noīatur. Dodani, a quo rhodii. Hę sunt gentes de stirpe iafeth. que a tauro mōte ad aquilonē mediā partē asię & oēm europā vsq; ad oceanū britannicū possident. noīa & locis & gētib⁹ reliquentes, de quib⁹ postea imutata sunt plurima, cętera pmanēt vt fuerūt. Nā multarū gētīū vocabula partī manserūt, ita vt hodie appareat vñ fuerant deriuata sicut ex assur assyrii, ex hebrei, partī tēporis vetustate ita mutata sūt vt vix homines doctissimi antiquissimas historias pscrutantes, nec oīm, s; nec aliquarū ex istis origines gentiū potuerint reperire. Nā q̃ ex filio chā qui vocabat̃ mesraim ægyptiī sint exorti, nulla hoc resonat, originis vocabuli, sicut nec æthiopū, qui dñr ad eū filiū chā pertinere qui chus appellatus est. Et si oīa cōfiderent̃, plurima tñ gentiū mutata q̃ manētia vocabula apparēt, quib⁹ postea noīa diuersa, diuersa dedit rō. Nāq; indi ab ido flumīe dicti sunt, qui ab occidentali parte eos includit. Seres a proprio oppido nomē sortiti sunt, gēs ad oriētē sita, apud quos de arborib⁹ lana cōtexit̃, de quib⁹ ē illud. Ignoti facie sed nōvellere seres. Gāgaridę populi sunt inter assyrios idosq; inhabitātes circa Gāgem fluium vñ etiā gāgaridę nūcupati sunt. Hircani dicti sunt a silua hyrcania vbi sunt plurimę tygres. Bactriani scythę fuerūt q̃ suorū factione a sedibus suis pulsi iuxta bacton orientis fluiū cōsederunt, ex cui⁹ vocabulo & nomē sortiti sunt. Huius gētis rex fuit zoroastes inuētor magicę artīs. Partī quoq; et ipsi a scythis originē trahunt fuerunt enī eorū exules, qđ etiā vocabulo eorū manifestat̃. Nā scythico sermone exules partī dicūt̃. Hi similiter vt bactriani domesticis seditionibus scythia pulsi solitudinē iuxta hyrcaniā primū furti occupauerunt, deinde pleq; finiū etiā virtute obtinuerunt. Assyrii ab assur filio sem vocati, gēs potētissima, que ab eufrate vsq;

q; ad indorū fines oēm in medio tenuit regionem Medi a rege suo cognominati putantur. Nāq; iason peliaci regis frater. a peliæ filii thessalia pulsus est cū mede uxore sua cuius fuit priuignus medus rex atheniensium, qui post mortē iasonis orientis plagā perdomuit, ibiq; mediā vrbem condidit. gentemq; medorum nomine suo appellauit. Sed iuenimus in genesi, q̃ madai auctor gentis medorū fuit. a quo et cognominati vt superius dictum est, Persę a perseo rege sunt vocati. qui e græcia asiā trāsfiens ibi barbaras gentes graui diuturnoq; bello perdomuit. Nouissime victor, nomē subiectę gēti dedit. Persę aut̃ ante cyrū ignobiles fuerunt. & nullus inter gētes loci habebatur. Medi semp̃ potentissimi fuerunt. Casdei qui nunc caldei vocantur a caseth filio nachor fratris abrahę cognominati sunt. Sabęi dicti απο του σηνεσθαι quod est supplicare et venerari quia diuinitatem per ipsorum thura venerantur. Ipsi sunt et arabes, quia in montibus arabie sunt. qui vocantur libanus et antilibanus vbi thura colliguntur. Syri ab sirim vocati prohibent̃, qui fuit nepos abrahę ex cethura. Quos autem veteres assyrii, nunc nos vocamus syros a parte totum appellantes. Hebrei vocati sunt ab heber. qui pronepos fuit sem, israhelitę vero ab israhel filio ysaac. Nam patriarcham hebreorū constat fuisse israhel, a quo. xii. iudæorum tribus israelis vocabulū sortiti sunt. Iudæis autem scissura decem tribuū nomina imposuit. Nā atea hebrei siue israelitę nūcupabatur ex quo aut̃ i duo regna dei populus diuisus est tunc duę trib⁹ que de stirpe iuda reges habebat iudeorū nomen sortiti sunt. Reliqua pars decem tribuum que in samaria sibi regē constituit ob populi magnitudinē pristinum nomē retinuit israhel. Samaritanorum gens sumpsit exordiū ab assyriis qui trās migrati habitauerūt in samaria. qui latine interpretantur custodes, eo q̃ captiuato israhel israhel in terrā regionis eorum ad custodiā collocati sunt. Fenix cadmi frater de thebis ægyptiorū in syriā profectus apud sidonē regnauit. eosq; populos ex suo nomine felices, eaq; prouinciā feniciā nuncupauit. Sidones aut̃ a ciuitate que vocat̃ sidda traxisse vocabulū phibent̃. Saraceni dicti vel quia ex fara genitos se pdicēt, vel sicut gentiles aut̃. q̃ ex origine syrorū sint quasi syrigenę. Hi per aplā solitudinē habitāt. Ipsi sunt & israhelitę vt liber genesios docet, q̃ sint ex israhel. Ipsi cedareni a cedar filio israhelis. Ipsi agareni ab agar, qvt dixim⁹ pueris noīe saraceni vocat̃, q̃a ex fara se genitos gloriātur. Philistei ipsi sunt palestinii, quia. p. literā sermo hebreus non habet. sed pro eo phi gręcovtūtur. Inde philistei p palestinus dicuntur a ciuitate vtiq; sua. Idē & allophyli. i. alienigenę ob hoc quia semp̃ fuerūt inimici israhel & longe ab eorū genere ac societate separati. Chananei appellati de chanaā filio chā quorū terrā iudęi possederunt. Ex cui⁹ origine fuit emor p̃ sichē a quo

amorreii sūt nūcupati. egyptii ab egypto quodā rege suuocati sunt. Nā ātea acerei dicebāt. Interpretatur autē lingua hebraica egyptij affligētes, eoq; afflixerint dei populū prius q̄ diuino auxilio liberarentur. Armenius ex thessalia vn̄ de numero ducū iasonis, qui ad colchos p̄fecti sunt, recollecta multitudine que admisso rege iasone passim vagabatur armeniā cōdidit. gēt̄q; ex suo vocabulo nomē dedit. Limes ē p̄sicus qui scythas ab eis diuidit, scythia cognominat̄ a quo limite scythæ a quibusdā perhibent̄ vocati, gēs antiq̄ssima semp̄ habita. Hipthos bātrianosq; fœminę aut̄ eorū amazonū regna cōdiderūt. Massagetę ex scytharū origine sūt. Et dicti massagetę quasi graues. i. fortes getę. Nā sic Livi⁹ argētū graue dicit. i. massas. Hi sunt qui inter scythas atq; albanos septētrionalibus iugis inhabitant. amazones dictæ sunt q̄ adultis dexteriorib⁹ mām̄is essent ne sagittarū iactus impediret, quasi *αευμαζου*. Nudabāt enī quaz adusserant mām̄ā. Has titianus vn̄imāmas dicit. Nā hoc est amazon, quasi anesmozoin. i. sine mām̄a. Has iā nō esse q̄ eaz gentes partim ab hercule partim ab achille vel ab alexādro vsq; ad internitionē deletæ sunt ī partes asiaticę. Scythie gentes q̄ posteros se iasonis credūt albo crine nascūt̄ ab assiduis niuib⁹ & ipsius capilli color gēt̄i nomē dedit & inde dicitur albanī. Horū glauca oculis. i. picta inest pupilla adeo vt nocte plus q̄ die cernāt, albanī aut̄ vicini amazonibus fuerunt. Vgnos antea hunnos vocam⁹ postremo a rege suo abares appellatos, qui prius ī vltima meotide iter glacialē tanaim & massagetarū immanes populos habitauerūt. Deinde p̄nicib⁹ equis caucasī rupib⁹ feras gētes alexādrī claustra cohibente ruperunt et orientē. xx. annis tenuerunt captiuū, & ab egyptijs atq; athiopib⁹ annuū vendigal exegerūt. Troianorū gens antea dardana a dardano rege noiata. Nā dardanus et iasi⁹ fratres e grecia p̄fecti ex his iasius ad thraciā, dardan⁹ ad frigiā puenit, ibiq; primus regnavit. Postquē filius eius erichonī⁹, deinde nepos eius tros, a quo troiani nūcupati sunt. Galathę galli eē noscunt, q̄a ī auxiliū a rege bithynie euocati regnum cum eo p̄ acta victoria diuiserunt, si cq; deide grecis admixti. primū gallogreci, nūc ex antiquo galloz noie galathę nūcupant̄. Greci aut̄ thessali a thessallo, postea a greco rege greci sunt nūcupati. Nā greci p̄prie thessali dicti sunt. Lapithas aut̄ gētē thessalie fuisse aiūt circa peneon amnē oli inhabitātē. q̄ lapitha apollis filia nūcupatos. Sicyonii greci sūt nūcupati a sicyonio rege. Hiprimū agialei vocabant̄ a rege agileo q̄ primus sicyoniis īperauit, a quo & agialea ciuitas nūcupata est, que nūc peloponē⁹ vocat̄ a pelope rege suo. Ipsi sunt & archades ab archade rege iouis & calistę filio dicti. Danaī a dano rege vocati. Idē & argiui, ab argo cōditore cognominati. Postq̄ aut̄ rex grecorū ap̄is mortu⁹ est. hui⁹ filius argus successit ī regnū, & ex eo argiui

appellati sunt, qui etiā ab eis post obitū vt deus haberi cœpit, tēplo et sacrificio honoratus. Achiei q̄ & achui, ab acheo iouis filio dicti. Pelasgi noiati, quia tū velis sp̄as̄is verno tēpe aduenisse italiam visi sunt vt aues. Primo enī eos Varro italiaz appulisse cōmemorat. Greci vero pelasgos a pelasgo iouis & larisse filio perhibēt dictos. Myrmidones fuerūt a chillis socij dolopes pyrri. Dicti aut̄ sunt myrmidones p̄ter astuciā quasi myrmicę. i. formicę. Eratothenes aut̄ dicit dictos myrmidones a myrmidone duce iouis et eury medusę filio, Cecropi atheniensis regi successit agranus, cuius filia athis noie & regioni et genti nomē dedit. Et ex ea attici cognominati, qui sunt athenienses. Ion vir fortis ex suo noie, eosdē athenienses vocauit iones. Macedones a noie emacionis regis antea emaci nūcupati sunt, postea macedones dicti a macedōe rege deucalionis materno nepote. Epyrotez a pyrro achillis filio prius pyrri dę, postea vero a pyrro rege ad italiā trāsire p̄sumpserunt. Dorus neptuni et ellepis fili⁹ fuit. vñ dori originē et nomen ducūt. Sunt aut̄ pars grecię gēt̄is ex quib⁹ etiā cognominata est tertia lingua grecorū, que dorica appellat̄, Lacedæmones a lacedemone semelę ac iouis filio dicti, hi diu perseuerātes in bello cōtra messenios veriti ne diuturnitate p̄lij spem prolis perderent, p̄cepserunt vt virgines eorū cū iuuenibus domi relictis cōcuberēt, sicq; ex promiscuo virginū & maritorū cōcubitu, iuuenes de incertis parentibus nati sunt & ex nota materni pudoris spartani vocati sunt. nam ipsos esse spartanos quos et lacedæmones Spartanos vero p̄pter repentinos aduētus aduersus cadmū, quasi de terra contractos, et ex oi parte cōfluitos ita vocatos. Traces ex filio iaseth qui vocat⁹ est tiras, et orti et cognominati vt superius dictum est perhibētur, licet gentiles eos ex morib⁹ ita dictos existimēt q̄ sint truces. Scuiissini enī omniū gentiū fuerunt. Vnde et multa de eis fabulosa memorantur, q̄ captiuos diis suis litarent. et humanū sanguinem in ossibus capitum potare soliti essent. de quibus Virgilius. Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum, quasi crudeliū et auarorū. Istorum gens originem a colchis ducit, qui missi ad argonautas persequendos, vt a ponto intrauerunt ī istrum fluuium, a vocabulo amnis, quo a mari recesserant appellati sunt. Romani a romuli nomine nūcupati qui urbem romam condidit gentiq; & ciuitati nomen dedit. Hi ante a saturno saturnij, a latino latini vocati sunt. Nam latinus italię rex fuit, qui ex suo nomine latinos appellauit. qui postea romani nūcupati sunt. Hi & quirites dicti, quia q̄rinus dictus est romulus, q̄ semper hasta utebatur quæ sabinorum lingua quiris dicitur. Italus quoq; et sabinus et sicanus fratres fuerunt, ex quibus nomina populis imposita et regionibus sunt. Nam ab italo itali a sabino sabini, a sicano sicani, qui et siculi cognominati sunt. Idem et siciliana

ses. Tusci italiae gens est a frequentia sacrorum & thuris vocata. i. $\alpha\pi\omicron\tau\omicron\upsilon\theta\upsilon\epsilon\iota\nu$ Umbri italię gēs ē, s; galloꝝ veterum ppago q apēninon mōtē incolunt de quibꝰ historię phibent, eo q tēpore aquose cladis ibribus superfuerint & ob hoc umbrios græce noiatos. Marſi gēs italiae, dicta a comite liberi marſia qvsum illisvitiū oñdit. & ob hoc illi statuā fecerunt, quā poſtea romanivictis marſis tulerūt. Marſos aut gręci tuſcos vocāt, quali $\omicron\phi\iota\upsilon\chi\omicron\upsilon\sigma$. q multos ſerpētes habeat, & $\omicron\phi\iota\sigma$ ſerpēs dicatur, illeſosaūteē carminū maleficijs ihabitāt aut plagā apennini mōtis ſimul cū vmbriſ. Gotthi a magog filio iaſeph noiati putātur, de ſimilitudine vltimę ſyllabę quos veteres magis geſtas q gotthos vocauerūt, gens fortis & potētiffima corpoꝝ mole ardua, armoz genere terribilis. De quibꝰ Luca. Hic dacus pꝛemat, inde getes occurrat hiberis. Daci aut gotthoz soboles fuerūt, & dictos putāt dacos quaii dagos, quia de gotthoz ſtirpe creati ſunt. de quibꝰ ille. Ibis arctos pꝛculvſq; dagos. Beſſi barbari fuerūt qui a multitudine boū ſic vocati credunt. De quibꝰ quidā. Qui colit terrę medio vel ille diuitis multo boue pilleatꝰ accola ripe. Gipedes pedefſtri pꝛælio magis q equeſtri ſunt vſi, & ex hac cauſa ita ſunt vocati. Sarmateꝝ patentibus cāpis armati inequitabant priuſ q eos lētulus danubio prohiberet, atq; inde ob ſtudiū armorū ſarmateꝝ nuncupati exiſtimantur. Lanus fluiꝰ fertur vltra danubiū a quo alani dicti ſunt. ſicut & populi ihabitātes iuxta lemānū fluiū alemāni vocātur. De quibus Luca nus. Deſeruere cauo tentoria fixa lemano. Longobardos vulgo ferūt noiatos a plixa barba & nō q tōſa. Vadelicꝰ ānis ab extremis gallię erūpēs, iuxta quē fluiū ihabitaffe, & ex eo traxiſſe nomē vādali phibēt. Germanię gētes dictę q ſint immania corpora imaneſq; natiōes, ſeuiffimis durare frigoribꝰ, qui mores ex ipſo celi rigore traxerūt, feroces animi & ſēper indomiti raptu venatuq; viuētes. horū plurimę gētes varię armis diſcolores habitu, liguis diſſonę, et origine vocabuloꝝ icerteꝝ vt tolerates. ſami, vari, quadi, tungri, marcomāni, bruteri, camafi, blāgiani, tūbātes, quoz imanitas barbarie etiā in ipſis vocabulis horrorē quēdā ſignificat. Sueui pars germanoz fuerūt i fine ſeptētriōis, de quibus Luca. Fundit ab extremo flauos aquilone ſueuos, quoz fuiſſe centū pagos & populos multū tradiderūt. Dicti aut ſueui putantꝰ a mōte ſueuo qui ab ortu initiū germanię facit cuius loca incoluerūt burgūdiones quōdā a romanis ſubacta ite riore germania p caſtroꝝ limites poſiti a tyberio ceſare in magnā cōualuerunt gentē, atq; ita nomē ex locis ſuſperunt, quia crebra per limites habitacula cōſtituta burgos vulgo vocāt. Hi poſtea rebelles effecti romanis, plus q octoginta milia armatorū ripe rheniſ fluminis iſeruerūt & nomē gētis obtinuerūt, Saxonū gēs i oceani littoribꝰ & paludibꝰ inuijs ſitavirtute atq; agilitate habilis. vñ & appel

lata q ſit durū & validiſſimū gēus hoīm, & pſtās ceteris piraticis. Frāci a quodā pprio duce vocari putātur. Alij eos feritate moꝝ nuncupatos exiſtimāt. Sunt etenī in illis mores icōditi, naturalis ferocitas aioꝝ. Britānos quidā latine noiatos ſuſpicantꝰ, eo q bruti ſint, gēs intra oceanū iterfuſo mari, qſi extra orbē poſita, de quibus Virgilius. Toto diuiſos orbe britānos. Scoti ppria lingua nomē habent a picto corpore eo q aculeis ferreis cū atramēto variaꝝ figuraꝝ ſtigmatē annotēt. Galli a cādore corporis nūcupati ſunt. Galla ei gręce lac dicitꝰ. Vñ & virgiliꝰ ſic eos appellat, cū ait de his. Tū lactea colla aura innectūtur. Secundū diuerſitatē enī celi & facies hoīm & colores, & corporū quātitates & aioꝝ diuerſitates exiſtunt. Inde romanos graues, gręcos leues, afros verſi pelles. gallos natura feroces atq; actiores ingenio peruidemus, qđ natura climatū facit. Galli aut ſenones antiquitus xenones dicebātur, q liberū hoſpitiū recepiffent, poſtea. x. i. s. lram cōmutata eſt. Vacca oppidū fuit iuxta pyreneū a quo ſunt cognomiati vaccei. de quibus creditꝰ dixiſſe poetā. Lateq; vagātes vaccei. hi pyrenei iugis p amplā mōtis hitant ſolitudinē. Idē et vaſcones quali vaccōes. c. in. s. litera demutata. quos Cneus pōpeius edomita hispania & ad triumphū venire feſtinās de pyrenei iugis depoſuit, & in vnū oppidū cōgregauit. Vñ & cōuenarū vrbs nomē accepit. Hiſpani ab hiberō amne, primū hiberi. poſtea ab hiſpalo hiſpani cognomiati ſunt. Gallici a cādore dicti, vnde & galli. Reliqs ei hiſpaniæ populis cādidiōres exiſtunt. Hi gręcā ſibi origineꝝ aſſerunt. Vnde & naturali igenio callēt. Si quidem poſt finē troiani belli teucrū mortē aſiacis fratris inſum patri telamoni dū non recipereſ in regnum cyprū cōceſſiſſe, ibiq; urbē noię antique patrię ſalamina cōdidiffē ide galletiā pfectus expoſitiſ ſedibꝰ ex loco nomē gēti dediſſe. Aſtures gētes hiſpanię vocati eo q circa iſturā flumē ſepti mōtibꝰ ſiluiſq; crebris ihabitāt. Cātabri gēs hiſpaniæ a vocabulo vrbs. & hiberi amnis cui inſidūt appellati. Hoꝝ aimus pꝛinax & magis ad latrocinandum & ad bellandū, vel ad perpetiēdū verbera ſemper parati. Celtiberi ex gallis, celticis fuerūt, quoz ex noię appellata eſt regio celtiberia. Nā ex flumine hiſpaniæ hiberovbi cōſederunt, et ex gallis q celtici dicebātur, mixto vtroq; vocabulo celtiberi nuncupati ſunt. Afri appellati ab vno ex poſteris abrahe qui vocabatur aſer qui dꝰ duxiſſe aduerſus libyam exercitū, et ibi victis hoſtibus cōſediſſe, eiufq; poſteros ex noię attauī & afros & africā nuncupat ſe. Pēni aut carthaginenſes ſunt a phoenicibus nūcupati qui cū didone pfecti ſunt. Tyrios vero a tyriavrbē phoenicū nuncupatos, de qua pfecti ſūt & i africē littus venerunt. Getuli getę dꝰ fuiſſe, q i genti aginine a locis ſuis nauibꝰ cōſcendētes loca ſyrtiū in libya occupauerunt, & quia ex getis venerāt deriuato noię getuli cognominati ſunt. Vñ et

opinio est aqud gottos ab antiqua cognatione mauros cōfanguinitate ppinquos sibi vocare. afri cā aut iitio habuere libyes, deide, afri. post hoc getuli, post remū mauri & numides. Mauri & numide vt afri putant, sic sūperunt et exordiū et vocabulū. Nā postq̄ in hispania hercules iteriit, & exercitus ei⁹ cōpositus ex varijs gētib⁹ amisso duce passim sibi sedes q̄rebāt & ex eo numero medi & persæ & armeni nauib⁹ i africā trāsuecti p̄xima mari loca occupauere, s̄ persæ dū materiā in agris pro cōstruendis domicilijs nō iuenirēt, & ignara lingua cōmertiū phiberēt, per patētes agros et diuersas solitudines vagabāt, & a papulationibus vagabūdis semetipsos p̄pria lingua numides appellauerūt i. sine oppido vagos & errātes. Medi aut cū libiise miscuerāt, qui p̄xima hispania habitabāt quoruz nom̄ paulatī libyes corrumpere barbarā lingua mauros p̄pter medos appellātes s̄ mauri ob colorez a grecis vocarēt. Greci enī nigrū mauron vocant. Est ifero quippe calore afflati sp̄z atricoloris ducūt Massylia ciuitas africę ē nō lōge ab atlāte & horetis hesperidū et a qua ciuitate massylivocati sunt, quos nos corrupte massulos vocamus, de quib⁹ virgilius. Hinc mihi massylie gentis mōstrata sacerdos. Gaulalū gentes sunt a meridie vsq; oceanuz hesperium peruagātes. His nomē gauoen insula dedit que est iuxta æthiopiā, vbi nec serpēs nascit nec viuūt. Garamātes populi africę sunt p̄pe cirenas inhabitātes, a garamāte rege apollinis filio nominati qui ibi ex suo noīe garama oppidū cōdidit. Sūt aut p̄ximī gētibus æthiopū. De quib⁹ virgili⁹. Extremi garamātes. Extremi aut quia seui & a cōfortio humanitatis remoti. Hesperij vero sunt q̄ circa hispaniā cōmorantur, Nā hispania hesperia d̄ Ethiopes dicti a filio cham qui vocatus est chus, ex quo originē trahunt. Chus enī hebraica lingua ethiops iterptat. Hi quondā ab indo flumine confurgētes. iuxta ægyptum inter nylū et oceanū. i meridie sub ip̄a solis vicinitate infederūt, quorum tres sunt populi, hesperi. garamantes. et indi. Hesperii sunt occidentis, garamātes tripolis, indi orientis. Trogoditæ gētes ethiopū ideo nūcupati q̄ tanta celeritate pollent, vt feras cursu pedū assequant. Panphagij & hi i æthiopia sunt, quib⁹ esca est quicquid mādi pōt, et oīa fortuitu gignētia, vñ & appellati. Ictiophagi q̄ venādo in mari valeant, et piscibus tātū alāt. Hi post idos mōtanās regiōes tenēt quos subactos alexāder magnus, piscibus vesci p̄hibuit. Antropophagi gēs asperrima, sub regione syricuz sita, qui quia humanis carnib⁹ vescunt, iō antropophagi noīant. Itaq; sicut his, ita et ceteris gētibus p̄ sæcula aut a repibus, aut a locis, aut a moribus, aut ex quibuslibz aliis causis imutata vocabula sunt, ita vt prima origo noīs eoz tēporum vetustate nō pateat. Iā vero hi q̄ antipodæ d̄nr eo q̄ cōtrarij eē vestigijs nostris putāt, vt quasi sub terris positi aduersa pedib⁹ nostris calcēt vestigia, nul-

la rōne credendū est, quia nec soliditas patit, nec centrū terre, sed neq; hoc vlla historiæ cognitione firmat, sed hoc poetę quasi rōcinādo coniectāt. Titanas aut quosdā in grecia ferunt fuisse robustos, et excellētes virib⁹ populos quos ferunt fabule ob irata cōtra deos terra ad eius vltionē creatos. Vnde et titanes dicti sunt id est ab vltione q̄ quasi vlciscendę matris terre causa i deos armati existerent, Quos fabulæ a ioue bello fuisse superatos atq; extinctos fingunt, propter q̄ e celo iactis fulminibus interierunt.

¶ De regnis et militię vocabulis. Cap. III.

Regnū a regibus dictū. Nā sicut reges a regendo vocati, ita regnum a regibus. Regnū vniuersę natiōes suis queq; tēporibus habuere, vt assyrj, medi, p̄s, ægyptij, greci, vel romani, quoz vices fors tēporē ita voluit alteruz ab altero soluere. iter oīa aut regna terrarū duo regna ceteris gloriosa tradūtur, assyriorū primo, deīū romanorū vt tēporib⁹ et locis iter se ordinata atq; distincta sunt. Nā sicut pri⁹, et hoc posteri⁹, ita illud i oriente, hoc in occidente exortū est. Deniq; i illi⁹ fine, hui⁹ initiū cōfestim fuit. Regna cetera ceteriq; reges velut appēdices istorū habent. Reges a regendo vocati, sicut enī sacerdos a sanctificando, ita et rex a regendo. Nō aut regit qui nō corrigit. Recte igitur faciēdo regis nomen tenetur, peccādo amittit. Vñ et apud veteres tale erat puerbium. Rex eris si recte facias, si non facias nō eris. regie virtutes p̄cipue duę, iustitia / et pietas. Plus aut in regibus laudat pietas. Nā iustitia p̄ se seuera ē. Cōsules appellati a cōsulendo. sicut reges a regendo, et sicut leges a legendo. Nā cum romani reguz sup̄bā d̄nationē nō ferrent, ānua imperia binosq; cōsules sibi fecerunt. Nā fastus regius, nō benivolētia cōsulentis, sed supbia dominātis erat. Hinc igit cōsules appellati, vel a cōsulendo ciuibz vel a regendo cuncta cōcilio. Quos tñ ideo mutandos per ānos singulos elegerunt, vt nec isolēs diu maneret / et moderatior cito succurreret. Inde autem duo partes, qui vnus rē ciuile / alter rem militarez administrabat, Regnauerūt autem ānis quadringētis saxaginta septē. Pro cōsules subiecti erant cōsulibus / et dicti procōsules eo q̄ vice cōsulis fungerent sicut p̄curator curatoris. i. actoris. Excōsules autē dicti q̄ iā a cōsulatu exierint, siue discesserint peracto vicis suę āno. Dictatores quinto āno post reges expulsos romani sibi creauerunt. duz generatquinij ad iniuriā socerivindicādā i gentē aduersus romā collegisset exercitum. Hi quinquenni tēporis i perio vtēbāt. Plus enī erāt honore q̄ cōsules q̄ ānuas potestates tenebāt. et dicti dictatores quasi p̄cipes et p̄ceptores. Vnde et magistri populi noīabāt. vnde et edicta dicuntur. Cēsaruz nomen a iulio cōepit. qui bello ciuili cōmoto pri⁹ mus romanorum singularē obtinuit principatum. Cēsar autem dictusq; celo mortuę matris vtero

prolatus eductusque fuerit, vel quod cum cæsariæ nat⁹ sit a quo & imperatores sequentes cæsares dicti eo quod comati essent. Qui enim ex secto vtero eximebant cæsiones & cæsares appellabantur. Iulius autem dictus, quia a iulio æneæ filio originem duxit, ut confirmat virgilius a magno demissum nomen iulo, Imperatorum autem nomen apud romanos eorum tantum prius fuit, apud quos summa rei militaris consisteret, et ideo imperatores dicti ab imperando exercitui, sed dum diu duces titulis imperatoris fungerentur, senatus censuit ut augusti cæsaris hoc tantum nomen esset, eo quod is distingueretur a cæteris gentium regibus quod & sequentes hactenus usurpauerunt. Solet enim fieri ut primi regis nomen etiam reliqui possideant, sicut apud albanos ex siluij nomine omnes reges albanorum siluii appellati sunt, sicut & apud persas arfacidæ, apud ægyptios ptolomei, apud athenienses cæcropide. Augustus ideo apud romanos nomen imperij est, eo quod oli augerent rempublicam amplificando. Quod nomen primitus senatus octauiano cæsari tradidit, ut quia auxerat terras, ipso nomine et titulo consecraretur. Dum autem idem octavianus iam cæsar & imperator appellaretur, vel augustus, postea vero dum ludos expectaret, & pronuntiatum esset illi a populo ut vocaretur et dominus, statim manu vultuque aduerso indecoras adulationes repressit et domini appellationem ut homo declinauit, atque in sequenti die omnem populum grauissimo edicto corripuit dominumque se post hæc appellari, ne a liberis quidem suis permisit. Fuit enim filius acris que nata est de sorore iulij cæsaris. Reges autem ob hanc causam apud grecos basilei vocantur, quod tanquam bases populum sustinent. Vnde et bases coronas habent. Quanto enim quisque magis preponitur tanto amplius pondere laborum grauat. Tyranni grece dicuntur idem latine et reges. Nam apud veteres inter regem et tyrannum nulla discretio erat. Pars mihi pacis erat dextram tetigisse tyranni. Fortes enim reges tyranni vocabantur. Nam tyro fortis de quibus dominus loquitur dicens, per me reges regnant & tyranni per me tenent terram. Iam postea inuisum accidit tyrannos vocari pessimos atque improbos reges luxuriose dominationis cupiditate et crudelissimam dominationem in populis exercentes. Princeps et dignitatis more significatur & ordinis sicut est illud virgilianum. Princeps ardentes coniecit lapida turnus pro primus, aut dictus princeps a capiendi significatione quod primus capiat, sicut municipis ab eo quod munia capiat. Dux dicitur, eo quod sit ductor exercitus, sed non statim quicumque principes vel duces sunt, etiam reges dici possunt. In bello autem melius ducem nominari conuenit quam regem. Nam hoc nomen exprimit in prelio ducentem. Vnde et Virgilius Ducis euadri. Salustius. Quo cupidus in ore ducis se se quisque bonum. Non dixit in ore consulis. Monarche sunt qui singularem possident principatum, qualis fuit alexander apud grecos, & iulius apud romanos. Hic et monarchia dicitur Monos quippe singularitas greco nomine, archia principatus est. Tetrarche

sunt quartam partem regni tenentes. Nam tetra quatuor sunt qualis fuit apud iudæam philippus. Patricij in devocati pro eo quod sicut patres filijs, ita provideant reipublice. Prefecti dicti quod pretoria potestate prestant. Pretores idem qui et prefecti quasi prepositores. Presides vero dicti, quia alicuius loci tutelam preficialiter teneant. Tribunivocati quod militibus siue plebibus iura tribuunt. Chiliarche sunt qui mille prestant militibus, quos nos millenarios nuncupamus, & est grecum nomen. Centuriones dicti eo quod centum prestant militibus, sicut quinquagenarii qui in capite sunt quinquaginta militum sicut decani ab eo quod decem militibus prestant. Miles dicitur, quia mille erant ante in numero vno vel quia vnus est ex mille electus. Romulus autem primus ex populo milites instituit & appellauit. Libero vero primus militie ordinem docuit. Miles autem ordinarius dicitur, aut extraordinarius. Ordinarius est qui ordinem militat nec adhuc aliquem consecutus est gradum honoris. Est enim gregarius in humilis militie. Extraordinarius est qui ob virtutem promouetur ex ordine. Emeriti dicuntur veterani soluti que militia, qui iam in usu prelii non sunt, quia mereri militare dicitur, a stipendiis scilicet que merentur. Idem & veterani dicitur, quia iam in usu prelii non sunt, sed post multos militie labores quietis suffragium consequuntur. Equestris milites dicti, eo quod equo sedeant. Itaque militat ille in equestri ordine. Tyrones dicuntur fortes pueri quod ad militiam delegantur atque armis gerendis habiles existunt. Hi enim non ex sola professione natiuitatis, sed ex aspectu et valitudine corporis existimantur. Vnde et tyrones dicti qui quicumque ante sacramento prebati fuerint milites non sunt. Romanorum autem militie mos fuit puberes primo exerceri armis. Nam sextodecimo anno tyrones militabant, quo etiam solo sub custodibus agebant, de quibus Virgilius. Et primo flore iuuetus. Seruos sane nunquam militasse constat, nisi seruitute deposita, excepto hannibal is tempore, cum post canensem prelium in tanta necessitate fuissent romani, ut ne liberandorum quidem seruorum daretur facultas. Desertores vocati, eo quod desertis militaribus officiis euagantur. Hi in alios numeros militie nomen dare prohibent, sed si non magni temporis culpam contraxerint, ceteri numeris suis restituntur, sed et qui deserunt exercitum ad hostes transeuntes, & ipsi desertores vocantur. Conscripti milites dicitur, quia in tabulis conscribuntur ab eo qui eos ducturus est, sicut transcripti vocantur, cum de alia in aliam legionem transeunt et inde transcripti, quia nomine dantur transcripti. Optiones dicti quod sint electi. Nam optare eligere est, sicut est illud. Optauitque locum regno. id est elegit. Excubitores dicuntur, pro eo quod excubias semper agunt. Sunt enim ex numero militum, & in porticibus excubant propter regalem custodiam. Excubie autem diurne sunt, vigilię nocturne vnde & vigiles. Velites erant apud romanos genus militie, a volitatio vocati. Lecti enim agilitate iuuenes cum armis suis post terga equitum confederant

bāt, et mox cum ad hostes ventū esset, equis desiliēbāt, et continuo pedites ipsi ex alia parte equitibus per quos aduecti fuerāt dimicātibus, hostemp turbabāt. Ab his igitur velitibus elephāti quandā hānibalī retroacti cum regi iā a suis non possent, fabrilī scalpro inter aures adacto necabātur. Castra sunt vbi milites steterint. Dicta autē castra quasi casta, eo q̄ illi castraretur libido. Nā nunq̄ his intereat mulier. Militia autē a militibus dicta, aut a multis quasi multitia, quasi negociū multorū, aut a mole rerū, quasi molestatia. Legio sex milium armatorū est, ab electo vocata quasi lecti. i. armis electi, pprie autē lingua macedonū phallanx, gallorū castrua, nostrā legio dī. Legio autē habet sexaginta centurias. manipulos. xxx. cohortes. xii. turmas ducentas, choros. xv. Centuria est pars exercitus ī cētēnos milites diuisa. Vnde et qui his præsunt cēturiones dicuntur. Succenturiati sunt, non qui in prima sed qui in secunda centuria sunt, quasi sub prima centuria, tamen instructi etiā ipsi & in speculis positi in bello sunt, vt si prima defecerit, isti quos sub se diximus, laborantibus primis subueniāt. Vñ & ad insidiandū ponitur succenturiatus, quasi armis dolosis instructus. Manipulus ducentorū ē militū. Manipuli autē dicti sunt milites, siue quia bellū primo manu incipiēbāt, siue q̄ anteq̄ signa essēt manipulos sibi. i. fasciculos stipulę vel herbę alicui⁹ pro signis faciebāt a quo signo manipulares milites cognominati sunt, de quib⁹ Lucanus. Conuocat armatos exemplo ad signa in manipulos. Turma xxx. equites sunt. Romani enim equites in vna tribu trecenti fuerunt. De singulis enim centuriis decem dabantur, et fiebat turma, Cohors quingētos milites habet. Tria sunt militiæ genera, sacramentum, euocatio, coniuratio. Sacramētū in quo post electionem iurat vnusquisq; miles se non recedere a militia nisi post completa stipendia. i. militiæ tempora, & hi sunt qui habent plenam militiam. Nā viginti et quinque annis tenentur. Euocatio dum ad subitum bellum, non solum milites, sed et ceteri euocātur. Vnde etiā consul solebat dicere. Qui rempublicā saluā esse vult me sequatur. Coniuratio, quę fit in tumultu quōvicinū vrbis periculū singulos iurare non patitur, sed repēte colligitur multitudo et tumultuosa in ira cōflatur. Hęc et tumultuatio dī. In aciæ autē istę fere formę sunt. Exercitus classis, nodus, cune⁹, alę, cornua, agmē quę formas et noīa ab ipsis rebus de quibus trāllata sunt mutuantur. Acies dicta q̄ ferro armata sit & acumine gladiatorum. Exercitus multitudo ex vno genere, ab exercitatione belli vocata. Classes diuise, propter diuisionem exercitus, qui postea manipuli dicti sunt, vnde et Virgilius. Classibus hic loc⁹ est hic acies certare solebāt. Nā postea & classis canauium dicta. Nodus proprie est densa peditū multitudo, sicut turma equitum. Nodus autē dictus p̄ difficultate q̄ vix possit resolui. Cuneus est colle-

cta in vnum militum multitudo. Vnde propter q̄ in vnum coit, & ipsa coitio in vnum cuneus nominatus est quasi conneus, eoq̄ in vnum omnes cogunt Alę in exercitu. xxx. equites esse dicuntur. Alę autem equites ob hoc dicti, quia tegunt pedites alarū vice. Cornua vocantur extremas exercitus q̄ intorsa sit, Agmen dicitur cum exercitus iter facit ab agendo vocatum. id est eundo. Plautus. Quo te agis & ipse. Est enim exercitus ambulans. Nā agmen dī, q̄ in longitudine directum est, qualiter solet esse cum exercitus portis procedit, quicquid fuerit aliud abusiue dicitur.

¶ De ciuibus.

Cap. iiii.



E imperiis militiæq; vocabulis exper te dictum est. deinceps ciuium nomina summati subiungimus. Ciues vocatiq̄ in vnum coeuntes viuat & vt vita cōis et ornatior fiat & tutior. Domus vnus familiae habitaculum est, sicut vrbis vnus populi sicut orbis domicilium totius generis humani. Est autē domus genus familię siue coniunctio viri & vxoris. Incipit autē a duobus. et est nomen græcum. Familia est liberilegibus suscepti a femore. Gen⁹ autem a gignendo et prognerando dictum, aut a diffinitione certorum prognatorum, vt nationes q̄ propriis cognationibus terminatę gentes appellatur. Populus est humanę multitudinis iuris cōsensu et concordia cōmuniōe sociatus. Populus autē eo distat a plebibus q̄ populus vniuersi ciues sunt connumeratis senioribus ciuitatis. Plebs autē reliquum vulgus sine senioribus ciuitatis. Populus ergo tota ciuitas est, vulgus vero plebs est. Plebs autē dicta a pluralitate, maior est enī numerus minorū q̄ seniorum. Populus vero dicitur id est cētus. vnde populus dictus est. Græce autem populus laos dicitur a lapidibus. Vulgus est passim inhabitās multitudo quasi quisq; quod vult. tribus dicuntur tāq̄ curię & congregatiōes distinctę populorum, et vocatę tribus ab eo q̄ in principio romani trifarię fuerunt a romulo dispartiti, in senatoribus, militibus et plebibus. Quę tm̄ tribus nūc multiplicatę, nomen pristinum retinent. Senatui nomen etas dedit q̄ seniores essent. Alii a sinendo dictos accipiunt senatores. Ipsi enim agendi facultatem dabāt. Senatusconsultus a consulendo & tractādo est dictus, q̄ sic fit vt consulat & nocere non possit. Patres autem vt Salustius dicit a curę similitudine vocati sunt. Nā sicut patres filios suos ita & illi rempublicā alebāt. Patres conscripti, quia duz romulus decem curias senatorum elegisset, nomina eorum pręsente populo in tabulas aureas contulit, atq; inde patres conscripti vocati. Primi ordines senatorū dicunt illustres. secundi spectabiles tertij clarissimi. Iā inferius quartum aliquod gen⁹ non est, quis autem senatoria quisq; origine esset, vsq; ad legitimos ānos eques romanus erat, deinde accipiebat honorem senatorię dignitatis. Cen-

LIBER

ores apud veteres romanos erant. Est enim nomen censoris dignitas iudicialis. Censere enim iudicare est. Item censores sunt patrimoniorum iudices a censu eris appellati. Iudices dicti quasi ius dicentes populo, siue quod iure disceptent. Iure autem disceptare, est iuste iudicare. Non est autem iudex, si non est in eo iusticia. Praesides rectores provinciae sunt dicti quod praesunt. Praetores autem quasi preceptores civitatis et principes. Idem et quaestores quasi quaesitores, eo quod quaestionibus praesunt. Consilium enim et causa apud eos est. Proceres sunt principes civitatis, quasi procedes, quod ante omnes honore praecedat. Unde et capita trabium quae eminent extra parietes proceres dicuntur, eo quod primo procedat. Hic autem ad primores facta translatio quod a cetera multitudine prominent. Tribuni dicti quod plebi vel iura vel opera tribuant. Constituti sunt autem sexto anno post reges exactos. Dum enim plebs a senatu et consulibus premeretur, tunc ipsa sibi tribunos quasi priores iudices et defensores creavit, qui eorum libertatem tuerentur, & eos adversus iniuriam nobilitatis defenderent. Unde et defensores dicti, eo quod sibi plebem commissam contra insolentiam improborum defendat. At contra nunc quidam eversores non defensores existunt. Numerarii vocati sunt quod publicum numerum aerariis inferunt. Functi ab eo quod fungantur officio et honore aliquo dicti. Hinc et defunctos mortuos dicimus qui compleverunt vitae officia. Nihil enim iam faciunt. Municipales in eodem municipio nati ab officio munerum dicti, eo quod publica munia accipiunt, Munia enim officia sunt. unde immunes dicuntur qui nullum gerunt officium. Municipales originales civis et in loco officium gerentes. Decuriones dicti, quod sint de ordine curiae. Officium enim curiae administrant, unde non est decurio qui summam non intulit vel curiam participavit. Curiales autem idem et decuriones. Et dicti curiales, quia civilia munera procurant et exequuntur. Principales & magistratus: & duumvirales, curialium officiorum ordines sunt. Principales dicti quod praesint magistratibus. Magistratus vero quod maiores sint reliquis officiis. Duumvirales autem qui super duos viros habent potestatem. Tabellio vocatus eo quod sit portitor tabellarum. Idem exceptor, idem & scriba publicus, quia ea tantum quae gestis publicantur scribit. Burgarii a burgis dicti, quia crebra per limites habitacula constituta burgos vulgo vocant unde et burgundionum genti nomen inhaesit, quos quondam subacta germania romani per castra disposuerunt, atque ita nomen ex locis sumpserunt. Collegiati dicuntur, eo quod eorum collegio custodiisque deputentur qui facinus aliquod commiserunt. Est enim sordidissimum genus hominum patre in certo progenitum. Privati sunt extranei ab officiis publicis. Est enim nomen magistratum habenti contrarium & dicti privati, quod sint ab officiis curiae absoluti. Mercenarii sunt qui serviunt accepta mer

cede, idem et barones graeco nomine quod sint fortes in laboribus. Baris enim dicitur grauis quod sit fortis. Cui contrarius est levis, id est infirmus. Publicani appellantur conductores vectigalium fisci vel rerum publicarum, siue quae vectigalia publica exigunt, vel qui per negocia seculi lucra sectantur. unde & cognominati sunt. Villicus proprie villae gubernator est. Unde et a villa villicus non accipit, interdum autem villicus non gubernator villae, sed dispensator universae domus. Tullio interpretante significat, quod est universarum possessionum & villarum dispensatorem. Actores, idem & curatores ab agendo & curando vocati. Procuratores vero eo quod vice curatoris fungantur, quasi propter curatores, sicut proconsul pro consule. Coloni sunt cultores advenae dicti a cultura agri. Sunt enim aliunde venientes atque alienum agrum locatum tenentes ac debentes conditionem genitalem solo propter agriculturam sub domino possessoris pro eo quod his locatus est fundus. Coloni autem quattuor modis dicuntur. Nam coloni aut romani sunt, aut coloni latini, aut coloni auxiliares, aut coloni ruris privati. Inquilini vocati quasi incolentes aliena. Non enim habent propriam sedem, sed in terra aliena inhabitant. Differt autem inter inquilinum & advenam. Inquilini enim sunt qui emigrant et non perpetuo permanent. Advenae autem vel incolae adventicij perhibentur sed permanentes, & inde incolae, quia iam habitatores sunt, ab incolendo indigenae sunt inde geniti, & in eodem loco nati ibi inhabitant. incola autem non indigenam sed advenam indicant. Peregrini dicti eo quod ignorantur eosdem parentes a quibus exorti sunt, sunt enim de longinqua regione. Urbani vocantur qui romae habitabant. Qui vero in ceteris locis, oppidani. Nam sola roma urbs, cetera oppida. Famuli sunt ex propria servorum familia orti. Servi autem vocabulum inde traxerunt quod hi qui iure belli possint occidi a victoribus conservabantur et servi fiebant. a servando, id est. servi appellati. Ancillae a sustentaculo vocatae. Ancon enim graece cubitus dicitur, Unde et ancone dicimur. Mancipium est quicquid manu capi subdique potest, ut homo, equus, ovis. Haec enim animalia statim ut nata sunt, mancipium esse putantur. Nam et ea quae in bestiarum numero sunt, tunc videntur mancipium esse quoniam capi siue domari coeperint. ingenui dicti, quia in genere habent libertatem, non in facto sicut liberti. Unde et graeci eos eugenes vocant quod sint boni generis. Libertus autem vocatur quasi liberatus. Erat enim prius iugo servitutis additus. Liberos autem filii antiquos libertini appellabantur, quasi de libertis nati. Nunc vero libertini, aut a liberto facti aut possessus, Manumissi dicitur quasi manu emissi. Apud veteres enim quotiens manumittebant, alapa percussos circumagebant et liberos confirmabant, unde & manumissi dicti eo quod de manu mitterentur. Dedititij primum a deditione sunt nuncupati. Deditio enim quoniam

se victi aut vincendi hostes victoribus tradunt, quibus hæc origo nominis fuit, dum quondam aduersus populum romanum serui armis sumptis dimicassent, victi se dederunt, compræhensiq; varia turpitudine affecti sunt. Ex his quidam postea a dominis manumissi propter suppliciorum notas quas manifeste perpeffi sunt, ad dignitatem civium romanorum non peruenerunt. Latini ante Romam conditam apud Latinos fiebant, nunquam per testamentum sed per epistolam libertatem sumentes. Inde quia per testamentum non fiebant, nec ex testamento aliquid capere, nec suos heredes facere poterant. Cives romani postea sub consulibus per testamenta in vrbe romana effecti sunt. Dicti autem cives romani, quia testamento liberi effecti, in numero romanorum civium rediguntur. His primum aditus erat in vrbe roma commorari, ceteris autem libertis prohibebatur, ne vel in vrbe roma vel infra septimum ab vrbe miliarium commanerent.

¶ De affinitatibus et gradibus. Cap. v.


Heredis nomen imposuit sensus eris, soluit enim tributum, auctoris. In hoc eum vocabulo prima successio est hereditatis et generis, ut sunt filij et nepotes. Prohæres est qui loco hæredis fungitur quasi pro hærede. Est enim aut institutus, aut substitutus. Pater est a quo nascitur initium generis. Itaque his pater familias vocatur. Patratione peracta filium procreet. Patratio enim est reivene ree consummatio. Lucretius. Et bene patratio patrum. Gignitores autem a gignendo, et parentes quasi parientes. Idem et creatores. Crementum enim est semen masculi, unde animalium et hominum corpora concipiuntur, hinc creatores parentes dicuntur. Mater dicitur quod exinde efficitur aliquid. Mater enim quasi materia, nam causa pater est. Pater familias autem dicitur quod omnibus in familia sua positus seruis, tanquam pater filijs patria dilectione consulit, seruorumque conditionem a filiorum affectu non discernit, sed quasi vnum membrum amplectitur. Hinc enim exortum est nomen paterfamilias. Qui autem inique dominatur in seruis hoc se nomine nequaquam reputent appellari. Materfamilias inde vocatur quia per quandam iuris solemnitatem in familiam transit marito. Tabulae enim matrimoniales instrumenta emptionis suæ sunt. Alias sicut matrona est et mater primi pueri, id est quasi mater nati, ita materfamilias illa est quæ plures enixa est. Nam familia ex duobus esse incipit. Auus pater patris est, ab euo dicitur, id est ab antiquitate. Proauus autem pater est, quasi prope auum. Abauus proauus pater, iam longe ab auo. Atauus, ab auo pater. Tritauus, atauus pater, quasi tretauus, id est quartus supra ab auum. Sed tritauus vltimorum cognitionis nomen est. Familia autem oritur a patre, terminatur in tritauo. Filius et filia a familia dicti sunt, ipsi enim primi in ordine nascentium existunt. Unde et cornelia familia stirps ipsa omnis a carnelio

orta. Familiae autem femore, femur enim genus est, et stirps ostenditur. Nam familia pro seruis abusive non proprie dicitur. Stirps ex longa generis significatione vocatur. Gnatus dicitur quia generatus. Unde et per g scribitur. Soboles, eo quod substitutio sit generis. Quadrupartitus est autem ordo filiorum ita. Vnigenitus, primo genitus medius, nouissimus. Vnigenitus quod sit vnicus, nec ante nec post ullus. Primogenitus, ante quem nullus. Medius inter omnes. Nouissimus post omnes. Idem et minimus, a monade. Nouissimus autem propter quod nouus, quia ceteri precedendo antiquiores existunt. Quattuor enim modis filij appellatur, uatura, imitatione, adoptione, doctrina. Naturaveluti cum dicuntur filij abrahæ iudei. Imitatione ut ipsius abrahæ fidem imitantes ex gentibus, dicente euangelio Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahæ, vel sicut eosdem iudeos dominus filios esse dicit diaboli, a quo non nominati vel non nati, sed quem fuerant imitati. Adoptione quoque quod humana consuetudine nulli licet nescire vel sicut nos deo non natura, sed adoptione dicimus, pater noster qui es in celis. Doctrina, sicut apostolus filios suos appellat eos quibus euangelium predicauit. Filii autem ideo in legibus liberi appellantur, ut isto vocabulo discernentur a seruis, quia sicut seruus in potestate domini est, sic filius in potestate est patris. Inde etiam filio fit emancipatio. ut sit liber a patre, sicut fit seruo manumissio, ut sit liberatus a domino. item liberi dicti, quia ex libero sunt matrimonio orti. Nam filii ex libero et ancilla seruilis conditionis sunt. Semper enim qui nascitur deterioris parentis statum sumit. Naturales autem dicuntur ingenuarum concubinarum filii quos sola natura genuit, non honestas coniugii. idem et pueri a pube. Adoptiuus filius est qui aut patre iusto aut auo aut proauo cuius potestate per emancipationem est traditus in alienam potestatem qui vtriusque fert nomen, ut flavius emilius vel scipio paulus. Gemini sunt non duo tantum simul nati, sed etiam plures. De geminis autem vno abortiuo, alter qui legitime natus fuerit vopiscus nominatur. Posthumus vocatur eo quod post huiusmodi patris nascitur id est post obitum. iste et defuncti nomen accepit, sic enim lex voluit ut qui de defuncto nascitur defuncti nomine appelletur. Nothus dicitur qui de patre nobili et matre ignobili gignitur, sicut ex concubina. est autem hoc nomen grecum et in latinitate deficit. Huic contrarius est spurius qui de matre nobili et de patre ignobili nascitur. Item spurius patre incerto matre vidua genitus velut tantum spurii filius quia muliebrem naturam veteres spurium vocabant velut *απο τοῦσ τροπῶν* hoc est seminis non patris nomine. Eosdem et fauonios appellabant, quia quedam animalia fauonio spiritu hausto concipere existimantur. Unde et hi qui non sunt de legitimo matrimonio matrem potius quam patrem sequuntur

tur. Latini autem spurii quasi extra puritatem. i. quasi immundi. Nepos est qui ex filio natus est. Dicitur autem nepos quasi natus post. Primum enim filius nascitur, deinde nepos. Gradus enim subtilioris est. Hinc et posteritas quasi postera ætas. Nepos autem vtriusque sexus est. Nam ut nepotis dicimus in iure est propter discretionem successionis admissum. Pronepos est qui ex nepote conceptus natusque est. Et dicitur pronepos quasi natus post. Ex hoc quoque gradu incipit vocari & progenies, quasi porro post geniti. Nam filii et nepotes non sunt progenies, quia non est in eis longa posteritas. Sicut autem inferius longe editi progenies dicuntur, ita superius proavi attavique progenitores appellantur, quasi porro generantes. Pronepos dicitur quia propter nepotem. Abnepos, quia seiungitur a nepote, est enim inter illum et nepotem pronepos, Adnepos abnepotis filius. Trinepos adnepotis filius, quia post nepotem, quartus in ordine est quasi tetranepos. Minores autem non dicimus nisi quotiens gradum deficit nomen ut puta filius nepos pronepos abnepos adnepos trinepos. Vbi isti gradus defecerint, merito iam dicimus minores, sicut et maiores dicimus post patris aui proavi abavi attavi tritavique vocabulum.

Hoc loco necessarium est exponere quemadmodum gradus cognationis numerentur, Quia in re imprimis admonendi sumus quod cognationum alie supra numerantur, alie infra alie ex transverso, quae etiam a latere dicuntur. Superior cognationem parentum, inferior liberorum. Ex transverso fratrum sororumve, eorumque qui ex his progenerantur, et consequenter patruum amitae, auunculi, matertera. Et superior quidem & inferior cognatio a primo gradu incipit, at ea quae ex transverso numeratur a secundo. Primo gradu est supra pater, infra filius filia. Secundo supra avus avia, infra nepos neptis. Ex transverso frater et soror. Tertio supra proavus proavia, infra pronepos proneptis. Ex transverso fratris sororisque filius filia, et consequenter patruus amita auunculus matertera. Patruus est patris frater, qui graece πατρός vocatur. Auunculus est matris frater, qui apud graecos proprie μητρός appellatur et promiscue θεῖος dicitur. Amita est patris soror, matertera vero est matris soror, utraque θεῖσ vel apud quosdam γηθῖσ appellatur. iiii. gradu supra abavus abavia, infra abnepos abneptis. Ex transverso fratris sororisque nepos neptis, et consequenter patruus magnus, amita magna. i. aui frater & soror. Consobrini consobrini. i. qui quæve ex fratribus aut sororibus progenerantur. Sed quidam recte consobrinos eos proprie putant dici qui ex duobus sororibus progenerantur, quasi consororinos. Eos vero qui ex duobus fratribus progenerantur proprie patruales vocari. Si autem ex duobus fra-

tribus sorores nascantur, sorores patruales vocantur. At eos qui ex fratre et sorore progenerantur amitinos proprie dici. Amitae tuæ filii consobrini te appellant, tu illos amitinos. Quinto gradu supra atavus atavia, infra atnepos atneptis, ex transverso fratris sororisque pronepos pronepotis, & consequenter propatruus proamita. i. proavi frater et soror. proauunculus promatertera. i. proavia frater & soror. Item fratris patruelis sororis patruelis consobrini et consobrini, amitini et amitinae, filii filia, propior sobrinus sobrina. Hi sunt patruus magnus, amita magna, auunculi magni, matertera magna, filius filia. Sexto gradu sunt supra, tritavus tritavia, infra trinepos trineptis. Ex transverso fratris sororisque abnepos abneptis, et consequenter abpatruus, abamita. i. abavi frater et soror, abauunculus abmatertera. i. abavia frater et soror. Item sobrini sobrineque. i. qui quæve ex fratribus sororibus vel patruelibus vel consobrini vel amitinis progenerantur. Hactenus ostendisse sufficiat quemadmodum gradus cognationis numerantur. Namque ex his palam est intelligere quemadmodum ulterius quosque gradus numerare debemus. Quippe semper narrata quæque persona gradum adiciat, vel longe facilius sit respondere quoto quod gradu sit quam propria cognationis appellatione quemque denotari. Agnationis gradus eodem modo numerentur. Sed cum magna veritas occultata fide quam per aures animis hominum infigitur, ideo necessarium duximus post narrationem graduum etiam eos in praesenti libro inscribi quatenus possint et ex auribus et ex oculorum inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci. Stemmata dicuntur ramusculi quos advocati faciunt in genere cum gradus cognationum partitur, ut puta ille filius ille pater, ille avus, ille atavus et cæteri quorum figurae hæc sunt.



De agnatis et cognatis.

Cap. vi.

Agnati dicti eo quod accedant pro natis dum de sunt filij. Qui ideo prius in gente agnoscuntur, qui veniunt per virilis sexus personas. veluti frater eodem patre natus vel fratris filius / ne posset ex eo. Item patruus cognati dicti, quia sunt & ipsi per propinquitate cognationis coniuncti. Qui ideo per agnatos habentur, quia per feminini sexus personas veniunt, nec sunt agnati, sed alias naturali iure cognati. Proximus propter proximitatem sanguinis appellatus. Consanguineus vocatus eo quod ex uno sanguine, id est ex uno patris semine nati sunt. Nam semiviri spuma est sanguinis ad instar aquae in scopulos collisae, quae spumam candidam facit, vel sicut vinum nigrum quod in calice agitata spumam albam reddit. Fratres dicti, eo quod sint ex eodem fructu, id est ex eodem semine nati. Germani vero de eadem genitrice nascendo manentes non ut multi dicunt, de eodem germine, quod tamen fratres vocantur, ergo fratres ex eodem fructu, germani ex eadem genitrice manentes. Vterivocatus eo quod sunt ex diversis patribus & uno utero editi. Noverus tamen mulieris est. Quatuor autem modis fratres dicitur in divinis scripturis, natura, gente, cognatione, affectu. Naturae ut esau & iacob, andreas & petrus, iacobus & iohannes. Gentes, ut omnes iudei fratres inter se vocantur, ut in deuteronomio. Si autem emeris fratrem tuum quod est hebraeus. Et apostolus. Optabam inquit ego anathema esse a Christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem qui sunt israelitae. Porro cognatione fratres vocantur qui sunt de una familia id est patria, quas latini paternitas inter praetatur, cum ex una radice multa generis turba diffunditur, ut in genesi dixit abraham ad loth. Non sit rixa inter me & te & inter pastores meos & pastores tuos, quia fratres sumus. Et certe loth non erat frater abraham sed filius fratris eius aram. Quarto modo affectu fratres dicti, qui in duo scinduntur speciale et commune. Speciale quo omnes Christiani fratres vocantur, ut ecce quod bonum et quod iocundum habitare fratres invicem. In communi autem cum & omnes homines ex uno patre nati, pari inter nos germanitate coniungimur, scriptura loquente. Dicitur his qui oderunt fratres nostros estis. Germana ita intelligitur, ut germanus eadem genitrice manens. Soror autem ut frater. Nam soror est ex eodem semine, dicta quod sola cum fratribus in sorte agnationis habeat. Fratrum filii patruus dicti eo quod patres eorum germani fratres inter se fuerunt. Consobrini vero vocati qui aut ex sorore & fratre, aut ex duabus sororibus sunt nati, quasi consobrini. Fratruus autem materterus sunt filii. Sobrini consobrinos filii. Thius graecum nomen est. Patruus frater patris est, quasi pater alius. Unde et discedente patre pupillum prior patruus suscipit, & quasi filium lege tuetur. Auunculus est matris frater, cuius nomen forma diminutivi habere videtur, quia ab avo venire monstratur. Amita est soror patris, quasi altera mater. Matertera est soror matris, quasi altera mater. Socer est qui filiam dedit. Gener est qui filiam

duxit. Gener autem dicitur quod asciscatur ad augendum genus. Socer autem & socrus quod generum vel nuntium sibi associavit. Vitricus autem quod uxorem ex alio viro filium aut filiam habentem duxit. Et dicitur vitricus quasi nutriticus, quod a matre superducatur novus. Priuignus est quod ex alieno patre natus est, & priuignus dici putatur quasi priuigenus, quia prius genitus. Unde & vulgo ante natus. Vocabula autem a gente haec videntur declinata, genitor genitrix agnati agnatae, cognati cognatae per genitores per genitrices, germani germanae. Haec consanguinitas dum se paulatim per paginam ordinibus dirimens usque ad ultimum gradum subtraxerit, & propinquitas esse desierit, eam rursus lex matrimonii vinculo repetit & quodam modo reuocat fugientem. Ideo autem usque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex gradibus mundi generatio & hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminaretur.

Item de praedictis affinitatibus.

Autor mei generis pater mihi est, ego illi filius aut filia. Patris mei pater mihi avus est, ego illi nepos aut neptis. Patris mei avus mihi proavus, ego illi pronepos aut proneptis. Patris mei proavus mihi abavus est, ego illi abnepos aut abneptis. Patris mei abavus mihi attavus est, ego illi adnepos aut adneptis. Patris mei attavus mihi tritavus est, ego illi trinepos aut trineptis.

De patruis.

Patris mei frater mihi patruus est, ego illi fratris filius aut filia. Patruus mei pater mihi pater magnus est, ego illi filii fratris aut filia. Patruus mei avus mihi propatruus est, ego illi filij filij nepos aut neptis. Patruus mei proavus mihi adpatruus est, ego illi nepotis aut neptis filius aut filia.

De amitis.

Patris mei soror mihi amita est, ego illi fratris filius aut filia. Amita mea mater mihi amita magna est, ego illi filij fratris filius aut filia. Amita mea avia mihi pamita est, ego illi neptis filius aut filia. Amita mea proavia mihi abamita est, ego illi neptis nepos aut neptis.

De auunculis.

Matris mei frater mihi auunculus est, ego illi sororis filius aut filia. Auunculi mei pater mihi auunculus magnus est, ego illi filij sororis filius aut filia. Auunculi mei avus mihi proauunculus est, ego illi filij nepos aut neptis. Auunculi mei proavus mihi abauunculus est, ego illi neptis filius aut filia.

De materteris.

Matris mei soror mihi matertera est, ego illi sororis filius aut filia. Matertera mea soror mihi matertera magna est, ego illi sororis nepos aut neptis. Avia mea soror mihi abmatertera est, ego illi sororis pronepos aut proneptis. Proavia mea soror mihi promatertera est, ego illi neptis filius aut filia.

De coniugiis.

Conjugium significat, non coniugium, nisi adiectione viri. Maritus vero est sine adiectione coniugem sonat, & a matre maritus, quasi mas

Est enī nomen primę positionis, quod facit in dimi-
nutione masculus, & deriuatione marit⁹. Spōsus a
spōdēdovocatus. Nā ante vsum tabellarū matrimo-
nii cautiōes sibi inuicē emittebant in quib⁹ spō
debāt se inuicem consentire in iura matrimonii, &
fideiussores dabant. Vnde et admissum est vt spon-
sum dicamus virū a spondendo & spōsā similiter.
Ceterū proprie spōdere velle est. Ergo spōsus non
quia promittitur, sed quia spōdet & sponsores dat.
Arrabo dicta, quasi arrabona. Quod enī datur p
cōiugio, bñ datur coniugiū bonum est, quod vero
causa fornicationis aut adulteriū, malū est, iccirco
arrabo nō est. Dicta aut arra a re pro qua traditur
Est aut arra nō solum sponsio coniugalis, sed etiā
pro qualibet pmissa re datayt cōpleatur. Proci nu-
ptiay petitores a precādo et petendo dicti. Pronu-
ba dicta eo q nubētibus pcest, quęq; nubentē vi-
rū cōiungit, & ipsa est & parānympha, nā nympa
sponsa in nuptiis, & nympa pro lauatiōis officio
quod et ad nomē nubētis alluditur. Cōiugesappel-
lati ppter iugū quod imponitur matrimonio cōiū-
gendis. Iugo ei nubētes subiici solent propter futu-
rā concordia ne separenť. Cōiuges aut verius ap-
pellātur a prima despōsatiōis fide, quā adhuc iter
eos ignoreť cōiugalis cōcubitus, sicut ioseph ma-
rię cōiunxvocatur, inter quos nec fuerat nec futu-
ra erat carnalisvlla cōmixtiō. Nuptę dictę q vult⁹
suos velēt. translātū nomē a nubib⁹ quib⁹ tegitur
cēlum, Vñ & nuptię dictę dñr q ibi primū nubētū
capitavelantur. Obnubere ei cooperire est. Cui cō-
traria iunuba hoc est innupta, quę adhuc vultū su-
um nōvelat. Vxores vocatę quasi vnxiores. Moris
enī erat antiquitus vt nubentes puellę simul veni-
rent ad limen mariti, & postes anteq; ingrederent
ornarent laneis vittis, & oleovngerētur. Et in vxo-
res dictę quasi vnxiores, quę ideovetabātur limina
calcare, q illic ianue et cocant & separētur. Matro-
na est quę iam nupsit, & dicta matrona quasi ma-
ter natī, vel qa iamater fieri potest vñ et mrimoni-
um dictū. Distinguitur aut iter matronā et matres
matręq; familias. Nā matronę, quia iā in matrimo-
nio cōuenerunt, matres quia genuerūt, matressa-
mīlias quia iā per quādā iuris solēnitatē in familiā
mariti trāsierunt. Monogam⁹ dictus qui vni tantū
nupsit. Mono enī apud gręcosvñ dē, gamos nup-
tię interpretātur. Bigamus aut et trigam⁹ a nūe-
roxorū vocatus, quasi duayvel triū marit⁹. Vi-
duavocata q cū viro vno fuerit, nec circa cōfortiū
alterius viri post mortē primī cōiugis adheferit. nā
q alteri post mortē prioris viri nupsierint, vidue nō
dñr. Itē vidua dicta q sola sit, nec circa cōfortiū al-
terius viri coniugalia iura custodiat. Fratris vxor
fratris vocatur. Mariti frater leuir dē. Duorū iter
se fratrū vxores ianitrices vocātur, quasi eandē ia-
nuā terētes, vel p eādē ianuā iter habentes. Viri so-
ror glos appellat. Sororis vir speciale nomē nō hz
nec vxoris frater. Matrimoniū est nobiliū iusta cō-

uentio & cōditio. Cōiugiū est legitimarū persona-
rū inter se coeūdi et copulandi nuptiay. Cōiugium
est dictū quia coniunti sunt, vel a iugo quo in nup-
tiis copulētur, ne resolui aut separari possint. Con-
nubiū aut nō a nupta sed a nubēdo formatū. Dici-
tur aut cōnubiū, cū equales i nuptiis coeunt, vtpu-
ta ciues romani, parivtiq; dignitate. Cōnubiū autē
nō est cū ciuis romanus cū latina iungit. Quotiēs
aut cōnubiū nō ē filii patrē nō sequūt. Hymeneus
dē a quodā hymenęo qui prim⁹ psperevisus ē nup-
ptiis, vel apo tu hymenęos, quę mēbranę virginita-
tis ē claustrū. Cōtuberniū ē ad tēpus coeundi con-
uentio vñ et tabernaculū quod mō huc mō illuc p-
figitur. Repudiū est quod sub testimonio testiū vel
presentivel absentimittit, diuortiū est quotienscū-
q; dissoluto matrimonio, alter eorū alteras nuptias
segtur. Diuortiū aut dictū a flexuviarū, hoc ē vias
in diuersa tēdentes. Friuolum est cū eo aīo separā-
tur vt rursū ad se inuicem reuertentur. Nā friuo-
lū est velut quallę mētis & fluxę nec stabilis. Pro-
prie aut friuola vocātur, fictiliavasa inutilia. Tres
aut ob causas ducitur vxor. Prima est causa prolis
de qua legitur in genesi, et bñdixit eis dicens. Cre-
scite & multiplicamini. Secūda causa adiutorii, de
qua ibi in genesi dicitur. Non est bonum hominēz
esse solū, faciamus ei adiutorium simile sibi. Ter-
tia causa innocētię. Vñ dicit apostol⁹, vt qui se nō
continet nubat. In eligēdo marito quatuor specta-
ri solent, virtus, genus, pulchritudo, sapientia. Ex
his sapiētia potētior est ad amoris effectū. Refert
hec quatuor Virgilius de enea q his dido impulsa
est in amorē eius. Pulchritudine, quę sese ore ferēs
Virtute, q forti pectore et armis. Orationē, heu q-
bus ille iact⁹ fatis quę bella exhausta canebat. Ge-
nere, Credo equidem nec vna fides genus esse deo-
rum. Itē in eligēda vxore quatuor res impellūt ho-
minē ad amorē, pulchritudo, genus, diuitię, mores
Melius tñ si in ea mores querātur q pulchritudo.
Nunc aut ille queruntur, quas diuitiay aut forma,
non quas probitas morū cōmēdat. Ideo aut foēmi-
nē sub viri potestate consistuit, quia leuitate animi
plērūq; decipiuntur. Vnde et equum erat eas viri
auctoritate reprimi. Proinde et veteres voluerunt
foēminas innuptas quīs perfectę etatis essent, pro-
pter ipsam animi leuitatē in tutela consistere.

¶ Finit liber nonus.

¶ Incipit liber decimus de quibusdam vocabulis
nominum per alphabetum distinctis.

ORigo quorū dā noīm. i. vnde veniant nō pe-
ne oībus patet. Proinde quēdā noscendi gra-
tia, huic operi interiecinus. Licet origo no-
minum, vnde veniant, a philosphis eaz teneat ra-
tionem, vt per dominationem homo ab humanita-
te, sapiens a sapientia nominetur, quia prius sapiē-
tia deinde sapiens, tamen claret alia specialis in
origine quorū dā noīm causa, sicut homo ab hu-

mo. vnde proprie est appellatus ex quibus exempli gratia quedam in hoc opere posuimus.

Aeros vir fortis et sapiens. Auctor ab augendo dictus. Auctore foeminino genere dici non posse. Nam quedam sunt quae in foeminino genere poni non possunt ut cursor, actor ab agendo. Alumnus ab alendo vocatus, licet & qui alit & qui alitur alumnus dici possit. i. & qui nutrit & qui nutrit, sed melius tamen qui nutritur. Amicus per derivationem quasi animi custos. Dictus autem proprie amic⁹ ab hamo. i. a cathena charitatis, vnde & hami quae teneant. Amator turpitudinis, quia amore torquetur libidinis. Amabilis autem quae sit amore dignus. Amasius eo quae sit pronus ad amorem, Astutus ab astu vocatus, quod est callidi & cauti nominis, qui possit sine periculo fortiter aliquid facere, Argutus quia argumentum cito inuenit in loquendo. Acer, in vna quaque forma veget⁹ ac nimius. Alacer a velocitate et cursu, quasi diceret aliger. Armiger quae arma gerat. Alacris, letus, alacriter gestiens, & nullius rei nouitate turbat⁹. Agilis ab agendo aliquid celeriter, sicut docilis. Aemulus, eiusdem rei studiosus, quasi imitator & amabilis, alias inimicus inuenitur. Aequus est secundum naturam iustus, dictus ab equalitate hoc est ab eo quae sit equalis, vnde & equitas appellata ab equalitate quaedam scilicet. Aequus, eo quae sit alteri equalis euo. i. coetaneus. Arrogans, eo quae multum rogetur, & ille multum fastidiosus sit. Audax proprie pro arrogante ponitur. Animosus, eo quae sit animis et viribus plenus. Animat⁹ quasi animo auctus, & quasi animo firmatus. Aelatus, pro eo quae seipsum super mensuram eleuet, dum magnus libidinetur de his quae agit. Attollens quae se eleuet et erigat. Ambitiosus quae honores ambiat. Auidus dictus ab auendo, auere enim cupere est. Hinc et auar⁹ Nam quid est auarum esse? progredi ultra quam sufficit. Auarus ex eo dictus quae sit auidus auri et nunquam opibus expleatur, et quantum plus habuerit tantum plus cupiat. Flacci super hoc concordante sententia, qui ait, Semper auarus eget. & Salustius quae neque auaricia copia neque inopia minuatur. Amarus a sapore translatum nomen habet. Est enim insuavis, nec nouit quaeque ad confortium suum aliqua inuitare dulcedine. Adulter violator maritalis pudoris, eo quae alterius thorum polluit. Anceps huc illucque fluctuans ac dubius istud an illud capiat, & in qua parte declinet anxius. Atrox quae sit tetricis moribus. Abstinius a temeto. i. vino quasi abstinens a vino. Ablact⁹, quae sit a lacte ablatus. aeger quae agatur infirmitate vel tristitia ad tempus. aegrotus quae sit eger frequentius, sicut iratus & iracundus. aerunofus, a rumine dict⁹ quae per inopiam miser factus esuriat et sitiatur. Auspex eo quae auium auspicia intendat, sicut auceps, et aues capiat. Astrosus ab astro dictus quasi malo sydere natus. Aenormis eo quae normam & mensuram excedat. abactor est fur iumentorum et pecorum quae vulgo abigeum vocant, ab abigendo. i. atramus & albus, ille a veste nigra, iste ab alba. aduena eo quae

aliunde adueniat, alienigena, qui ex alia gente genitus est, et non ex eavbi est. Item alienigena quae ex aliene regionis sit et non eius vbi est. accola eo quod adueniens terram colat, agricola a colendo agro, sicut siluicola, affecla eo quod sequatur aliquam lucricausa. assiduus dicebatur apud antiquos, qui assiduis ad aeriarium expensum conferendis praeratur, et in negociis quoque publicis frequens, vnde et per se non potest scribendum est. apparitor nominatus quod appareat ut videatur, & praesto sit ad obsequium. attentus ut aliquid audiens teneat, attonitus veluti furore quodam instinctus atque stupefactus. Dictus autem attonitus a tonitruum strepitu quasi tonitruo stupefactus & vicino fulgore aut tactu proximus. allectus quod sit palam electus. abactus, quod sit ab actu remotus. abortiuus eo quod non oritur, sed abortiatur, et excidat. adoptiuus qui est palam adoptatur in filium ambo, ab eo quod est $\alpha\mu\phi\omega$ nomen de graeco latino factum litera tertia demutata. alius de multis dicitur. alter vero e duobus vocatur, aequimanus appellatur quoniam utraque manu gladio incunctanter utitur.

Beatus dictus, quasi bene auct⁹. i. ab habendo quod vult, et nihil patiendo quod non vult. Ille autem vere beatus qui habet omnia quae vult bona, et nihil vult mali. Ex his enim duobus beatus homo efficitur Bonus a venustate corporis creditur dict⁹, postea et ad animi translatum nomen. eum autem dicimus bonum cui non praevalet malum cumque optimum qui peccat minimum. Benignus est vir sponte ad benefaciendum paratus et dulcis alloquio. Non autem multum distat benignus a bono, quia et ipse ad benefaciendum videtur expositus. Sed in hoc distat quia potest bonus esse et tristior, & bene quidem facere et praestare quod poscit, non tamen suavis nouit esse confortio. Benignus autem sua cunctos nouit inuitare dulcedine. Beneficus a benefaciendo alteri dictus. Vnde et beneficium vocatur quia proximo prodest. Beniuiolus, quia bene vult. Non tamen dicimus beneuiolus, sicut nec maleuiolus. saepe enim ex duabus artibus compositum nomen, aut priorum aut sequentem literam corrumpit. Nam beneuolentia absurdum sonat, Bladus dulcis et inuitans ad familiaritatem sui. Brutus, quasi obrutus, quia sensu caret. Est enim sine ratione, sine prudentia Vnde et ille Iunius brut⁹ ex sorore tarquinii superbi genitus cum eundem casum timeret quem frater inciderat, qui ob diuitias et prudentiam ab auunculo fuerat occisus, utilem temporis stulticia simulauit. Vnde etiam Brutus est cognominatus, dum vocaretur Iunius. Balbus a ballando potius quam a loquendo dictus, verba enim non explicat. Inde et blefus qui uerba frangit. Bucco garrulus, quod ceteros oris loquacitate non sensu exuperet. Bilosus quod sit semper tristis ab humore nigro qui bilis vocatur. Barburrus. stultus ineptus. Biothanatus quod est bis mortuus. Thanatos enim graeco sermone mors dicitur.

CLarus a caelo q̄ splēdeat. Vnde & clara di-
es p̄ splēdore caeli. Celitus a caelo dicit̄ q̄ sit
sublimis & altus quasi celestis. Cast̄ primū
a castratione nuncupatus, postea placuit a veteri-
b̄ etiā eos sic nominari, qui perpetuā libidinis ab-
stinentiā pollicebātur. Celes dicit̄, quia iter sibi fa-
cit ad celū. Celes cōnubii expersqualia sunt noīa
in caelo quē absq; cōiugibus sunt. Et celes d̄, qua-
si caelo beatus. Celicola, eo q̄ celū colat. Est ei āge-
lus. Continens nō solū in castitate dicitur, sed in ci-
bo & potu, in ira quoq; et vexatione mentis et de-
trahendi libidine. Et cōtinēs d̄ qui se a multis ma-
lis absteineat. Clemēs misericors ab eo q̄ cluat. i. p-
tegat & tueatur, sicut solet patronus clientē. Con-
cors a cōiunctione cordis est appellatus. Naz̄ sicut
cōfors dicitur qui fortem iungit. ita ille concors di-
citur qui corde iungitur. Cōcionator, multitudinis
allocutor. Cōsolator vniū allocutor, Et inde dicit̄
cōsolator, q̄ soli se applicet cui loquitur, et solitu-
dinē leuat alloquio. Hinc et solatiū. Consult̄ est
qui consultitur, cui cōtrariū est incōsultus, qui non
accipit cōsiliū. Cōstans dicitur, q̄ vndiq; stat, nec
in aliquā partē declinari pōt. Confidens q̄ sit ī cū-
ctis fiducia plenus. Vñ et Cicilius. Si cōfidētiaz ha-
bes cōfide oīa. Cautus a cauēdo dicitur. Callidus,
fraudu lentus quia celare nouit et male perit̄. cal-
lidū aut̄ veteres non pro astuto tm̄ sed etiā p̄ astu-
te docto ponebāt. Hunc & versutū ab eo, q̄ animū
citoveritat. Cupidus a cupiendo multū. i. accipien-
do vocatus. Clamosus quasi calamosus, a calamo.
s. q̄ sonet. Calūniator falsi criminis accusator, a cal-
uando. i. frustrando et decipiendo dicitur. Calcula-
tor a calculis. i. lapillis minutis, quos antiqui in ma-
nu tenētes nūeroscōponebāt. Compilerator qui alie-
na dicta suis permiscet, sicut solent pigmetarii ī pi-
la diuersa mixta contundere. Hoc scelere quondā
accusabatur mātuānus ille vates cū quosdā vers̄
Homeri transferēs suis permiscuit, et cū cōpilator
veterū ab emulis diceretur, ille respōdit magnarū
esse virū clauē herculi extorquere de manu. Con-
tumax ab eo q̄ contēnat. Chromaticus, quia nō cō-
funditur nec colorē mutat. Græce enī chroma co-
lor vocat̄. Cōtumeliosus, quia velox est & tumet in
verbis iniurię. Cōtentiosus ab intentione vocatus
qui nō ratione aliqua, sed sola pertinacia vindicat
Contēptibilis, vel quia cōtēptui habilis, v̄ quia cō-
temptus & vilis id est sine honore, Crudelis, hoc ē
crudus, quem græci homon appellant, per trās-
lationē quasi non cōtus nec vsui habilis. Est enī asp-
& arduus. Carnifex q̄ carnē afficiat. Cruciariseo
q̄ sit cruce dignus, Collega a colligatione sociatis
& āplexu amicitiae dicit̄. Coetaneus, quasi cōpar-
etatis. Cōplex qui vno p̄ctō vel crimine alteri est ap-
plicatus ad malū. Ad bonū vero nunq̄ dicimus cō-
plicē, Cōfors eo q̄ ad eū pars pertinet, Nā fortem
veteres pro parte ponebant. Cōfors ergo q̄ sit cō-
munis forte. Celer appellatus a celeritate, quia q̄

vsus exigit velocius facit. Cōfinitialis ab eo q̄ sit ge-
nere vel loco affinis. Colon̄ a Colonia. vel ab agro
colendo dicitur, curator q̄ corā ferat pueris qui ad
huc eius etatis sunt, vt negocia sua satis admini-
strare non possint. cognitor a cognoscēdo causam
dicitur, clientes, prius colētes dicebātur a colendis
patronis. captus. captiuus d̄ quasi capite diminu-
tus ingenuitatis, fortuna enī ab eo excidit, vnde &
aviris peritis capite diminutus d̄. colonus a colū-
navocatus, eo q̄ erectus et firmissimus sit. cōptus,
a coma dicitur, q̄ sit formosus capillis vel quia co-
mā nutrit. calamistratus a calamistro. i. acu ferreo
in calami similitudine facto ī quo crines obtorquē-
tur, vt crispi sint, quē ī cinere calefacere solēt q̄ ca-
pillos crispunt, vt calamistrati sint. corpulēns q̄
sit corpore validus, & lētis carnib̄. crassus a sagi-
nato corpore, a creando carnes. comessor a come-
dendo satis. Est enī gulę acvētā imoderate dedi-
tus. pessimus devino aquā faciens. candidus, can-
dicitur a cādore, & cādidos quasi cādori datus. Stu-
dio enī accedit cādor. Nā album vocari nature est
clodus, curuus, crispus. cecus appellatus q̄ careat
visu est enī luminibus amissis. cecus est qui vtroq;
oculo nō videt. caduc̄ a cadendo dicitur. i. lunatic̄
eo q̄ certo lunę tēpore patiatur. cōfusus a cōfusio-
ne sceleris appellatus. Inde cōfusio. cōuulsus dicit̄
cui sua vi aliqua adimunt̄. Vñ & cōuuls̄ nauis cui
eminētiaz vi tēpestatis adimunt̄. Vñ & Virgil̄. Vix
septē cōuulsæ vndis, quasi mutilatę. cōsumpt̄ to-
tus sumptus & deuorans. cōsiliatrix ob societatez
flagitiosæ cōsensionis dicta eo q̄ intercurrat alie-
nūq; nūdinet corpus. Hāc etiā & lenonem vocant.
circōforanus qui aduocationū causa circūfora &
cōuentus vagatur. collegiatus. carpentarius.



DOminus p̄ deriuationem dicitur quod do-
mū p̄lit & cūctę familię dominef. Disera-
tus doctus a differēdo dicitur, disposite ei
differit, doct̄ a dicēdo vñ & doctor. Docili-
lis nō quod sit doctus, s̄ quia doceri pōt est ei īge-
niosus et ad discendū aptus. Discipulus a discipli-
na dicitur. Disciplina aut̄ a discēdo vocatur. Dispē-
fator vocatur cui creditur administratio pecuniæ
rū & iō dispēfator, quia pri⁹ qui dabāt pecuniā nō
numerabāt eā s̄ appēdebāt. Diues ab ære vocat̄
vel diu descēs. Decorus perfectus a decē d̄. Dul-
cis. Decēs cōposit̄ a nūero decē d̄. Hic & decorus
& decibilis. Direct̄ eo quod in rectū venit. dilectus
a diligētia. Hęc sūt ei signa diligēdi. Diligēs. Deli-
but̄ de oleo vñt̄ vt arletę solēt, vel ī ceromate pu-
eri. Hic & Delibutū gaudio. i. supflūū vel plenum.
Delicat̄, quod sit delitiis pastus, viuēs in epulis, et
nitore corporis. Defessus, semp̄ infirmus quasi diu
fessus. Debilis quod per bilem facēt̄ sit fragilis. bi-
lis enim humor est afficiens corpus. Decolor quod
desitei color. Desperatus vulgo vocatur mal̄, ac
perditus, nec iam vllius prosperæ spei. Dicitur au-
tem per similitudinem ægrorum qui affecti et sine

spe deponunt. Cōsuetudo autē erat apud veteres, vt desperati añ ianuas suas collocarēt, velyt extre mū spiritū redderent terræ, velyt possent a transe untibus forte curari, qui aliqñ simili laborauerant morbo. Degener autē q̄ sit ignobilis, aut q̄ sit ipa ri gene, aut si dū sit optimo gñe natus, inhonestæ tñviuit. Decrepitus q̄ morti sit propior, & quasi ad mortis tenebras vertat, sicut crepusculū tēpus noctis. Alii dicūt decrepitū, nō qui senectute auuls⁹ ē sed qui iā crepare desierit. i. loqui cessauerit. Depreciatus ab eo q̄ sit vilis, nec aliquo precio dign⁹. Dirus preparcus & teter, & quasi diuina ira in id act⁹. Nā dirū dicitur quod diuina infertur ira. alias dirus manus. Dehiscens, valde hiscens. Hic eī de augētis est vt de amare desiderare. Despiciēs, eo q̄ deorsum aspiciat, vel cōtēptui habeat. Dolosus, insidiosus vel malignus, ab eo q̄ deludat. Vt enī decipiat occultā maliciā blādis sermonibus ornat, Dubius incertus, quasi duarū viarū. Delator dictus eo q̄ detegat quod latebat. Dilator, quia differt ad pferendum. Desidiosus, tardus, piger a desidero vocatus. i. valde sedēdo. Itē & residens a residendo. De eī hic augētis est. Delirus mente defect⁹ p̄ etatē apo tu lirā, vel q̄ a recto ordine et quasi a lira ab erret. Lira ē enī arationis gen⁹ cū agricolę facta se mēte dirigūt sulcos. i. quos oīs seges decurrit. Demēs idē q̄ amēs. i. sine mēte, vel q̄ diminutionē habeat mētis. Desipiens eo q̄ anī sapere incipit q̄ solebat. Dānatus & dānabilis, quoz prior iā addit⁹ ē sequēs pōt adduci. Degulator, eo q̄ sit gulę dedit⁹.



Loquens, p̄fus eloquio. Exertus i loquēdo expeditus. Exerere eī p̄ferre vel expedit est. Eruditus quia nō rudis s̄ iā doct⁹. Expt⁹ multū perit⁹. Ex enī hic provalde ponit sicut excelsus, quasi valde celsus, & eximi⁹ quasi valde eminēs. Efficax dictus, quia nullā difficultatē habet in qualibet re faciēda. Hinc & efficiens a faciēdo dict⁹. Expesq̄ sit sine spe, Expers, quia extra ptē, caruit eī parte. Exors quia extra sortē ē. Exul, quia extra solū suum est, quasi trans solū missus, aut extra solū vag⁹. Nā exulare dicūtur qui extra solū eunt. Extorris, quia extra terrā suā est, quasi ex terris, s̄ proprie exterris cū vi expulsus sit, & cū terrore solo patrio eiectus. & extorris ex terra sua expulsus. Exterris extra terrā, aut extra terminos suos, quia exterref. Exterminator, nō ille qui vulgo dī εξοριστορ, s̄ qui deicit et expellit a terminis ciuitatis. Exterminatus ab eo q̄ sit extra terminos terminos suos eiectus. Sic & extrem⁹ ab eo q̄ sit alienę terrę. Egēs & egenus, sine gēte & sine genere, indigēs & egenus. Exiguus, multū egens. ex enim provalde ponitur. Exilis, tenuis, q̄ possit quis per angustum exire, siue sine illis. Exesus, quia percomesus. Est enī aridus tenuis et exilis. Exhaustus quia cōsumptus est et inanis effectus. Exanguis, q̄ sit extra sanguinē. Exanimis est mortuus. exanimis autemet exa-

nimus dicim⁹, & sicut vnanim⁹ et vnanimis, inerm⁹ et inermis, et hoc nostro arbitrio subiacet. Exust⁹ dī de quo nihil superest, quasi valde vstus. Ex enī provalde ponitur. Exosus ab odio dictus. Nam antiqui et odi dicebant, & exosus sum. Hinc est exosus quo vtimur, licet iā osus non dicamus. Exitiosus eo q̄ multis exitio sit. Executor ab equendo. Idē & exactor. Effrator q̄ sit expugnator claustrorum. Effratus mēte ferma effectus, & vltra humanū modū excedēs. Effrenatus ab eo q̄ sit p̄ceps & pronus et sine freno rationis. Eunuchus gręcuz nomen est, quod est spado. Horū quidā coeunt, sed tñ virtus in semine nulla est. Liquorē enī habent & emittunt, sed ad gignendum inane atq; inualiduz. Effeta ab eo q̄ sit frequenti fetu exhausta. Partus enim eam assiduus debilem reddit.

Dictus est facundus, quia facile fari possit. Facet⁹ qui iocos & lusus gestis & factis cōmēdat a faciēdo dictus. Frugilis a fruge nominatus, id est fructu vel parsimodia, siue vt alij volūt modestię tēperātia. Fenerator qui pecuniaz deponit apud debitorē, quasi fenerator actor. Nā fenerator pecunia est. Fenerator autē latine dī et qui dat mutuū et qui accipit. Flamines pontifices idolorū. Felix dī qui felicitatem dat. felix qui accipit, & felix per quē datur felicitas. vt felix tēpus, felix locus. Fidelis pro eo q̄ sit ab eo id quod dicit vel prōmittit bonū. Facilis a faciēdo nec tardus. Firmus vnde et formosus. Fortis quia fert aduersa vel quecūq; acciderint, siue a ferro quod sit durus nec molliatur. Formosus a formo dictus. Formū enī veteres calidū & feruens dixerūt. Feruor enī sanguinē mouet, & sanguis pulchritudinē. Fedus nomē habet ab hirco & ab edo. f. littera addita. Hūc veteres in graui significatione ponebāt. vt sanguine fedātes quos ipse sacrauerat ignes. Fragilis dict⁹, eo quod facile frāgi possit. Fessus, quasi fissus, nec iā iteger salute, est autē generale. Dicimus enī fessus animo vt Terentius. Fessus vale recedit. & fessus corpore quod magis est proprium. & fessus rerū a casu morientū. Fatigatus quasi fatis agitatus. Formidolosus a formo. i. sanguine dictus cū se acute ad p̄cordia fugiens cōtrahit sanguis. Nā timor sanguinem gelat, qui coactus gignit formidinem vnde ē illud. Gelidusq; coit formidine sanguis. Formidolosus autē cum sit timidus, & timendum significat. Fatuus ideo existimatur dictus, quia neq; quod fatur ipse. neq; quod alii dicūt intelligit. Fatuos originē ducere quidam putant a miratoribus fatuz fauni vxoris fatidice, eosq; primum fatuos appellatos. quod p̄ter modum obstupescit sunt vaticiniis illius vsq; ad amantiā. Fauor ab eo quod faueat et cōsentiat. Fictor appellatus a fingendo & cōponendo aliquid, sicut qui capillos mulierum linīt & pertractat vngit & nitidat. Fallax quod fando. i. loquendo decipiat. Feruidus iracundus. Ira enim inflamat. Frenens quod mirando frāgat

dentis et comprimat. Fremens id est cum furore vociferans. Ferox ab eo quod ferocitate exerceat ut bestia. Fur a furuo dicitur est. id est a fusco. Nam nocturno utitur tempore. factiosus inter opprobria cum seditio sum accipivolumus, cum vero gratiosum, potentem et quasi magnae factionis. factinosus a facti commisso nominatur, facit enim quod alteri nocet. femellarius feminis deditus, quem antiqui mulierarius appellabant. flagitiosus eo quod frequentius flagitet atque appetat libidinem. furcifer dicebatur olim qui ob lene delictum cogebatur a dominis ignominiae magis quam supplicii causa furcam circa viam ferre, predicans peccatum suum, & monere ceteros ne quid simile peccarent. futilis vanus superflus loquax. Et est methaphora vasis fictilibus quae cassae et rimosa non tenent ea quae inieceris. fornicari. fornicatrix est, cuius corpus publicum et vulgare est. haec sub arcuatis prosternebatur, quae loca fornices dicuntur unde & fornicari. Virgilius atque aduerso fornicem. fecunda a fetu dicta quasi fetu abunda. Est ei partu frequens. fetu praegnant. Flens quasi lachrymas fluens. fugitiuus nemo recte dicitur, nisi qui dominum fugit. Nam si paruulus puer a nutrice aut a scholis discesserit, fugitiuus non est.

Gloriosus, a frequentia claritatis dicitur pro cetera littera commutata. Gloriosus a laurea dicitur quae datur victoribus. Gnarus sciens, cui contrarius est ignarus nesciens. Grauis venerabilis. Vnde & contemptibiles leues dicimus. Grauis pro consilio & constantia dicitur, qui non leuia motu dissilit, sed fixa constantie grauitate consistit. Gracilis. Gracilis. Gracilis quod sit gracilis quo. Gratus, gratiam seruans. Sed tamen & animo & corpore dicitur. Gratificatur ab eo quod gratis faciat bonum. Gratiolus quod plerumque unicuique quae meretur tribuit. Garrulus proprie dicitur qui vulgo verbosus appellatur accedente leticia nec valens nec volens tacere sumptum nomen a graculis auibus quae importuna loquacitate semper strepunt, nec unquam quiescunt. Ganeo luxuriosus, et tanquam in occultis locis & subterraneis. quae ganea graeci vocant Glutto a gula, id est gulosus.

Dumilis quasi humo accliuus. Honorabilis qui si honore habilis, hoc est aptus. Honestus quod nihil habeat turpitudinis. Nam quid est honestas, nisi honor perpetuus id est quasi honoris status. Humanus quod habeat circa homines amorem & miserationis affectum, unde & humanitas dicta. qua nos inuicem tuemur. Habilis quod sit ad habendum commodus atque aptus. Honorosus plus quam boneratus, sicut scelerosus plus quam sceleratus. Hirsutus ab eo quod sit hirtus & pilis horridus. Hypocrita graeco sermone. in latinum simulator interpretatur. Qui dum intus malus sit bonum se palam ostendit. Hypo est falsum, crisin iudicium interpretatur. Nomen autem hypocrite tractum est a specie eorum qui in spectaculis contexta facie incedunt, distinguentes vultum ceruleo minioque calore et ceteris pigmentis habentes simu-

lacia foris linthea, gypsata et vario colore distincta nonnunquam et colla et manus creta perungentes ut ad personae colorem peruenirent et populum dum in ludis agerent fallerent. modo in specie viri modo in foeminae, modo tonsi, modo criniti anili & virginali ceteraque specie etate sexuque diuerso fallant populum dum in ludis agunt. Quae species argumenti translata est in his, qui falso vultu incedunt, & simulat quod non sunt. Nam hypocrite dici non possunt ex quo foras exierint. Humatus quod sit humo tectus id est sepultus.

Ingeniosus dicitur quod intus vim habeat gignendi quilibet arte. Inuentor dicitur quod in ea quae quaeritur venit. Vnde et ipsa quae appellatur inuentio si verbi originem retrahemus, quid aliud resonat nisi quia inuenire est in iduenire quod quaeritur. Interpres quod inter partes medius sit duarum linguarum dum transfert. Sed et qui inter deum quem interpretatur & homines quibus diuina indicat mysteria interpretatur vocatur. Iuridicus quia legum iura dicit. Indolis proprie est imago quaedam futurae virtutis. Iustus dicitur quia iura custodit & secundum legem viuit. innocens quod non noceat. innocuus cui nocitum non sit, sed apud veteres utrumque indifferens est. iularis graecorum nomen est. iocundus eo quod sit semper iocis aptus, & iularitati, a frequentia, sicut iracundus. iocosus iocis uisus inclytus graecum nomen est, Nam clyton graeci gloriosum dicunt. illustris nomen leticiae est quod clareat multis splendore generis, vel sapientiae vel virtutis cui contrarius est obscure natus. idoneus quasi duplicem habens donum. incolumis a columna nomen habet, quasi erectus fortis & stabilis. inmarcessibilis incorruptus & sempiternus, quod sit sine marcore atque languore, intemeratus incorruptus & nulla temeritate violatus. infirmus, quia sine forma id est sine calore. imbecillus, quasi sine baculo fragilis et inconstans. inanis, leuis, inconstans, quia non est stabilis, sed quod placet ei rursus displicet. iactans vel arrogans est quod maiorum institutis non acquiescit, sed propria quadam uiam iustitiae & sanctitatis inquirat. iracundus dicitur, qui accenso sanguine in furore compellitur. Vt est flamma dicitur, et ira inflammat. incentor ab eo quod incendat atque inflammet. incentor quia praua suggestionem ad uicia cor aliorum succendit et persuadendo inflammat. inexpiables quod nunquam expietur, nunquam purgetur. inlaudabilis, non quia laudatus non sit sed quia laudari non meruit. iratus, ira actus. impius, quia sine pietate religionis est. iniquus proprie dicitur quia non est equus, sed inequalis, inter impium autem et iniquum hoc distare nonnunquam solet quia omnis impius iniquus, non tamen omnis iniquus est impius. impius namque pro infideli ponitur & dicitur impius quod sit a pietate religionis alienus. iniquus uero dicitur pro eo quod non est equus sed prauis operibus maculatur ne christianitatis nomine censeatur. inimicus quia non est amicus, sed est aduersarius. Duae autem res inimicos faciunt,

fraus et terror. Terror quod timēt. Fraudis maluz quod passi sunt. Inuidus dictus ab inuidēdo felicitati alteri. Inuidiosus est qui ab alio patit inuidiā. Inuisus, odiosus, ab inuidia & zelo dictus. Intestabilis cuius testimoniū nō valet, & quod dixerint irritum improbatūq; sit. Infamis nō bonę famę. Improbus dictus quod instat etiā prohibenti. Importunus ingetus, quia non habet portū, id est quietē, Vnde et importuni quasi in naufragiū cito feruntur. Infrēnis, hoc est qui frēnis nō regitur vt numidę infrēni. Infrēndēs proprie est inter se cōprimens dētes. Nam & frēdere significat dētibus frāgere. Vñ ne frēdes infantes qui nec dū dentes habent. Ingluuiosus a gula & voracitate dictus. Ingloriosus quod sit sine gloria, id est sine triūphis, Itē iglorius imemor glorię. Informis, ingēs nō quod nō habeat formā, sed quod vltra formā magnitudinē habeat. Inueteratus, eo quod sit multi veterisq; vsus in malicia. Immanis, quia nō bonus, sed crudelis et terribilis. manū enī bonū dī. Vñ & cata antiph rasin, dii manes minime boni. Immunis minime munificus vt est in prouerbio veteri. Immunē ciues odere sui. Itē immunus qui nō facit munia. i. officio nō fungit. est ei omni priuilegio vacuus. Indēnis, eo quod sine dāno uiuat & sine vlla culpa atq; periculo. Iners sine arte & ob hoc ne operi quidē vlli aptus. Inermis vel sine armis, vel sine virib⁹. Nā semp arma p virib⁹ accipiuntur. ignarus ignarus vię. i. ratiōis et vitę. ignarus nō gnarus, id est insci⁹ hoc ē sine narib⁹, olfecisse enī veteres. scisse dicebāt. ignarus aut duo significat. vel qui ignorat, vel qui ignoratur. immemor qui oblitus est, perdit enī memoriā. inscius quia sine sciētia est. idiota imperitus gręcū est, imperitus sine peritiā. incōsultus ab eo quod nō accipiat consiliū. itē incōsultus, quia ē sine consilio & inscius rerū atq; ignarus. ineptus apto cōtrarius est, quasi i aptus. inops qui sine terra est. opē ei terrā intelligimus, quia opē fert fructificando. Alii inopem intelligunt, nō sepultum, inhumatum, cui nec animam mane habēti iurrexit tumult⁹. ignobilis, eo quod sit ignotus et vilis & obscuri gñis, cui⁹ nec nomē quidē scit. ircosus, qa sudore corporis fetido pudet. ignotus ignobilis, vel ex improuiso veniēs. improuius dictus eo quod subito sit & nō porro ante visus index proditor, ab indicādo. indigena vocatus, qđ inde sit genitus. i. i eodē loco natus. impudens ab eo quod pudor & pudicitia procul abest. impudic⁹ a pudice vocat⁹. Pedorē ei & fetorē dicit. incest⁹ ppter illicitā cōmixtionē vocatus, quasi incestus, sicuti qui virginē sacrā vel affinitati suę proximam stuprauerit, internecida ē, qui falsū testamentū fecit & ob id hominem occidit. insidiator negator q nō fatetur sed cōtraveritatē mēdaciū nititur. impostor mendax commendator. interceptor proprie dicitur qui inter duos de medio tollit. insidiosus quod inideat. Nā proprie insidere est dolose aliquē expectare. Vñ & insidię noiatę sunt. incicta id est si

ne cinctu, quia pcingi fortiter vterus non permittit. inuestis id est sine vesie, nondum enīz habet stolam q quod est signum maritalis virginitatis, iscurra vocatur quia causa esce quemlibet conlectatur

¶ Catholicus, vniuersalis. Gręcum enim nomen ē Karus gręcum nomen est, sicut et karitas. Vnde et eukaristia sacrificium. i. bona gratia.

¶ Vculentus ab eo quod sit lingua carus & sermone splendidus. Lector dī a legendo id est percurrendo, Vñ et nauis dī legere quicquid transit. Nā legit, transit pterit vt crebris legimus freta concita terris. item lector a colligendo animo quę legit quasi collector, sicut illud Qui legitis flores. Loquax non est eloquens. Loc⁹ a latitudine. Locuples. quasi oculis plenus. et possessionum plurimarum possessor quemadmodum docet Tullius de re publica in libro secundo, multa quę editione ouium et bouum, quod tūc erat res in pecore & in locorum possessionibus ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur. Liberalis dictus ab eo quod libenter donet nec murmuret. Largus abundans affluens. Longus a linea dictus propter quod sit porrectus. Longeuus quasi lōgi æui & lōgi temporis. Longanimis siue magnanimis eo qđ nullis passionibus perturbatur, sed ad vniuersa sustinenda patiens ē. Cui cōtrari⁹ est pusillanimis angustus & in nulla tribulatione subsistens. De quo scribit. Pusillanimis vehementer insipiens. Leuis ob in cōstantiam vagationis appellat⁹, quia leui motu mētis nunc ista nunc illa desiderat. Lubric⁹ ab eo quod labitur. Labēs iter dū velox vt labere nympha polo, & labere pennis. Cursus enī lapsu celerior est. Latro insessor ē viarū, a latēdo dict⁹. Meli⁹ aut latro quasi latero a later e insidiator vię. Lanista gladiator. i. carnifex, tusca ligna appellat⁹ a laniando, scilicet corpora. Laccessor per translationē dict⁹ a canib⁹ vel a feris, quę solent lacerādo p uocare. Leno consiliator stupri eo quod mētes miserorū blandiat, & deliniendo seducat. Libidinos⁹ ab eo quod faciat quod libet. Libidinos⁹ a libero q puellarū corpore pingitur. Luxurios⁹ quasi solut⁹ i voluptates, vñ et membra loco mota, luxa dicūt. Lasciu⁹ dict⁹ quod sit lux⁹. id est solut⁹ et van⁹. Lymphatic⁹ quod aquā timeat quę gręci hypodropho bam vocant. Lymphatic⁹ proprie dī, qui viciū ex aqua cōtrahit. cui⁹ viciū ē huc atq; illuc currere, aut a furore aq sūptovicio. Sed poetę in hoc gen⁹ nominis pro furiosi vsurpāt. Lurid⁹ qđ sit pallid⁹, a loto dict⁹ quod hmōi habeat cutē. Lepros⁹ a pruritu nimio ipsi⁹ scabiei dictus. vñ & per. p. scribi debet. Luscus quod lucē ex parte sciat, sicut lusciosus q vespere nihil videt. Luscos coclites dixerunt antiqui. Vnde et cyclopas coclites legim⁹ dictos quod vnum oculum habuisse perhibentur. Lotus, lauat⁹, id est mundus. Lupa meretrix a rapacitate vocata quod ad se rapiat miseros et apprehendat

Misericors a cōpatiēdo alienę miserię vocabulū est sortitus. & hinc appellatā misericordiā quod miserū cor faciat dolentis alienā miseriā. Non aut̄ occurrit vbiq; hęc æthymologia. Nā est in deo misericordia sine vlla cordis miseriā. Mactus magis auctus gloria, et ē nomen tractū a sacris. Quotiens enī thus aut̄ vinum super victimam fundebatur dicebāt mactus ē taurus vino vel thure, hoc ē, cumlata est hostia & magis aucta. Munificus dicitur, quia alicui munera multa dat, vel quia munus suū, id est officiū quod debet adimplet, sic et munifex, quia munera fert. Magnanimus ab eo quod sit magni animi et magnę virtutis. Cui cōtrarius est pusillanimis. Manificus a magna faciendovocabulū traxit. Māsuet⁹ mitis vel dñs quasi manu assuetus Modestus a modo dictus & tēperie, nec plus quicq; nec minus agēs Mitis lenis & māsuetus & cedens improbitatibus et ad substinendā iniuriā quasi tacens et mut⁹. Mutus quia vox eius non est sermo nisi mugitus. Vocalem enim spiritū per nares quasi mugiens emit tit. Memor vel qui memoriā tenet, vel qui memoria tenetur. Magister maior in statione. Nā steron gręce latine statio dicitur. Minister, minor in statione, siue quia officium debitū manib⁹ exequit. Maior, minor, minimus a numero monadis, quod euz non sit alter. Maxim⁹ aut̄ meritis, aut̄ etate, aut̄ honore, aut̄ faciētia, virtute, aut̄ oib⁹ magis eximius. Modic⁹ pius sed abusiue ceterū rationalis. Moderat⁹ a modo. scz & tēperamēto. Mediocris quod modicū illi sufficiat. Miser proprie eo quod omnē felicitatē amiserit. Secūdū aut̄ Ciceronez proprie mortuus, qui in tusculanis miseros mortuos vocat propter quod iam amiterūt vitā. Miserabilis quod sit miserię habilis. Mestus naturaliter tristis nō casu. Est ei a natura mētis & animi, vñ & mestus. Mēdicus dictus, quia minus habet vnde vitā legat, siue quia mos erat apud antiquos os claudere egenū & manum extendere quasi manu dicere. Mendax quod mentē alterius fallat. Malignus quia malicię votū ad opus peragit. Malus appellatus a nigro felle, quod gręci melan dicūt vnde et melācolici appellātur homines, qui et conuersationē hūanā refugiunt, & amicorū carorum suspecti sūt. Maliciosus deterior malo, quia frequenter mal⁹. A malo aut̄ peior dī, a bono deterior. Melior dictus quasi mollior, nō durus aut̄ ferreus, nam melius quasi mollius. Minax a facie oculorum quando furiose ardescunt, vt amplius vidēs pertimescat. Minator & monitor. Sed monitor dicitur cū pręnunciat bona, minator cū pręnunciat aduersa. mulctator, eo quod blandis verbis mulceat ad declinandū animum. translatio a mulso id est quod acetum lenire solet fauces dolentis, aut̄ oppletum fordib⁹ stomachū. Metatores appellātur qui castra designāt a metiendo, scilicet vt Lucanus. Hesperios audax veniam metator in agros. mollis quod vigorē sex⁹

eneruati corporis dedecoret, & quasi mulier emolliatur. Macer a macie, & macies a macia, eo quod immoderata libido macros faciat siue a maceratione, Mācus manu ancus. Moribūndus morientissimilis, sicut vitabūndus vitanti similis. Quando enī dicimus moriturus est, moribundus aut̄ nō vere, s; vere similis morienti est. Meretrix dicta quod precū libidinis mereatur. Inde et meritorie tabernę Nā et milites cū stipendia accipiunt mereri dicuntur. Morior a morte vocatus eo quod nō vigeat in intellectu. Mulio dictus a mulis eo quod pręlidet iis dēvehiculis. manifestū dī qđ in manu ē promptū.

Nobilis non vilis, cuius et nomē & genus scitur. Nubilis ad nubendū habilis. Nemo ab homine tractū est, id est ne homo. quod est pro nullo. Nullus aut̄ quasi ne vllus. Nihil cōpositum est ex ne et illo. Nilū aut̄ varro ait. significare medullam eius ferulę quam gręci ασφοδελοϋ vocant, & sic dici apud nos nihilum quomodo apud gręcos ουδετεϋ. Neq; a malo pleriq; distingunt, aliū perniciosū, aliū nugas existimantes vt ait monatius. Hic adolescens nequaq; nō malus id est nugas perniciosus. Alii cōfundunt quasi vtrūq; vñ idēq; significēt. Nequitiam ex eo quod nihil sit veteres dictum esse voluerunt. Neuter neq; ille neq; iste, quasi diceret necyterq;. Nefarius non dignus farre, quo primo cibi genere vita hoim sustentabatur. Nefandus id est nec nominandus quidem nec dicendus. Nutritor quasi neuter eruditor. Nūcius est et qui nunciat et quod nunciatur, id est angelus. καιηαλλεισ sed nunci⁹ ipse homo genere masculino id vero quod nūciatur genere neutro. vt hoc nuncium & hęc nuncia. Nazareus id est sanctus dei. Nazareus olim dicebatur qui sanctaz comam nutriebat, et nihil contaminatum accipiebat, abstinens se a vino, omniq; sicera quę mentē ab integra sanitate peruertit. Nugas autem hebreum nomen est. Ita enim in prophetis est expositum, vt dicit Sophonias. Nugas qui a lege recesserant vt nosse possimus linguam hebraicam omnium linguarum esse matrem. Nugigerulus appellatus ab eo quod sit turpis nuncius. Negligens quasi nec legens. Nepos dictus a genere quod am scorpionum qui natos suos consumunt excepto eo qui dorso eius infederit. Nam rursus ipse qui seruatus fuerit consumit patrem. Vnde homines qui bona parentum per luxuriā consumunt nepotes dicuntur. Hinc quoq; nepotatio pro luxuria ponit, quia certe quęq; res consumuntur. Niger quasi nubiger quia non serenus sed fusco coopertus est, vnde et nubilū diem tetrū dicimus.

Orthodoxus rectę glorię. Orator ab ore vocat⁹ / a perorando noiatus. i. dicēdo. Nā orare dicere ē. Oaudiēs ab aure eo qđ audiat i

perantē. Os pes q̄ inserat ostiis pedes. Os pes facilis aptus et ostio patēs. Vnde et ospitalis homo dicit̄. Os for inimicus ab odio dicit̄, sicut amator ab amore et est gn̄is cōis. Odibilis odio habilis. Obsit̄ obsessus. idest vndiq; insidus cōuallat̄. Obscenus ipure libidinis a vicio obscuro dicit̄. Obtusus hebetior & obclusior, quasi ex omni parte tunsus. Obnixus cōtranisus & conabū dus d̄r. Obnoxius qa obligatus est nexibus culpę. Oblectator quasi cū lacte & fraude, vt terētius. nisi me lactasses amantē, vñ et oblectare dicit̄ est. Obrectator malignus & qui obstringillādo, officiendoq; nō sinat quēpiā p̄gredi et aulescere. Orbis qui liberos non habet, quasi oculis amissis. Opifex q̄ opus faciat aliquod. Opilio custos ouium quasi ouilio.

PRudens quasi porro videns, perspicax est enī & incertorū p̄uidet casus, Patiēs dicit̄ a pauēdo, Pauere enī ferire est, percutitur enī et tollerat. Perfect̄ cū nihil iam adipisci potest. Huic nomini apud gr̄maticos cōparatio nō adiicitur, quia si dixeris ille perfectior est, ille perfectus non erit. Pulcher a specie cutis dicit̄ q̄ ē rubēs pellis. postea trāsīit hoc nomē ī genus. Nā pulchritudo hoīs aut ī vultu est, vt os humerosq; deo similis, aut in capillis, vt nanq; ipse decora cęsarię. aut ī oculis, vt letos oculis afflarat honores, aut in candore, vt quale manus addūt ebori decus, aut in liniāmētis, vt te multo plus figura et liniamenta hospitis delectabant, aut in proceritate, vt turnus vertitur in mediis, et tota vertice supra est. Pellex a pelliciēdo. Perspicax splendidus, eo q̄ pluceat. Perpetuus perēnis. Perennis ab eo q̄ sit p̄petuus annis. P̄sul vocatus qui p̄est sollicitudine, P̄positus appellatus eo q̄ sit subiectoz ac famulantū ordinator vel rector. Patroni a patribus dicit̄ sunt, q̄ hmōi affectū clientib; exhibeant, vt quasi patres illos regāt. Pedagogus est cui paruuli assignātur. Gręcū nomē est, & est cōpositū ab eo q̄ pueros agat. i. doceat, & lasciuientē refrenet ætatē. P̄sens dicit̄ q̄ sit p̄ sensibus. i. corā oculis, qui sensus sunt corporis. Prior q̄ primus sit ordine & primus quasi p̄eminens. Prim̄. Posterior. Postremus. Potens rebus late patens. vnde & potestas q̄ pareat illi quaquavelit, et nemo iter cludat, nullus obsistere valeat. P̄opimus p̄ ceteris opib; copiosus. Pecuniosus. Tullī primū eos dicit̄ refert qui plurimā habuissent pecuniā. i. pecora. Ita ei et antiqui eos appellabāt. Paulatī aut p̄ abusionē in nomen aliud deuolutū ē. Peruicax proprie dicitur qui in proposito suo ad victoriam perseuerat. Antiqui enī vicia dicebāt, quam nos victoriam, credo q̄ inde dicatur herbavitia. i. victorialis. Pernix a pernitendo tractum est. i. in conatibus perseuerando. Alii pernicem velocē intelligūt pedibus. Nam pernicitas pedū est, vt pernicib; ignea plantis, sicut celeritas pennarū est, vt celeriq; fuga sub sydera lapsa. Piger quasi pedibus eger. est

enī tardus ad incedendū, quod d. nomen peruū trāsīt ad animū. Pernox peruigilans nocte. Perseuerans, ardens. strenuus laboriosus. Pertinax impudēter tenens quasi pertinens. Petulans nunc quidē pro audace et improbo ponitur, oli autē acerbi flagitatores et proprie argētario rum coactorum pueri q̄ precia rerū crebrius et asperius exigebāt a petendo petulātes vocati sunt. Procax proprie idē quod petax. Nā procare est petere. Vnde et nuptiarū petitores proci dicit̄. Prodigus sumptuosus atq; consumptor qui oīa porro agit et quasi p̄iicit. Profugus proprie dicitur qui procul a sedib; suis vagatur, quasi porro fugatus. Peregrinus longe a patria positus, sicut alienigena. proiect̄ quasi longe et, procul iactus sicut et p̄duxit, quasi porro illū duxit, & prouocauit quasi illū porro vocauit, proiectus quasi p̄iectus ac proiectatus. Vnde & proiectaq; saxa pachynni. i. porro iactata. p̄scriptus cuius bona palam et aperte scribunt̄ bonisq; fiscis agglomerantur, p̄scriptus ordinem significat, sicut et p̄scriptiones apud iurisconsultos. procinctus expeditus et armatus. Vnde & ī p̄cinctu. i. cum belli causa arma sumebant. p̄cinctus eo q̄ ante se ponat aliquid quo p̄cingit. Vnde q̄ de Dño dicit̄ est, p̄cinctus est lintheo & lauit pedes discipulorū suorum. p̄do est qui populando alienā inuadit prouinciam. p̄do ab abigēdo p̄das dicit̄, et p̄do qui p̄dā habet. p̄dator hic est cui de p̄da debetur aliquid. plagiator apo tu plagio, idest obliquo, q̄ non certa via gradiatur, sed pelliciendo dolis. pirratae sunt p̄dones maritimi ab incendio nauium transeuntū, quas capiebant dicit̄, Nam pyrra ignis est. pugillator, qui de manu in manum nummorū aliquid subtrahit. peculator, pro eo q̄ sit pecunię publicę defraudator. proditor, pro eo q̄ detegit. Item proditor perditior. vt vnus ob iram prodimur. perfidus, quia fraudulentus est et sine fide, quasi perdens fidem. periurus, quia perpere iurat, idest male iurat. periurus autem in verbo non habet. Nam peiero, et deiero dicimus. p̄uaricator, male fidei aduocatus, et qui vel in accusando nocitura vel in defendendo profutura p̄tereat, aut inutiliter dubieq; ponat mercedis gratia licet corruptus. Cicero. qd̄ enim tam p̄uarium, idest valde varum. pellax, dolosus et fallax a pelle, idest vultu. Foris enim vt fallax arridet. sed nequitiam intus gerit, profan̄ quasi porro a fano. Sacris enim illi non licet interesse. parricida proprie dicitur interfector parentis q̄uis quidam veteres hunc parricidam dixerunt, qui hominem occiderat, quoniam parricidium et homicidium in quocumq; intelligi possit, cum sint homines hominibus pares. Persecutor non semper pro malo intelligitur. Vnde persecutor perfecte secutus. publicanus est ille qui vectigalia publica exigit, vel est ille qui publica negocia sæculi lucra sectatur, Vnde et cognominatus est, pec-

cator a pellice. id est meretrice vocatus, quasi pellicator, quod nomen apud antiquos tamen flagitiosum significabat, postea transiit hoc nomen in appellationem omnium iniquorum, Peccator item pectoris caterua cognominatus, pro eo in hibernia oculta delictorum conduntur. Prostituta meretrices a profiliendo in meritoris in fornicibus. Pellex apud grecos proprie dicitur in latinis concubina vel concubina. Dicta autem a fallacia, id est versutia sub dolo sita vel mendacio. Procuruus, quasi per longum curuus. Pavidus est quem vexat trepidatio mentis habet enim cordis pulsationem, cordis motum. Nam pauere ferire est, unde et pavidum. Petre autem et rupes a duricia saxorum nominantur. Pusillanimis a pusillo animo. Petulcus dicitur ab appetendo. Unde etiam meretrices petulcas vocamus. Productus quasi porro ductus. Pisinnus a pusione dicitur. Pellicanus vir sanctus solitudini deditus.

Questor a querendo dicitur quasi questor. Quae stuosus, quaerimoniosus Querulus, quia quae relata infert. Quietus quae sit ipse sibi animo securus neminem tangens.

Religiosus ait Cicero a relegendo appellatus qui retractat quasi relegit ea quae ad cultum diuinum pertineant. Hi sunt dicti religiosi ex relegendo tanquam ex eligendo eligentes, ex diligendo diligentes. Ratiocinator dicitur vir magnus, quia de omnibus rebus quas esse mirabiles constat possit reddere rationem. Retractor repetitor. Nam retractare est repetere quod omiseras. Resipiscens eo quod mentem quasi post insaniam recipiat, aut quia resipit qui sapere desiderat. Castigat enim seipsum demeritae et confirmat animi suum ad rectum viuendum. Cauens ne iterum corruat. Repentinus a repente. Repente autem et aduerbiu[m] et nomen potest esse. Robustus fortis, validus a fortitudine roboris arboris appellatus. Rapidus velox pedibus. Raptor eo quod corruptor. Inde et rapta, eo quod corrupta est. Reus a re de qua obnoxius est, et reatus a reo est nuncupatus. Reus maiestatis primus dicitur quod aduersus reipublicam aliquid egisset aut quicumque hostibus confessisset. Dicitur autem reus maiestatis, quia maius est ledere patriam quam ciuem unum. Postea autem et hi rei maiestatis dicti sunt qui aduersus maiestatem principis egisse videntur, vel qui leges iustas reipublice detulerant, vel viles arrogauerant. Rixosus a rictu canino dicitur. Semper enim ad contradicendum paratus est, et iurgio delectatur, et prouocat contententem, Rusticus dicitur quae rus operetur id est terram.

Sapiens dicitur a sapore, quia sicut gustus aptus est ad discretionem saporis ciborum, sic sapiens ad dignoscendum rerum atque causarum unum quodque dignoscat atque sensu veritatem discernat cui contrarius est insipiens quae sit sine sapore, nec alicuius discretionis vel sensus, Studiosus quasi studiis curiosus. Sanctus a veteri consuetudine appellatus eo quod hi qui purificari volebant sanguine hostiae tangebantur et ex hoc antiqui nomen acceperunt. Sincerus quasi sine corruptione. Cui contrarius est insincerus

viciatus corruptus. Supremus, summus ab eo quod supereminet. Unde et superme pater diximus. Suavis, sublimis ab altitudine vocatus honoris. Nam proprie sublime dicitur quod in alto est, ut sublimemque ferens ad sidera caeli. Speciosus a specie vel ab aspectu, sicut formosus a forma. Solers quae sit sollicitus in arte et utilis. Solers enim apud antiquos dicebatur quae erat omnia bona arte instructus. Terentius. Adolescentem solertem dabo. Superstitiosus ait Cicero appellatus, quod totos dies precabatur et immolabat ut sibi sui liberi superstites essent. Sollicitus qui solers et citus atque irrequietus. Sedulus familiae verbum Terentii hoc est sine dolo. Alias assiduus. Sodales dicitur quae ad symbolum conuenire consuerunt, quasi suadentes, alias sodales quae simul sedeant, Socii dicitur propter periculi aut operis societatem, quasi in vna caligave in vno vestigio manentes. Stultus hebetior corde, sicut quidam ait. Ego meipsum stultum esse existimo, fatuum esse non opinor. id est obtusis quidem sensibus, non tamen nullis stultus est qui per stuporem non mouetur iniuria leuitiam enim profert, nec vitus est, nec vlla ignominia commouetur ad dolorem. Segnis. id est sine igne ingenio carens. Se autem sine significat, ut sedulus sine dolo. Securus quasi sine cura. id est frigidus, per quos iuvenes accipimus. Stupidus saepius stupens. Superbus dicitur, quasi super vult videri quae est. Qui ei vult supergredi quae est, superbus est. Susurro de sono locutionis appellatus quia non in facie alicui, sed in aure loquitur de altero detrahendo. Seditiosus qui dissentionem animorum facit, et discordias gignit, quae greci diastisin dicunt. Seuerus, quasi satis verus tenet enim sine pietate iusticiam. Simulator dicitur a simulacro. Gestat enim similitudinem eius quod non est ipse. Suasor decipiens. id est suam fortem trahens. Scrupulosus animi minuti et asperi. Scrupus est ei harena durior. Sacrilegus dicitur ab eo quod sacra legit. id est furatur, Sicarius vocatur quae ad perpetrandum scelus telis armatus est. Sica enim gladius est, a secundo vocatus. Scelus sinister atque peruersus. id est a peruersitate. Est enim pessimi et crudelis animi. Scenicus quae in theatro agit. Theatrum enim scaena est. scorta quae a grecis quoque scythae vocabantur quo defricantur pelles, quibus corruptela fit. spurcus quae sit impurus scelerosus sceleribus plenus ut lapidosus locus et harenosus. Plus autem scelerosus quam sceleratus. sator seminator vel pater a semine. scurra quae sectari in quae pietas solet cibi gratia, a sequendo igitur in scurras constat appellatos. Idem assecla a sequendo. satelles quae adhaereat alteri, siue a lateris custodia suffectus in loco alterius suppositus. quasi suffat. Tamen et consul suffectus dicimus eum qui pro alio substituit. secundus quia secus pedes, et tractus est sermo a sequentibus seruis pedisequis. Unde et secunda fortuna dicitur, quae secundum nos est. id est prope nos. Inde et res secundae. id est prosperae. secundae autem a sequendo sunt. dicitur. stipulator promissor. stipulari enim promittere est, ex verbis iuris perito. stipulatum stipulatum firmum appellauerunt. sanus a sanguine quia sine pallore est

Sospes salutis hospes. Salus a sale nomen accepit se putatur. Subtilis ab extenuatione dicitur. Sequitur dicitur qui certantibus mediis interuenit, qui apud grecos omnes dicitur, apud quos pignora deponi solent. quod uocabulum ab obsequio factum est quod eius quod electus sit utraque pars fide sequatur, Sessilis. quod non uideatur stare sed sedere. Surdus a sordibus humoris aure conceptis, & quibus multis casibus accidat nomen, tamen eger ex predicto uicio retinet. Siccus quod sit excusatus. siue per antiphrasin quod sit sine succo. Sepultus dicitur est, eo quod sit sine palpatione uel sine pulsu. i. sine motu. sagio ab exigendo dicitur. sutor a suedis pellibus nominatur. subulcus porcorum pastor sicut bubulcus a cura bouum.

Tutor qui pupillum tuetur, hoc est intuetur, de quo in consuetudine uulgari dicitur. Quid me mores & tutorem & pedagogum olim obrui. Testes quod testamento adhiberi solent sicut signatores quod testamentum signent. Tetricus mos in sabinis asperimus. unde & tristes homines tetricos dicimus. Taciturnus in tacendo diuturnus. Trutinator examinatus, ex iudicii libra perpendens recta translatione a trutina que est gemina ponderum lancis. Tristis. Tenax, nemi cupidior, quod teneat interdum et pertinax. Truculentus, toruus terribilis, eo quod sit toruouultu & turbulento aspectu ut torua leena, & cernimus astutes nec quicquam lumine toruo. Turbidus terribilis. Teter ab obscura tenebrosa que uita. Teterrimus pro fero nimium. Tetrum enim ueteres pro fero dixerunt, ut ennius. Tetro quod elephantes. Terribilis quia timorem habet et timeat. Tergiuersator quod animam quasi tergum uertat huc & illuc nec facile qualis sit intelligitur. Temulentus a temeto. i. uino ductus. Timidus quod timeat diu a sanguine, nam timor sanguinem gelat, qui coactus gignit timorem. Turpis quod sit informis et torpeat.

Vir a uirtute. Virilis ab utendo bene sua uel quod bene quid uirtuti possit, sicut docile quod doceri possit. Verus a ueritate. Hic & uerax maior est ueritas quam uerus quia non ueritas a uero, sed uerus a ueritate descendit. Veridicus qui uerum dicit, & ueritatis assertor est. Verecundus qui uerum factum erubescit. Viridis uir et succo plenus quasi uir rudis. Venustus pulcher, a uenis. i. sanguine. Viuus. i. uiuus. Varius, quasi non uis uis, sed incertam mixtamque sententiam. Versutus, eo quod eius mens in quolibet actu ad qualem bet fraudem facile uertit. Unde & uersutia dicitur contorta sententia. Plautus. Versutior est quam rota singularis. Vilis a villa, nullius in urbane uirtutis est. Versipellis eo quod in diuersa uultum & mentem uertat. in & uersutus & callidus. Violentus qui uim infert. Vecors mali cordis & male conscientie. Vagus quia sine uia. Vanus a uenere etymologia trahit. Item uanus inanis falsus, eo quod sine memoria euanescat. Vesanus porro sanus. Vinolentus quod & satis bibit & difficile inebriatur. Vexatus. i. portatus, ab eo quod uenenum mortis causa parauit aut uenenum, aut uendidit. Vector qua

siue hitor. Est autem vector & qui uehit. & qui uehitur. Venator quasi uenabulator a uenatione. i. que bestias premit. Quatuor autem sunt uenatorum officia uestigatores. indagatores, illatores, pressores.

Incipit liber undecimus.

De homine et partibus eius.

Cap. I.

Natura dicta ab eo quod nasci aliquid faciat. Gignendi enim & faciendi potens est. Hunc quidam deum esse dixerunt, a quo omnia creata sunt & existunt. Genus a gignendo dictum cui deriuatum nomen a terra ex qua omnia gignuntur. Ge enim graece terra dicitur. Vita dicta propter uigorem, uel quod uita teneat nascendi atque crescendi. unde & arbores uita habere dicuntur, quia gignuntur et crescunt. Homo dicitur, quia ex humo factus est, sicut in genesi dicitur, et creauit deus hominem de limo terre. Abusue autem pronuntiat ex utraque substantia totus homo. i. ex societate anime et corporis. Nam proprie homo ab humo, Graeci autem homines a tropon appellauerunt, eo quod sursum spectet subleuatus ab humo ad contemplationem artificis sui. Quod Ouidius poeta designat cum dicit. Pronaque conspiciunt aialia cetera terram. Os homini sublime dedit, celumque uidere iussit, & erectos ad sidera tollere uultus. Qui ideo erectus celum aspicit, ut deum querat, non ut terram intendat, ueluti pecora, que natura propria & ueteri obedientia finxit. Duplex est autem homo, interior & exterior, Interior homo anima, exterior homo corpus. Anima autem uentis nomen accepit, eo quod uetus sit. Unde et uentus graece aios dicitur, quod ore trahentes aerem uiuere uideant sed apertissime falsum est, quia multo prius gignit anima quam concipi aer ore possit, quia iam in genitricis uero uiuit. Non est igitur aer anima, quod putauerunt quidam qui non potuerunt incorpoream eius cogitare naturam. Spiritum idem esse quod animam euangelista pronuntiat dicens. Potestatem habeo ponendi animam meam, & rursum potestatem habeo sumendi eam. De hac quoque ipsa domini anima passionis tempore memoratus euangelista ita protulit dicens, et inclinato capite emisit spiritum. Quid est ei emittere spiritum nisi quod animam ponere, Sed anima dicta propter quod uiuit, spiritus autem uel pro spiritali natura uel pro eo quod spiritus in corpore, Item animam idem esse quod animam, sed animam uitam est, animus consilium. Unde dicunt philosophi etiam sine animo uitam manere, & sine mente animam durare, unde & amotes, nam mentem uocari ut sciat, animam uel uelit. Mens autem uocata quod emineat in anima uel quod meminit. Unde & imemores amotes dicuntur quia propter non omnia sed quod excellit in anima mens uocatur, tanquam caput eius uel oculus. Unde & ipse homo secundum mentem imago dei dicitur. Ita autem haec omnia adiuncta sunt anime ut una res sit. Pro efficientiis eius causarum diuersa nomina sortita est anima, Nam & memoria mens est unde & imemores amotes, dum ergo uiuificat corpus anima est, dum uult animus est, dum sit mens est, dum recollit memoria est, dum rectum iudicat ratio est, dum spirat spiritus est, dum aliquid sensit sensus est, Nam in animus sensus dicitur, pro his que sentit, unde & sententia nomen accepit. Corpus dicitur eo

quod corruptum perit. Solubile enim atque mortale est et aliquando soluendum. Caro autem a creando est appellata. Crementum enim semen est masculi. unde animalium et hominum corpora concipiuntur. Hinc et parentes creatores vocantur. Caro autem ex quatuor elementis compacta est. Nam terra in carne est, aer in habitu, humor in sanguine, ignis in calore vitali. Habent enim in nobis elementa suam quoque partem, quibus quid debetur compage resoluta. Caro autem et corpus diuersa significant. In carne semper corpus est, non semper in corpore caro. Nam caro est quae uiuit, idem et corpus. Corpus quod non uiuit, id est non caro. Nam corpus dicitur aut quod post vitam est mortuum, aut sine vita est conditum. Interdum et cum uita corpus et non caro, ut herba et lignum. Sensus corporis quinque sunt ut visus, auditus, odoratus, gustus, et tactus. Ex quibus duo aperiantur et clauduntur, duo semper patentes sunt. Sensus dicti, quia per eos anima subtilissime totum corpus agitatur vigore sentiendi. Unde et presentia nuncupantur quod sint praesens sensibus, sicut praesens oculis quae praesens sunt oculis. Visus est qui a philosophis humor vitreus appellatur. Visum autem fieri quidam asseuerant aut externa aethera luce, aut interno spiritu lucido per tenues uenas a cerebro uenientes atque penetratis tunicis in aerem exeuntes, et tunc commixtione similis materiae visum dantes. Visus dicitur quod uiuacior sit ceteris sensibus ac praestantior siue uelocior. ampliusque uigeat quantum memoria inter caetera mentis officia. Vicinior est enim cerebro, unde omnia manant, ex quo fit ut ea quae ad alios pertinent sensus uideri dicamus, ueluti cum dicimus. Vide quomodo sonat, uide quomodo sapit, sic et caetera. Auditus appellatus quod uoces hauriat, hoc est aere uerberato suscipiat sonos. Odoratus quasi aeris odore tactus, tacto enim aere sentitur, sic et olfactus quod odoribus afficiatur. Gustus a gutture dicitur. Tactus eo quod pertractet et tangat, et per omnia membra stigorem sensus aspergat. Nam tactu probamus quicquid caeteris sensibus iudicare non possumus. Duo autem tactus genera sunt. Nam aut extrinsecus uenit quod feriat, aut intus in ipso corpore oritur. Vnicuique autem sensui propria natura data est. Nam quod uidentur est, oculis capitur, quod audiendum est auribus, mollia et dura tactu aestimantur, sapor gustu, odor naribus dicitur. Prima pars corporis caput, datumque illi hoc nomen eo quod sensus et omnes et nervi inde initium capiant, atque ex eo omnis uigendi causa oriatur. Ibi enim omnes sensus apparent. Unde ipsius animae quae consulit corpori, quodammodo personam gerit. Vertex est pars qua capilli capitis colliguntur et in qua caesaries uertitur, unde et nuncupantur. Caluaria ab ossibus caluiae dicta per defectionem, et neutraliter pronunciat. Occipitum capitis pars posterior, quasi contra capitium, uel sit capitis retrorsum. Capilli uo-

cati quasi capitis pilifacti, ut in decorem praesentent et cerebrum aduersus frigus muniant, atque a sole defendant. Pilli autem dicti a pelle de qua prodeunt sicut et pilum dicitur a pila ubi pigmentum contunditur, Caesaries a caedendo uocata, ideoque tantum uirorum est. Uirum enim tonsum decet mulierem non decet. Comae sunt proprie non caesi capilli, et est graecus sermo. Nam comas graeci caimomas a secaudo nominant. Unde et cirri tondere dicunt, unde et cirri uocantur quod etiam idem graeci mallonem uocant. Crines proprie mulierum sunt. Dicti autem crines eo quod uittis discernentur. Unde et discriminalia dicuntur a quibus diuersi religantur. Tempora sunt quae caluarie dextra laeuaque subiacent. Quae ideo sic nuncupantur, quia mouentur, ipsaque mobilitate quasi tempora quibusdam interuallis mutantur. Facies dicta ab effigie ibi est enim facta tota figura hominis et uniuscuiusque personae cognitio. Vultus uero dicitur, eo quod eum uoluntas ostenditur animi, secundum uoluntatem enim in uarios motus mutatur. Unde et differunt sibi utraque. Nam facies simpliciter accipitur de uniuscuiusque naturali aspectu, uultus autem animorum qualitates significat. Frons ab oculorum foraminibus nominata est, haec imago quaedam animi mentisque motum specie sua exprimit, dum uel leta uel tristis est. Oculi uocati, siue quia eos ciliorum tegmina occultant, ne qua incidentis iniuriae offensione ledantur, siue quia lumen occultum habent, id est secretum uel intus positum. Hi inter omnes sensus uiciniores animae existunt. In oculis enim omne mentis indicium est, unde et animi perturbatio uel hilaritas in oculis apparet. Oculi autem idem et lumina. Et dicti lumina quod ex eis lumen manat, uel quod ex initio sui clausam teneant lucem, aut extrinsecus accepta uisui proponendo refundant. Pupilla est medius punctus oculi in quo uis est uidentur, ubi quia paruae imagines a nobis uidentur, propterea pupillae appellantur. Nam paruulli pupilli dicuntur. Hanc plerique pupillam uocant. Vocatur autem pupilla quod sit pura atque impolluta ut sunt puellae. Physici dicunt easdem pupillas quas uidemus in oculis, morituros ante triduum non habere, quibus non uisis certa est desperatio. Circulus uero quo a pupilla albae partes oculi separantur discreta nigredine, corona dicitur, quod rotunditate sui ornent ambitum pupillae. Voluos autem quidam appellant ipsos uertices oculorum ex similitudine uoluum. Palpebrae sunt sinus oculorum, a palpitatione dictae, quia semper mouentur. Concurrunt enim inuicem aut assiduo motu reficiant obtutum. Munite sunt autem uallo capillorum ut et aperitis oculis si quid inciderit repellatur et sono combatibus tanquam inuoluti quiescant latentes. In summitate autem palpebrarum locis quibus se utraque clausula contingunt, extant adnoti ordine seruato capilli tutelam oculis ministrantes, ne ita

ruētes facile iniurias excipiāt, & ex eo noceāt, vtpul-
 uer is vī cuiuscūq; crassioris materię arceāt tactū
 aut ipsum quoq; aerē concidendo mirificēt, quo te-
 nuē atq; serenum faciant visum. Lachrymas qdaz
 a laceratione mentis putant dictas, alii existimant
 ideo quia gressi daffiriavocāt. Cilia sunt tegmina,
 quibus cooperiuntur oculi, & dicta cilia q̄ celēt o-
 culos regētq; tuta custodia. Supercilia dicta quia
 superposita sunt ciliis, quę iccirco pilis vestita sunt
 vt oculis munimēta prætendāt, & sudorem a capi-
 te defluentem depellāt. Intercilium vero est mediū
 illud inter supercilia, quod sine pilis est. Genę sūt
 inferiores oculorum partes, vnde barbę inchoant.
 Nā gręce genos barbę. Hinc & genęq; inde incipi-
 ant gigni barbę. Malę sunt eminentes sub oculis p-
 tes ad protectionem eorū superpositę. Vocatę autē
 malę siue q̄ infra oculos promineāt in rotundita-
 te, quę gręci mella appellāt, siue q̄ sint supra ma-
 xillas. Maxillę per diminutionem a malis, sicut pa-
 xillus a palo, taxillus a talo. Mādibullę sunt maxil-
 larum partes ex qua et nomen factum. Barbā vete-
 res vocauerunt q̄ virorum sit non mulierū. Aurib⁹
 inditum nomen a vocibus hauriendis. vnde & Vir-
 gilius. Vocēq; his auribus hausit, aut quia vocē ip-
 sam gręci audenlidenvocāt ab auditu. Per immu-
 tationem enī litterę aures quasi audes nuncupatę
 sunt. Vox eī repercussa per anfractus earum sonuz
 facit, quo sensum excipiāt audiendi, Pinnula sum-
 ma pars auris, ab acumine dicta. Pinnū enim anti-
 qui acutum dicebāt. vnde & bipēnis & pinna. Na-
 res iccirco nominātur quia per eas vel odor vel spi-
 ritus manare nō desinit, siue quia nos odore admo-
 uent vt nouerimus aliquid, ac sciām⁹. vnde ecōtra
 inscii ac rudes ignari dicuntur. Olfecisse enim vete-
 res scisse dicebāt. Terentius. Ac nō notis ex mensi-
 bus prius olfecissent q̄ ille quicq; ceperit. Nariuz re-
 cta pars, propter q̄ equaliter sit in longitudine et
 rotunditate porrecta colūna vocatur extremitas
 eius pyrula a formula pomi pyri. Quę vero dextra
 lęuaq; sunt, pinnulę ab alarum similitudine, medi-
 um autem interfinium. Os dictuz q̄ per ipm quasi
 per ostium & cibos intus mittimus & sputum foris
 proicimus, vel qui ibi ingrediuntur cibi inde egre-
 diuntur sermones. Labia a lambando nominata,
 quod autem superius est, labium dicimus, quod i-
 ferius eo q̄ grossius sit labrum. Alii virorum labra
 mulierum labia dicuntur. Lingue a lingendo cibū
 putat Varro nomen impositum. Alii q̄ per articu-
 latos sonos verba ligat sicut enim plectrum cor-
 dis. ita lingua illiditur dentibus & vocalem efficit
 sonū. Dentes gręci oduntes vocant, et inde in lati-
 num nomen trahere videntur. Horū primi p̄ciso-
 res dicuntur, quia omne quod accipitur ipsi prius
 incidunt. Sequentes canini vocantur, quorum
 duo in dextra maxilla, & duo in sinistra sunt. Et di-
 cti canini, quia ad similitudinem caninorū existūt

& canis ex ipsis ossa frangit sicut & homo, quia qđ
 non possunt priores præcedere illis tradunt vt cō-
 fringāt. Hos vulgus pre longitudine et rotundita-
 te colomellos vocant. Vltimi sunt molares, qui con-
 cisa a prioribus atq; contracta subigunt, et molūt
 atq; immaflant, vnde et molares vocati sunt. Den-
 tium autem numerum discernit qualitas sexus. nā
 in viris plures, in fœminis pauciores existunt. Cin-
 giuę a gignendis dentibus nominatę. Factę sunt
 autem etiam ad decorem dentium, ne nudi horro-
 ri potius q̄ ornamento existerent. Palatum nostrū
 sicut cęlum sursum est positum, et inde palatum a
 polo per deriuationem, sed gręci similiter palatū
 vranon appellant, eo q̄ pro sui concavitate cęlisi
 similitudinem habeat. Fauces a fundendis vocibus
 nominatę, vel q̄ per eas famur voces. Arterię voca-
 tę, siue q̄ per eas a pulmone aer, hoc est spirit⁹ fer-
 tur, seu q̄ arctis & angustis meatibus spiritum vita-
 lem retineant, vnde vocis sonos emittunt, qui soni
 vno modo sonarent, nisi lingue motus distantis vo-
 cis efficeret. Toles gallica lingua dicuntur, quas vul-
 go per diminutionem tufillas vocant, quę in fauci-
 bus turgescere solent. Mentum dicitur q̄ inde mē-
 dibulę oriantur, vel q̄ ibi iungantur. Gurgulio a
 gutture nomen trahit, cuius meatus ad aures per-
 tendit, habens viam qua vox ad linguam transmit-
 titur vt possit verba collidere. Vnde & garrire di-
 cimus. Rumen proximum gurgulioni quo cibus &
 potio deuoratur. Hinc & bestię quę cibum reuo-
 eant ac remandūt, ruminare dicuntur. Sublingui-
 um, operculium gurgulionis, quasi parua lingua,
 quę foramen lingue recludit operitq;. Collum di-
 ctum q̄ sit rigidum et rotundum. vt columna baiu-
 lans caput & sustentans, quasi capitolum, cuius
 anterior pars gulavocatur. posterior ceruix. Cer-
 uix autem numero singulari membrum ipsum si-
 gnicat. Nam pluraliter contumacię sepe demō-
 strat Cicero in verrinis. Prętozem tu accusas fran-
 gere ceruices. Humeri dicti quasi armi. ad distinctio-
 nem hominis a pecudibus mut is vt hi humeros, il-
 li armos habere dicuntur. Nam proprie armi qua-
 drupedi sunt. Ala summi humeri pars posterior.
 Brachia a fortitudine nominata sunt. Bari enī grę-
 ce graue et forte significat. In brachiis enim thori
 lacertorum sunt, & insigne musculorum robur
 existit. Hi sunt thori idest musculi, & dicti tho-
 ri q̄ illic viscera torta videantur. Cubitus dicitur q̄
 ad cibos sumendos in ipso cubamus. Vna secun-
 dum quosdam vtriusq; manus extensio est, secun-
 dum alios est cubitus, quod magis verum est, quia
 gręce olonos cubitus dicitur. Alę autem sub bra-
 chia sunt appellatę, eo quod ex eis in modum ala-
 rum motus brachiorum inchoet, quas quidam as-
 cellas vocant, quod ex his brachia cillentur idest
 moueantur ora. Nam cillere est mouere. Hos qui-
 dam sub hircos vocant, propter q̄ in plerisq; homi-

nibus hircorū fetores reddant. Manus dicta sit totius corporis munus. Ipsa ei cibū ori ministrat, ipsa operatur oia atq; dispensat, per eaz accipim⁹ & damus. abusiue aut manus etiam ars vel artifex. vñ et manus precium dicimus. Dextra vocatur a dando ipsa ei pignus pacis datur ipsa fidei testis atq; salutis adhibetur. & hoc est illud apud Tullium. Fidē publicā iussus senatu dedi id est dextrā. Vnde apostolus dicit. Iacobus & Ioannes dextras dederunt mihi, & reliqua. Leua q̄ aptior sit ad leuandū. Sinistra aut vocata quasi sine dextra, siue p̄ferri finat. A sinēdo enim sinistra est nūcupata. Palma est manus expansis digitis sicut contractis pugnus. Pugnus aut a pugillo dictus sicut palma ab expansis palmę ramis. Digiti nūcupati, vel quia decē sunt, vel quia decēter iuncti existant. Nā habent in se & numerum perfectū & ordinem decentissimum. Primus pollex vocatus eo q̄ iter ceteros virtute polleat et potestate. Secundus index & salutaris seu demōstratorius, quia eo fere salutamus vel aliquid demōstramus. Tertius ipudicus, q̄ plerumq; per eum probra insectatio exprimitur. Quartus annularis in eo q̄ in ipso anulū geritur. Idē & medicinalis q̄ eo trita collyria a medicis colligunt. Quintus auricularis pro eo q̄ eo aurē scalpimus. Ungulas ex gr̄co vocam⁹, illi ei has onices dicunt. Truncus mediā pars corporis a collo vsq; ad inguina. De quo Nigidius. caput collo vehitur, trunc⁹ sustinetur coxis & genib⁹ cruribusq;. Thorax a gr̄cis d̄r anterior pars trunci a collo vsq; ad stomachū quā nos dicimus archā, eo q̄ ibi archanū sit. i. secretū quo ceteri a rcentur. Vñ et archana & ara dicta quasi res secreta cui⁹ eminentes pulpæ māmille dicuntur. Inter quas pars illa ossea pectus d̄r, ad extra aut leuaq; costæ. Pectus vocatum q̄ sit pexū inter eminentes māmillarum partes, vnde & pectinen dicim⁹ q̄ pexos capillos faciat. Māmille vocatę, quæ rotundę sunt quasi malle per diminutionem. s. Papille capita māmaram sunt, quas infantes suggentes cōprehendunt. & dictę papille q̄ eas infantesq; si papant dum lac sugunt, proinde māmilla est omnis eminentia veris papilla vero breue illud vnde lac trahitur. Vbera dicta, vel quia lacte vbera, vel quia vuida, humore. s. lactis in morem vuarum plena. Lacrima nominis a colore trahit q̄ sit albus liquor. Leucos enim gr̄ce album dicunt, cuius natura ex sanguine commutatur. Nam post partum si quid sanguinis nondum fuerit vteri nutrimento consumptū, naturali meatu fluit in mamas & earum virtute albescens lactis accipit qualitatem. Cutis est quę in corpore prima ē appellata, q̄ ipsa corpori superposita incisionem prima patitur. Cutis enim gr̄ce incisio dicitur, eademq; pellis & externas iniurias corporis tengendo pellat pluuiasq; et ventos solisq; ardores perferat. Pellis autem mox detracta subacta iam corium dicitur. Corium autē per deriuationem caro appellatur q̄ eo tegatur, s̄

hoc in brutis animalibus proprium est. Pori corporis gr̄co nomine appellatur, qui latine proprie spiramenta dicuntur, eo quod per eos viuific⁹ spiritus exterius ministretur. Aruina est pinguedo cuti adherens. Pulpa est caro sine pinguedine, dicta quod palpitet, resilit enim sæpe. Hanc plæriq; et viscum vocant, propter quod glutinosa sit. Membra sunt partes corporis. Artus quibus colligantur membra, ab arando dicti. Nerui gr̄ca deriuatione appellata, quos illi neuravocant. Alii latine vocatos nervos putant eo quod artuum coniunctiones inuicem his inhæreant. Maximam autem viriū substantiam nervos facere certissimum est. Nam quāto fuerint densiores tanto propensius aulescere firmitatem. Artus dicti quod colligati inuicem neuis artantur. i. stringantur quorum diminutiva sūt articuli. Nam artus dicimus mēbra maiora vt brachia, articulos minora membravt digitos. compagia capita sunt ossiū dicta eo quod sibi compacta nervis velut glutino quodam adhæreant. Ossa sūt corporis solidamenta. In his enim positio omnis roburq; subsistit. Ossa autem abvsto dicta propter quod cremarentur ab antiquis siue vt alii putant ab ore eo quod ibi pateant. Nam vbiq; cute visceribusq; abtecta celantur. Medullę appellatę quod madefaciant ossa. Irrigant enim et confortāt. Vertibula sunt summę ossium partes, nodis crassioribus cōglobata, dicta eo quod ad inflexionē mēbroꝝ illa vertantur. Cartillagines ossa mollia & sine medulla, quod genus auriculę & narium discrimen & costarum extremitates habent, siue opercula ossium quę mouentur. Et dictę cartillagines quod leni atritu careant dolore dum flectantur. Costas appellari quidam putant quod ab ipsis interiora custodiantur, et toto mollicies ventris vallata saluentur. Latus quia iacentibus nodis latet. Est enim leua pars corporis, dextro autem lateri habilior motus est, leuo fortior, & honeri ferendo accommodatior. Vnde et leua nūcupata quod aptior sit ad leuandum aliquid et portandum. Ipsa enim gestat clypeum, ensē pharetram et reliqua onera. vt expedita sit dextra ad agendum. Dorsum est a ceruice vsq; ad renes. Dictum autem dorsus quod sit superficies durior corporis in modum saxi fortis & ad portandum & ad perpetiendum. Terga quia in ea supini iacemus in terra quod solus homo potest. Nam muta animalia tantum aut in ventre aut latere iacent. vnde in animalibus terga abusiue dicuntur. Scapula a scandendo dicitur, interscapilium spacium quod inter scapulas est. vnde & nominatum. Palæ sunt dorsū dextera leuaq; eminentia mēbra, dicta quod in luctando eas premimus, qđ gr̄ci palin dicūt. Spina est iunctura dorsū dicta eo qđ habeat radiolos acutos, cuius iuncturę spondilia appellantur propter partem cerebri, quę fertur per eos lōgo tractu ad ceteras corporis partes. Sacra spina ē ima p̄petue spine, quā gr̄ci ironostoi vocāt

LIBER

quoniā primū infante cōcepto nascitur, ideoq; et hostia id primū a gentib⁹ diis suis dabatur vnde et sapientia sancta dī. Renes ait Varro dictos q; riui ab his obsceni humoris nascā. Nā venę et medullę tenuē liquorē desudāt in renibus. qui liquor rursus a renib⁹ calore venereo resolut⁹ decurrit. Lūbi ob libidinis lasciuia dicti, quia in viris causa corporę voluptatis in ipsis est, sicut in vmbilico, feminis. Vñ & ad iob in exordio sermonis dictū est. Accinge sicut vir lūbos tuos vt in his esset resistendi præparatio, in quib⁹ libidinis est vrsitata dominādi occasio. Vmbilicus est mediū locus corporis, dict⁹ q; sit vmbus iliorę. Vñ & vmbro appellatur locus in medio clypei a quo depēdet. Ex eo ei infans in vtero pendet, ex eo etiā & nutrit. Iliū gręco sermone appellatū, q; ibi obuoluam⁹ nos. gręce ei ilios obuolueit dī. Clunes vocatę, q; sint iuxta collū quod est lōga o, Nates q; in ipsis inittimur dū sedem⁹. Vñ & cōglobata ēi eis caro, ne p̄mēti corporis mole ossa dolerent. Genitalia, corporis partes sunt, vt nomē ipm docet, gignendę sobolis acceperūt vocabulum q; his procreat & gignit, Hęc & pudēda pro verecundia siue a pube. Vñ & indumēto operiunt. Dñr autē ista & inhonesta, quia nō habēt eā speciē decoris, sicut mēbra quę in promptu locata sunt. Idē & veretrū quia viri est tñ sine q; ex eo virus emittit. Nā virus proprie dī humor fluēs a natura viri. Testiculi per diminutionē a testibus dicti quorę nūerus icipit a duob⁹. Hi ei semē calamo ministrant, quod ab spine medulla & renibus & lūbis suscipiunt ad graciā procreandi. Viscus est pellis in quo testiculi sūt. Posteriora verovocata quod retro sūt & a vultu aduersa ne dū aluū purgam⁹ inquinaremur aspectu. Meatus inde appellatns, quia p̄ eus meāt. i. egerūt stercora. Femora dicta sunt q; ea p̄te a fœmina sexus viri discrepet. Sunt autē ab igu nib⁹ vsq; ad genua. Fœmina autē per deriuationē femorum partes sunt, quibus in equitando tergis equorę adhærem⁹. Vñ & præliatores oli sub fœminibus equos amississe dicebātur. Coxę quasi cōiunctę axes. In ipsis ei femora mouētur, quorę concauavertebra vocātur, quia in eis capita femorū vertūtur. Suffragines, quia subtus frāguntur. i. flectūtur, nō supra sicut in brachiis. Genua sunt cōmissiōnes femorū & crurū, & dicta genua eo q; in vtero sint genis opposita. Coherēt ei sibi ibi, & cognata sunt oculis lachrymę indicib⁹ & mię. Nā a genis genua dñr. Deniq; cōplicatū gigni formatiq; hominē dicunt, ita vt genua sursū sint quib⁹ oculi formātur, vt caui, ac rotundi fiant. Ennius. Atq; genua se prosternunt statī lachrymātur. Voluit eieos natura vterū maternū rememorari, vbi quasi in tenebris cōsedebant anteq; ad lucē venirent. Crura dicta, quia his currim⁹ & gressum facimus. Sūt autē sub genibus vsq; ad furas. Tibię vocatę quasi tubę, sunt enim et longitudine et specie similes. Talus dictus a tolo, Nā tolus est eminens rotunditas.

Vnde et fastigium templi rotundi tolus vocat. Talus autē sub crure est. sub talo calcanei. Pedes ex gręca æthymologia nomen sortiti sunt. Hos enim gręci podas dicunt, quia alternis motibus solo fixi incedūt. Plantę a planicie nuncupatę, quia nō rotundę vt in quadrupedib⁹ ne stare non possit bipes homo sed planę atq; longiores formatę sunt vt stabilius corpus efficerēt. Sunt autē plātę anteriores p̄tes, quę etiā ex multis ossibus cōstant. Calcis prima pars plātę, a callo illi nomen imposituz, quod terrā calcamus, Hinc & calcaneus, solum inferior pars pedis, dictū quia eo terrę vestigia imprimimus sed et solū dicitur oē quod aliquid sustinet quasi solidū, vñ & terra solū pedis q; totā corporis molez portat. Viscera non tñ intestina dicimus, sed quicquid sub corio est, a visco quod est inter carnē & cutē. Item visceravitalia. i. circūfusa cordis loca, quasi viscosa, eo q; ibi vita. i. aīa cōtinetur. Itē viscera capita neruorum, ex sanguine & neruis copulata. ea dē lacertis iue mures, quia sic in singulis mēbris cordis loco sunt, vt cor in media parte totius corporis appellaturq; a noīe similitum aīalium sub terra delitescētū. Nam inde muscoli a murium similitudine. Idē etiā & tori, q; illic viscera tortavideā. Cor a gręca appellatiōe deriuatū. quod illi cardiā dicūt siue a cura. In eo enim oīs sollicitudo & scientię cāmanet. Quod iō pulmonivicinum est, vt cuz ira accenditur, pulmonis humore tēperetur. Huius duę arterię sunt, de quibus sinistra plus sanguinem habet dextra plus sp̄m, vnde & in dextro brachio pulsus inspicimus. Pręcordia sunt loca cordis vicina quib⁹ sensus percipitur, & dicta pręcordia eo q; ibi sit principium cordis et cogitationis, Pulsus vocatus q; palpitet, cuius indicio aut infirmitatem intelligimus, aut salutē. Huius duplex est motus, aut simplex, aut cōpositus. Simplex est qui ex vno saltu cōstat. Cōpositus est qui ex pluribus moribus inordi natus & inequalis existit. Qui motus certa habent spacia, dactylicū percussum q̄diu sine vicio sunt, si quando vero citatiores sunt, vt dorcadazontes, at leuiores, vt mirmicizontes mortis signa sunt. Venę dictę eo q; vię sunt natantis sanguinis atq; viri per corpus omne diuisi quib⁹ vniuersa membra irrigantur. Sanguis ex gręca æthymologia nomē duxit quod vegetetur et substantetur et viuat. Sanguis autem est dum in corpore est, effusus vero cruor dicitur eo q; effusus decurrit, vel ab eo q; currēdo corruat. Alii autem cruorem interpretantur sanguinem corruptum qui emittitur. Alii autem vocatum sanguinem q; suavis sit. Sanguis autem nō est integer nisi in iuuenibus Nā dicunt phisici minui sanguinem per etatem, vnde in senibus tremor ē. Proprie autem sanguis animę possessio est. Inde genas lacerare mulieres in luctu solent. Vñ & purpureę vestes & flores purpurei mortuis p̄bēt. pulmo ex gręco trahit vocabulū. Gręci enim pulmonem pleumon vocant, eo q; cordis flabellum sit in

quo pneuma. i. spūs inest, per quod & agitantur et mouētur. Vñ & pulmones vocati sunt. Nam gręce pneuma spūs dī, qui flēdo & exagitādo aerē emit tit & recipit, a quo mouē pulmōes & palpitāt ad aperiēdo se vt flatū capiāt, restringēdo se vt eiiciant. Est ei organū corpis. Iecur nomē habet eo q̄ ignis ibi habeat sedē in cerebro subuolat, in ad oculos cęterosq; sens⁹ & mēbra diffundit, et calore suo ad se succū ex cibo tactū vertit in sanguinē quē ad vsum; pascēdi nutriēdiq; singulis mēbris prebet. In iecore aut cōsistit voluptas & cōcupiscentia, iuxta eos qui de physicis disputāt. Fibrę iecoris sunt extremitates. sicut extreme ptes filiorū siue quasi linguę eminentes. Dictas aut fibras quod apud gētiles ī sacris ad phœbi aras ferebātur ab ariolis, qb⁹ ob latis atq; succēsīs respōsa acceperūt. Splen dict⁹ a supplemēto, ex cōtraria parte iecoris ne vacua existeret. Quē qdā etiā, risus cā factū existimāt. Nam splene ridem⁹, felle irascimur, corde sapim⁹ iecore amam⁹. Quib⁹ quatuor elemētis cōstātib⁹ integrū est aīal. Fel appellatū q̄ sit folliculū gestāshu morē q̄ vocatur bilis. Stomachus gręce os vocatur eo q̄ ostiū vētris sit, & cibū excipiat, atq; in ītestina trāsmittat. Intestina dñr, eo q̄ corporis interiore pte cohibētur, quę iccirco lōgis nexib⁹ in circuloꝝ ordinata sunt modū vt susceptas escas paulatī digerāt, & superadditis cibus nō impediant. Omētum mēbranū quod cōtinet ītestinorū maiorē partē quod epitholin gręci vocāt. Disseptū ītestinū qd̄ discernit vētrē & cętera ītestina a pulmone vel a corde. Cęcū ītestinū q̄ sit sine foramine & exitu, quod gręci tisonenteron dicunt. Ieiuna tenue ītestinū, vñ & ieiunium dī. Vēter aut & aluus & vter⁹ inter se differūt. Vēter ē q̄ acceptos cibos digerit, & apparet extrīsecus, pertinetq; a pectore ad īguinē, & dict⁹ vēter q̄ per totū corpus vitę alimēta trāsmittat. Alu⁹ ē q̄ cibū recipit, & purgari solet Salustius, Simulās sibi aluū purgari. Et vocat aluus q̄ abluat. i. purgeat, Ex ipō ei sordes stercorū defluūt. Vterū solę mulieres habēt, in quo cōcipiunt ad similitudinē caliculi. Tñ auctores vterū pro vtriusq; sexus ventre plerūq; ponūt nec poetę tm̄mō, sed & cęteri. Vocat⁹ aut vterus q̄ duplex sit, & abvtraq; ī duas se diuidat partes, quę ī diuersū diffusę ac replexe circūplicātur in modū cornu arietis, vel quod iterius impleat fētū. Hic & vter q̄ aliqd̄ intrīsecus habuerit. vt mēbra & viscera. Aqualiculus aut proprie porci est, hinc ad vētrē translatio. Matrix dī q̄ fētus in ea generetur, semen enim receptū cōfouet cōfotum corporat, corporatū in mēbra distiguit. Vulua vocata, quasi valua. i. ianua vētris, vel q̄ semē recipiat, vel q̄ ex ea fētus procedat. Vesica dicta quasi vas aque, quia sicut vas aqua, ita de renibus vrina collecta cōpleat & humore distiguit. Cuius vsus involucris nō habet. Vrīna aut dicta siue quod vrat, siue quia ex renib⁹ egeritur. Cuius inditio & salus & egritudo mōstratur.

Qui humor vulgo lotiū dī, eo q̄ lota. i. munda vestimenta efficiant, Semē est quod iactū sumit aut a terra aut abvtero ad gignendū vel fruct⁹ vel factus. Est ei liquor ex cibi & corporis decoctione factus ac diffusus per venas atq; medullas. qui inde desudat⁹ in modū sentinę cōcrescit in renibus ei⁹ ctusq; p coitū & in vtero mulieris suscept⁹, calore quodā mō viscerū, & mēstrualis sanguinis irrigatione format⁹ in corp⁹. Mēstrua supuacuis mulierū sanguis. Dicta aut mēstrua ppter circuitū lunaris luminis, quo solet hoc euenire profluuiū. Luna ei gręce mene dī, hęc & muliebria nūcupāt. Nā mulier solū mēstruale aīal est. Cuius cruoris contactu fruges nō germināt, acescūt musta, moriunt herbe, amittūt arbores fētus, ferrū rubigo corrūpit, nigrescūt gramēta. Si qui canes in ederit in rabie efferunt. Glutinū asphalti, quod nec ferro nec aq̄s dissoluit, cruore ipso pollutū spōte dispergit. Post plurimos aut dies mēstruos. iō semen nō est germīnabile, quia iā nō ē mēstrualis sanguis a quo psum irriget. Tenue semen locis mulierib⁹ nō herere. Labitur ei nec habet vī herēdi. Similiter & crassum vī nō habet gignēdi. quia muliebri sāguini mīsceri nō pōt, ppter nimīā sui spissitudinē. Hic & steriles mares & fœminas dicunt fieri. vel per nimīā seminis vel sanguinis crassitudinē, vel ppter nimīā raritatē. Primū aut aiunt cor hoīs fingi in eo q̄ sit & vita hominis & sapientia, deinde quadragesimo die totū corpus expleri quod ex obortionibus vt ferūt collectū est. Alii fētusa capite dicūt sumere ex ordium. Vñ & in auiū fētibus primum oculōs fingi in ouis videmus. Fētus aut nominatus q̄ adhuc ī vtero foueatur. Cuius fęcunde dicuntur folliculus qui simul cum infante nascitur cōtinetq; eū. Dict⁹ ita, quia eū cum editur sequitur. Nasci aut patribus similes aiunt. si paternū semen valid⁹ sit, matribus, si matris, hac ratione similes exprimit vult⁹. Qui aut vtriusq; parentis figurā reddunt, equaliter mixto paterno maternoq; semine cōcipiuntur. Auorum proauorū similes fieri, quia sicut in terra multa semina occulta, ita & in hoīb⁹ semina celātur figuras parētū redditura. Ex paterno aut semine puellas nasci & ex materno pueros, quia omnis partus cōstat ex duplici semine cuius pars maior cum inualuerit, occupat similitudinē sexus. In corpore nostro quēdā tm̄ utilitatis causa facta sunt vt viscera, quēdā & utilitatis & decoris vt sensus in facie et in corpore manus ac pedes. Quorum mēbroꝝ & utilitas magna est et species decentissima. Quēdā tm̄ decoris, vt māmille in viris et in vtroq; sexu umbilicus. Quēdā discretionis vt in viris genitalia barba proluxa, pectus amplum, in mulieribus lenes genę et angustum pectus, ad concipiendos autem et portandos fētus renes et latera dilatata. Quod ad hominem et ad partes attinet corporis ex parte dictum est, consequenter etates ei⁹ subiungam.

De ætatibus hominis.

Cap. II.

O Radus ætatis sunt sex, infantia, pueritia, adolescentia, iuuentus, grauitas, atq; senectus. Prima ætas infantia est pueri nascētis ad lucem quæ porrigit in septē annos. Secūda ætas puericia. i. pura & nec dū ad generādū apta, tēdēs vsq; ad. xiiii. annū. Tertia adolescētia adgignēdū, adulta quæ porrigitur vsq; ad. xxviii. annos. Quarta iuuentus firmissima oīm etatū finies ī quinquagesimo anno. Quinta ætas senioris. i. grauitas quæ est declinatio a iuuetute in senectutē nōdū senectus, sed iā nō iuuetus, quia senioris ætas est quā græci presbyter vocāt. Nā senex apud græcos non presbyter s; geron dī. Quæ ætas a quinquagesimo anno incipiens septuagesimo terminatur. Sexta ætas est senectus, quæ nullo anno tēpore finitur, sed post quāq; illas ætates quātūcūq; vitæ est, senectuti deputat. Seniu aut pars est vltima senectutis, dicta q; sit terminus sextæ ætatis. In his ergo sex spaciis philosophitā descripserūt humanā, ī quib; mutat & currit & ad mortis terminū peruenit. Pergamus ergo breuiter per prædictos gradus ætatū, etymologias earū ī hoīe demonstrantes. infans dicitur hō primæ ætatis. Dicitur aut infans quia adhuc dari nescit. i. loq nō possit. Nōdū ei bñ ordinatis dētibus minus est sermonis expressio. Puer a puritate vocatus, quia purus est, & necdū lanuginē florēq; genarū habēs. hi sunt ephebi. i. a phebō dicti, necdū viri, s; adolescētuli lenes. Puer aut trib; mōis dī, pro natiuitate, vt Esaias. Puer natus ē nobis, p̄tate, vt octenis decēnis. Vñ et illud iā puerile iugū tenera ceruice gerebat, p̄ obsequio & fidei puritate, vt dominus ad pphetā. Puer me; es tu, nolī timere. dū iā Hieremias lōge pueritiæ excessisset ānos. Puella est paruula q; si pulla. Vñ & pupillos non pro conditione, s; p̄tate puerili vocam;. Pupilli aut dicti, quasi sine oculis hoc ē a parētibus orbi. Hi aut vere pupilli dñr quorū patres añ decesserūt q; ab eis nomē acciperent. Ceteri orbivocāt. Orphani idē qui & pupilli, illud enī gręcū nomē ē, hoc latinū. Nā & ī psalmo vbi legitur. Pupillo tu eris adiutor, gręcus habet orphano. Puberes a pube. i. a pudēdis corporis nūcupati. q; hęc loca tūc primū lanuginē ducūt, Quidam aut ex annis pubertatē, existimāt. i. eū puberē esse qui. xiiii. annos expleuerit quā tardissime pubescat. Certissimū aut puberē eē qui & ex habitu corporis pubertatē ostendit & generare iā possit. Puerpere sunt quæ annis puerilib; pariūt, vñ & Horati;. Laudat in primo prole puerpera nato. Et dicte puerpere, vel q; primo partu grauātur, vel quod primū pueros pariant. Adolescēs dicitur eo q; sit ad gignendū adult;, siue a crescere et augeri. Iuuenis vocatur q; iuuare posse incipiat. vt in bobus iuueti cū a vitulis discesserint. Est ei iuuenis ī ipō ætatis icremēto posit;, & ad auxiliū p̄parat;. Nā iuuare hoīs est op; aliquod cōfētētis, sicut aut tricesim; pfectæ ætatis ē annus ī hoīb;, ita in pecudib; ac iumētisterti;

robustissimns est. Vir nūcupatus q; maior in eo vis est q; in foeminis, vñ et virtus nomē accepit, siue q; vi agat foeminā. Mulier vero a mollicie tāq; molier detracta littera vel mutata appellata est mulier. Vtriq; ei fortitudine & ibecillitate aīorū vel corporū separant;. S; iō virtus maximaviri, mulieris minor, vt patiens viro esset. i. ne foeminis repugnantibus libido cogeret viros aliud appetere, aut ī aliū sexū prouere. Dī igit mulier scd; foemineū sexū nō scdm corruptionē integritatis & hoc ex lingua sacre scripturę. Nā Eua statim facta de latere viri sui nondū cōtacta a viro mulier appellata est, dicente scriptura. Et formauit eā in mulierē. Virgo a viridiorē ætate dicta est, sicut & virga, sicut & vitula. Alias ab icorruptione quasi virago, q; ignoret femineā passionē. Virago vocata quia vt vir agit, hoc ē operavirilia facit, & masculiniviroris ē. Antiqui ei fortes foeminas ita vocabāt. Virgo aut nō recte virago dī, si nō viri officio fungitur. Mulier vero si virilia opera facit recte virago dī, vt amazona. Quæ vero nūc femina antiquit; viravocabat;, sicut a seruo serua, sicut a famulo famula, ita a viro vira. hic & virginis nomē quidā putāt, femina vero a partib; femorū dicta vbi sex; a viro distiguit. Alii græca æthymologia femineā ab igne vindictā putant, quia vehemēter cōcupiscit. Libidinosiores ei viris femine sunt, tā ī mulierib; q; in aīalib;. Vñ nīmī; amor apud antiquos foemineus vocabatur. Senior ē adhuc viridior. Oui. in sexto li. Senior iter iuuenēq; senēq;. Terentius. Quo iure sumus. Adolescētior nō vtiq; magis ē adolescēs, sed min; vt senior minus ē sene. vbi cōparatiuus gradus minus significat a positiuo. Ergo senior nō satis sicut iuuenior inter iuuenem & senem, sicut pauperior. inter pauperē Senes dictos quidā putant a sensus diminutiōe eo q; iā pro vetustate desipiāt. Nā physici dicūt homines stultos esse frigidioris sanguinis prudentes calidi. Vñ & senes in quib; necdū calet, minus sapiunt. Inde est quod cōuenit sibi infantū ætas & senū. Senes ei per nīmīā ætatē delirāt, pueri p̄ lasciuam & infantīā ignorāt quod agāt. Senex aut tantū masculini gnīs ē. sicut anus femini. Nā an; dī sola mulier. Anus aut appellata a multis ānis, quasi annosa. Nā si cōmune esset nomē, cur diceret. Terentius senē mulierē. Hinc et vetula quia vetusta. Sicut aut a sene senectus, ita ab anu anilitas nota est. Canicies aut vocata a cādore, quasi candidices, vñ est illud. Florida iuuentus, lactea canicies, prout diceret candida. Senectus aut & multa bōa secū affert, & mala, Bona, quia nos a potentissimis dñis liberat, voluptatibus iponit modū, libidīs fragit ipetus, auget sapientiā, dat maturiora cōsilia. Mala aut quia seniū miserimū est debilitate et odio. subeūt enī morbi tristisq; senectus. nā duo sūt quib; minuūtur corporis vires. senectus et morbus. Mors dicta q; sit amaravel a marte qui est effector mortū siue a morfu hoīs primi quo ille vsu pomi

mortē meruit. Tria sunt autē gēna mortis acerba, imatura, naturalis. Acerba infantium, imatura iuuenū, matura. i. naturalis senū. Mors autē ex qua parte orationis declinetur incertū est. Nā sicut ait cæsar, nō pōt mortu⁹ aliqua facere post mortē suam. ita hō nō pōt scire eius originē. i. mortuus ab eo q̄ est morior. i. participio p̄teriti tēporis intus exire debuit p̄rynū. s. u. nō per duo. Nā ubi geminata est litera u nomē est non participiū, vt fatuus arduus. Cōuenienter itaq; factū est vt quēadmodū id quod significat nō pōt agēdo, ita et ipsū nomē non possit loquendo declinari. Ois autē mortuus aut fun⁹ ē aut cadauer. funus est si sepeliat. Et dictū fun⁹ a funib⁹ accēsis, quos añ pheretrū papyris cæra circū datis ferebāt. Cadauer autē ē si insepultū iacet. naz cadauer noiatur a cadendo. quia iā stare nō potest. Quod dū portat exequias dicim⁹, crematū reliquias, cōditū iā sepultū, corpus autē cōsuetudine vt illud. Tū corpora luce carentū. Defunctus vocatus quia cōpleuit vitæ officiū. Nā dicim⁹ defunctos officio, quia officia debita cōpleuerūt, vñ est et honoribus functus. Hic ergo defunctus q̄ ab officio vitæ sit deposit⁹, siue q̄ sit die funct⁹. Sepultus autē dicitur eo quod iam sine pulsu & palpitatione est id est. sine motu. Sepelire autē est condere corpus.

Nā humare obruere dicim⁹ hoc ē humuz iniicere.

¶ De portentis.

Cap. III.

Portenta esse ait Varro quę cōtra naturā nata vidētur, sed nō sunt cōtra naturā quia diuina volūtate fiunt, cū voluntas creatoris cuiusq; cōditę rei natura fit. Vñ & ipsi gētiles deū mō naturā mō deū appellāt. Portētū ergo fit nō cōtranaturā, sed cōtra quā est nota natura. Portenta autē & ostenta mōstra atq; prodigia ideo nūcupant, quod portendere atq; ostēdere mōstrare atq; p̄dicere aliqua futura vidētur. Nā portenta dicta perhibēt a portendo. i. p̄ostēdendo. Ostēta autē quod ostendere quicq; futurū videant. Prodigia quod porro dicant id est futura predicāt. Mōstrauero a monitu dicta quod aliquid significandū demonstrent siue quod statī monstrent quid appareat, & hoc p̄prietatis ē, abusione tñ scriptorū plerūq; corrūpitur. Quędaz autē portentorū creationes in significationibus futuris cōstitutavidēt. Vult ei deus interdū vētura significare per aliqua nascentiū noxia. sicut & p̄ sōnos et per oracula qua p̄moneat et significet quibusdā vel gentib⁹ vel hoibus futurā cladem, quod plurimis etiā experimētis probatū est, vt in tēporibus Xerxis regis. Tūc quippe lepus ex equa creata, dissolui regnū eius portēdit. Alexādro ex muliere mōstrū creatū est, quod superioris corporis partes hois, sed mortuas habuerit, inferiores diuersarū bestiarū, sed diuētes significasse repentinā regis interfectionē, superuixerāt ei deteriora meliorib⁹. Sz hęc mōstra quę in significationib⁹ dātur, nō diu viuūt, sed cōtinuo vt nata fuerit occidūt. Inter por-

tentum autē et portentuosum differt. Nā portenta sunt quę transfigurantur, sicut fertur in vmbria mulierē peperisse serpentē. Vñ Luca. Matrēq; su⁹ cōterrui infans. Portētuousa vero leuē fumūt mutati onē. exēpli causa cū sex digitis nati. Portenta igitē vel portētuousa existūt alia magnitudine ne totius corporis vltra cōmunē hoim modū quātus fuit titi on in nouē iugerib⁹ iacens Homero testāte. Alia puitate totius corporis, vt nani, vel quos gręci pygmeos vocāt, eo quod sit statura cubitales. Alia magnitudine partiū, veluti capite informi, aut superfluis mēbroz partibus, vt bicipites et trimani vel scinoduntas quibus gemini procedūt ordine dentes. Alia defectu partiū in quib⁹ altera pars plurimū deficit ab altera, vt man⁹ a manu vel pes a pede. Alia discissione, vt sine manu, aut capite generata quos gręci steresios vocāt. Alia per numeria, qñ solū caput aut erus nascit. Alia quę i parte trāsfigurāt sicut qui leonis hnt vultū vel canis vel taurinū caput aut corpus, vt ex pasiphæ memorat genitū minotaurū, quod gręci etheromorphiā vocāt. Alia q̄ ex oī parte transfigurant in alienæ creationis portētū, vt ex muliere vitulū dicit historia generatū. Alia q̄ sine trāsfiguratione mutationē habēt locoꝝ, vt oculos in pectore vel in frōte, aures supra tēporavel sicut Aristoteles tradidit quēdā in sinistra parte iecur, i dextera splen habuisse. Alia scđz cōnaturationē, vt in alia manu digiti plures cōnaturati et coherētes reperiūt in alia minus siue in pedibus. Alia secundū imaturā & itēperatā creationē, sicut hi qui dētati nascuntur siue barbati vñ cani. Alia cōplexu plurimarū differentiarū, sicut illud qđ p̄dixim⁹ in alexādro multiforme portētū. Alia cōmixtione generis vt androgyni & hermaphrodite vocāt. Hermaphrodite autē nuncupati eo quod in eis vterq; sex⁹ appareat. Herma quippe apud gręcos mascul⁹ ē, aphrodī fœmina nūcupat. Hi dextrā māmilla virilē / sinistra muliebrā habētes vicissim coeundo & gignūt & pariunt. Sicut autē i singulis gētibus quędā mōstra sunt hominū ita in vniuerso gēne hūano qđā mōstra sunt gētium vt gigātes cinocephali cyclopes &c. Gigantes dictos iuxta gręci sermonis ethymologiā qui eos gēnes existimāt. i. terrigenas eo quod eos fabulose pariēs terra imensa mole & similes sibi genuerit. Ge ei terra appellatur genis genus licet & terræ filios vulgus vocet. quorū genus incertū est. falso autē opināt qđā iperiti de scripturis sacris p̄uaricatores angelos cū filiab⁹ hoim añ diluuiū cōcubuisse / et exinde natos gigātes. i. nimiū grandes & fortes viros / de qb⁹ terra cōpleta est. Cenocephali appellāt / eo quod canina capita habeāt / quosq; ipse latrat⁹ magis bestias q̄ hoies cōfiteē. hi i idia nascuntur. Cyclopes quoq; eadē idia gignit. & dicti cyclopes eo quod vnum oculū in fronte media habere perhibēt, hi & agriophagite dñr propter quod solas ferarū carnes comedunt, Lemnias in libya cre-

dunt truncos sine capite nasci, & os & oculos habere in pectore. Alios sine ceruicibus gigni oculos habentes in humeris. In ultimo aut orientis monstruosae gentium facies scribuntur. Alię sine maribus equali totius oris planicie informes habentes vultus. Alię labro subteriore adeo prominenti, ut in solis arboribus tota eius facie contegat dormientes. Aliis concreta ora esse modico tantum foraminis calamis a uenarum passus haurientes. Nonnulli sine linguis esse dicuntur inuicem sermonis utentes nutu siue motu. Panthiosii apud scytham esse feruntur tam diffusa aurium magnitudine ut omne corpus ex eis contegant. Panem eius graeco sermone omni othi aures dicitur. Artabatitę in aethyopia proni ut pecora ambulare dicitur. quadragesimum enim annum nullus supergreditur. Satyri hominum sunt ad uncis naribus, cornua in frontibus habent, & caprarum pedibus similes qualis in solitudine antonius sanctus vidit. Qui etiam interrogatus a dei seruo respondisse fertur dicens. Mortalis ego sum vnus ex accolis Heremi quos vario delusa errore gentilitas faunos satyrosque colit. Dicitur quidam & siluestres homines quos nonnulli faunos officarios vacat. Sciopodum gens fertur esse in ethiopia singulis cruribus & celebritate mirabili, quos in sciopodas graeci vocant, eoque per aestum in terra resupini iacentes pedum suorum magnitudine adubrent. Antipodes in libya platas versas habent post crura & octenos digitos in plantis. ypodopes in schitia sunt humanam formam & equinos pedes habentes, in india ferunt esse getem macrobii nuncupantur. xii. pedum statura habentes. Est & gens ibi staturae cubitalis, quos graeci a cubito pygmaeos vocant, de qua supra dicimus. Hi motana Indiae tenent quibus vicinus oceanus. Perhibent & in eadem india esse gentem femineam quae quinquennes concipiunt & octauum vitae annum non excedunt. Dicitur autem & alia hominum fabula portenta quae non sunt, sed ficta et in causis rerum interpretantur ut geryonem hispaniae regem triplici forma proditum. Fuerunt ei tres fratres tantae concordiae ut in tribus corporibus quasi vna anima esset. Gorgones quoque meretrices crinitas serpentes quae ferunt aspicientes se conuertere in lapides. habentes unum oculum quo inuicem utebantur. Fuerunt autem tres sorores vnus pulchritudinis, quasi vni oculi quae ita spectatores suos stupefcere faciebant ut vertere eos putarentur in lapides. Sirenas tres ferunt fuisse ex parte virgines & ex parte volucres habentes alas et ungulas, quae voce altera tibis tertia lyra canebat. Quae illos nauigantes sub cantu in naufragia trahebant. Secundum veritatem autem meretrices fuerunt quae traeseunt quoniam ad egestatem deducebant. his fictae sunt inferre naufragia. Alas autem habuisse & ungulas, quia amor & volat & vulnerat. Quae inde in fluctibus commorasse dicitur, quia fluctus venerunt creauerunt Scyllam quoque ferunt feminam capitibus succictam caninis cum latratibus magnis propter fetum siculi maris in quo nauigantes verticibus in se concurrentium vnda exterriti, latrare existimant vndas quas sorbentes a-

stus vorago collidit. Fingunt et monstra quaedam irrationabilium animantium, ut cerberus inferorum canem tria capita habentem, significantes per eum tres aetates per quas mors hominem deuorat. i. infantiam iuuentutem, & senectutem. Quae quidam idem dictum cerberum putant quasi creboros. i. carnem voras. Dicunt et hydram esse serpentem cum nouem capitibus quae latine scedera dicitur, quod vno caelo tria capita excrecebant. Sed constat hydram locum fuisse euomentem aquas vastatae vicinam ciuitatem, in quo vno clauso meatu multi erumpebant. Quod Hercules videns, loca ipsa exussit, et sic aquae clausit meatum. Nam hydra ab aqua dicta est. Huius mentionem facit Ambrosius in similitudine heresum dicens. Heresim eivelut quaedam hydra fabularum vulneribus suis creuit, et dum sepe reciditur pullulauit ignis debito incendio peritura. Fingunt et chimeram triformem bestiam, ore leo, postremis partibus draco, media caprea. Quae quidam philosophi non animal sed cilicium motem esse aiunt, quibusdam locis leones et capras nutriente, quibusdam ardente, quibusdam plena serpente. Hunc bellerephotes habitabilem fecit vni chimeram dicitur occidisse Cetauris. i. hominibus equo mixtis specie vocabulorum dedit, quos quidem fuisse equos thessalorum dicunt, sed pro eo quod discurrerent in bello velut vnum corpus equorum et hominum viderentur, inde ceturos fictos asseruerunt. Porro minotaurum nomen sumpsisse ex tauro et homine, qualis bestia dicunt fabulose in labyrintho inclusam fuisse. De qua Ouid. Semibouemque virum, semiuirumque bouem. Onocentaurum autem vocari eo quod media hominis species, media asini esse dicatur, sicut et hypocentauri, quae equorum hominumque in eis natura coniuncta fuisse putatur.

¶ De transformatis.

Cap. iiii.

Scribuntur autem et quaedam monstruosae hominum transformationes & commutationes in bestias, sicut de illa maga famosissima circe quae socios quoque vlixis mutasse fertur in bestias et de archadibus qui sorte ducti transibant quoddam stagnum, atque ibi conuertebantur in lupos. Nam et Diomedis socios in volucres fuisse conuersos, non fabuloso mendacio, sed historica affirmatione confirmat. Sed et quidam asserunt strigas ex hominibus fieri. Ad multa ei latrocinia figurae sceleratorum mutantur, et siue magicis cantibus siue herbarum veneficio totis corporibus in feras traeseunt. Sequidem et per naturam pleraque mutationem recipiunt, et corrupta in diuersas species transformantur, sicut de vitulorum carnibus putridis apes, sicut de equis scarabei, de mulis locustae, de cancribus scorpiones. Ouid. Coccinea litorei si demas brachia cacri, Scorpius exhibit, caudaque minabitur vnca.

¶ Incipit liber duodecimus.

¶ De pecoribus et iumentis

Cap. I.

Omnia animalibus Adamae primus vocabula indidit, appellans unicuique nomen ex praesenti institutione, iuxta conditionem natu-

ræ cui seruiret gentes aut vnicuique aialium et propria lingua dederunt vocabula. Non aut secundum latinam linguam atque grecam aut quarumlibet gentium barbarum nomina illa imposuit Adæ, sed illa lingua que ante diluuium vna fuit que hebreæ nuncupatur. Latine aut aialia siue animantia dicta que animantur vita & moueantur spiritu. Quadrupedia vocata, quia quatuor pedibus gradient, que dum sunt similia pecoribus tamen sub cura humana non sunt, ut cerui, damæ, onagri &c. sed neque bestie sunt, ut leones, neque iumenta, ut usus hominum iuuare possint. Pecus dicimus omne quod humana lingua & effigie caret. Proprie autem pecorum nomen his aialibus accommodari solet que sunt aut aduiscendum apta ut oues & sues, aut vsui hominum commodum ut equi et boues. Differt autem inter pecora et pecudes, nam veteres committere in significatione omnium aialium pecora dixerunt, pecudes autem tamen illa aialia que edunt, quasi pecudes. Generaliter autem omne aialium pecus a pascendo vocatum. Iumenta inde nomina traxerunt, que nostrum labore vel onus suo adiutorio subuectando vel arando iuuent. Nam bos carpenta trahit & durissimas terræ glebas vomere vertit. Equus et asinus portant onera, & hominum in gradiendo labore temperant. Vnde & iumenta appellantur eo que iuuent homines, sunt enim magna virium aialia. Eadem quoque armata, vel que sint apta armis, id est bello, vel que his in armis utimur. Alii armata tamen boues intelligunt ab arando, quasi aramenta vel que sint cornibus armata. Discretio est autem inter armenta & greges. Nam armata equorum & bouum sunt, greges vero caprarum et ouium. Ouis molle pecus lanis, corpore inermis, animo placidum, ab ablatione dictum, eo que veteres in initio non tauri, sed oues in sacrificio mactarentur. Ex his quasdam bidetes vocant eo que inter octo dentes duos altiores habent, quas maxime gentiles in sacrificium offerebant. Veruex vel a viribus dictum quod ceteris ouibus sit fortior, vel quod sit vir, id est masculus, vel quod vermum in capite habeat, quorum excitati pruritu inuicem se concutiunt et pugnantem cum magno impetu feriunt. Aries vel apotureos, id est a mare vocatus vnde apud nos in gregibus masculi mares dicuntur siue quod hoc pecus a gentilibus primum aris est imolatum. Aries quod aris imponeretur. Vnde est illud. Aries mactatur ad aram. Agnum quoque et greci vocant apotureos, quasi pius, latini tamen ideo hoc nomen habere putant eo quod pre ceteris animalibus matrem agnoscat, adeo ut etiam si in magno grege errauerit, statim balatu recognoscat vocem parentis. Edium ab edendo vocatum. Parui enim pinguiissimi sunt et saporis iocundi vnde et edere, inde et edulium vocatur. Hircus lasciuus aialium et petulcū et feruens semper ad coitum cuius oculi, ad libidinem intransuersum aspiciunt. Vnde et nomen traxit. Nam hirci sunt oculorum anguli secundum Suetonium, quia natura adeo calidissima est, ut adamantem lapidem quem nec ignis nec ferri domare valet materia, solus huius cruor dissoluat. Maiores hirci cinisi dicitur a fluuio cinise in lybiaybi gradibus nascuntur

Caproset capras a carpēdis virgultis quidam dixerunt. Alii quod captent aspera. Nonnulli a crepitu crurum vnde eas creas vocitatas, quæ sunt capræ agrestes, quas greci pro eo quod acutissime videant ἀποτον λεγκεσθαί, id est dorchas appellauerunt. Morantur enim in excelsis montibus, et quis de longinquo, videt tamen omnes qui veniunt. Eadem autem et capree eadem ibices, quasi auices, eo quod instar auium ardua et excelsa teneant, et in sublimibus habitent, ita ut de sublimitate vix humanis obtutibus pateant, vnde et meridiana pars ibi aues vocat qui in illi fluentis inhabitant. Hæc itaque animalia ut diximus in petris altissimis commorantur, ut si quando ferae vel hominum aduersitate perferant de altissimis saxorum cacuminibus sese precipitantes in suis se cornibus illesas suscipiunt. Cerui dicti a ποτον ce raton, id est a cornibus. Cerata enim grece cornua dicitur, hi serpentium inimici, cum se grauatos infirmitate perferant, spiritum narium eos extrahunt de cauernis et superata pernicie veneni eorum pabulo reparant. Dictamum herbam ipsi prodiderunt. Nam ea passim excutiunt acceptas sagittas. Miratur autem sibilum fistularum, erectis auribus acute audiunt, summissis nihil, si quando imensa flumina vel maria transnatant, capita clunibus precedentiū superponunt sibi quoque inuicem succedentes, nullum laborem ponderis sentiunt. Tragelaphi a grecis nominati qui dum eadem specie sint, ut cerui villosos tamen habent armos, ut hirci et meta promissis hirta barbibus, qui non alibi sunt quam circa phalidem Hinnuli filii sunt ceruorum ab innuere dicti quia ad nutum matris abscondunt. Dammula vocata quod de manu effugiat, timidum aialium et ibelle, de quo Marcialis. Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum. Imbelles damæ, quid nisi preda sumus. Lepus quasi leuipes, quia velociter currit. Vnde et grece per cursu lagos dicitur. velox est aialium & satis timidum. Cuniculi genus aialium agrestium, dicti quasi caniculi, eo que canum indagine capiantur, vel excludantur a speluncis. Sus dicta que pascua subigat, id est terra subacta escas inquirat. Verres quoque grandes habent atque vires. Porcus quasi sporcus. Ingurgitat enim se ceno, luto immergit, limo illinit. Hora. Et amica lutosus. hinc etiam spurcicia vel spurcius nuncupatur. Porcorum pilos setas vocamus. & setas a sue dictas, a quibus & sutores vocantur que ex setis suant, id est consuunt pelles. Aper a feritate vocatus ablata, scilicet littera & subrogata p. Vnde et apud grecos syagros, id est ferus dicitur. Omne enim quod ferum est et inimice abusive agreste vocamus. Iuencus dictus ab eo quod iuuare incipiat hominum vsus in excolenda terra, vel quia apud gentiles ioui semper ubique iuencus imolabatur, nunquam taurus. Nam in vicinis etiam ætas considerabatur. Taurus grecum nomen est, sicut & bos. Indicis tauris color fuluus est, volucris pernicitas, pilis in contrarium versis, caput circumflectunt flexibilitate qua volunt, tergi duricia omne telum respuunt inimici feritate. Bouem greci boeten dicunt. Hinc latini trionem vocant eo que terram terat quasi te-

tionem. Neuius. Trionū hic moderator rusticus, cuius latitudo pelliū a mento ad crura. Palearia dñr a pelle ip̄a, quasi pellearia, quod est generositatis in boue signum. Boū in fociis eximia pietas. Nā alter alterum inquit cū quo ducere collo aratra consuevit, & frequenti mugitu piuz testatur a se factum si forte defecerit. Vacca dicta quasi boaca. Est enim ex qualitate mobiliuz noīm, sicut leo leona, draco, dracena. Vitulus et vitula a viriditate vocati. i. etate viridi, sicut virgo. Vitula aut parua est & nondū enixa. Nā enixa iuuenca est aut vacca. Bubalivocati per derivationem quod sint similes bouz, adeo idomiti vt p̄feritate iugū ceruicib⁹ nō recipāt. Hos africa p̄creat. Vri agrestes boues sunt in germania habētes cornua int̄m protensa. vt regis mensis insigni capacitate ex eis gerulę fiant. Camelis causa nomen dedit, siue quod qñ oneratur vt breuiore & humiliore fiāt accubāt. quia græci camī hūile & breue dicūt. siue quia curu⁹ ē dorso. Cam⁹ eī verbo græco curuū significat. Hos lz & alię regiones mittāt, sed arabia plurimos, Differunt aut sibi, nā arabici bina tubera in dorso hñt, reliquaz regionū singula. Dromeda genus cameloz est minoris quidē staturę, sed velociorū cursus vñ & nomen hz. Nā dromos græce cursus & velocitas appellatur. Centum enī & āplius miliaria vno die pergere solet. Quod aīal sicut bos & ouis & camelus ruminat. Ruminatio aut dicta est a rumine, eminēte guttaris pte, per quā dimissus oibus a certis aīalibus reuocatur. Asinus & asellus a sedendo dictus, quasi a sedus. sed hoc nomē quod magis eq̄ cōueniebat, iō hoc aīal sumpsit, quia prius q̄ equos caperent hoīes huic p̄sistere ceperūt. Aīal qui p̄petardū & nulla rōne renitens, statiz vt voluit sibi hō subtrauit. Onager interpretatur asinus fer⁹. On quippe græci asinū vocāt, agriā ferum. Hos africa habet magnos & idomitos, & in deserto vagantes Singuli aut feminaz gregibus p̄sunt. Nascentibus masculi zelāt & testiculos eoz morsu detruncāt, quod cauentes matres eos in secretis locis occultāt. Asini archadici dicti eo quod ab archadia primū vecti sint magni & alti. Minor aut asell⁹ onagro plus necessarius est, quia & laborez tollerāt & negligentia prope modū non recusat. Equi dicti, eo quod qñ quadrigis iungebātur eq̄bātur. paresq; forma & similes cursu copulabātur. Caballus a cauēdo dictus, propter quod gradiens vngula impressa, terrā cōcauet, quod reliq̄ aīalia non habent. Inde & sonipes quod pedibus sonat. Viuacitas equoz multa, exultāt enī in cāpis, odorātur bellum excitātur sonitu tube ad p̄liū, voce accēsi ad cursum prouocātur. Dolent enī cum victi fuerint, exultāt cū vicerint. Quidā hostes in bello sentiūt, adeo vt aduersarios morsu petēt. Aliqui autez proprios dños recognoscunt, obliti māfuetudinis si mutentur aliqui p̄ter dñm nullū dorso recipiunt. Interfectis vel morientibus dñis multi lachrymas effūdūt

Solius equi est propter hominē lachrymari & doloris affectū sentire. Vñ & in centauris equorum & hoīm natura permixta est. Solent etiā ex equorum mesticia vel alacritate euentū futuruz dimicaturi colligere. Etas longēua equis perficis vgnicis epiroticis ac siculis, in ānis vltra quinōginta, breuior aut hispanis, ac numidis & gallicis freques opinio est. in generosis equis, vt aiunt veteres, quatuor expectātur. forma / pulchritudo / meritū / atq; color. Forma, vt sit validū corpus & solidum robori. cōueniens altitudo, latus lōgum substrictū, maxime & rotundę clunes, pectus late patens, corp⁹ oē musculorū densitate nodosum, pes siccus & cornu cōcauo cōsolidatus. Pulchritudo, vt sit exiguū caput, & siccū, pelle prope ossibus adherente, aures breues et argute, oculi magni, nares patule, & erecta ceruix. coma dēsa & cauda, vngulaz soliditate fixa rotunditas. Meritū / vt sit aīo audax, pedibus alacer, tremētibus mēbris quod est indicium fortitudinis / quiq; ex summa quiete facile cōcitetur / vel excitata festinatione non difficile teneat. Motus aut equi in auribus intelligit, virtus in mēbris tremētibus. Color hic precipue expectādus, badi⁹ aureus / roseus / myrteus / ceruin⁹ / gilū⁹ / glauc⁹ scutulat⁹ / can⁹ / cādinus / alb⁹ / guttat⁹ niger. Sequēti aut ordine varius ex badio nigroq; distinct⁹, reliquus vari⁹ color vt cinere⁹ deterrim⁹. Badiū autez ātiqui vadiū dicebāt / quod inter cetera aīalia fortius vadat. ipse est et spadix, quem fenictaū vocāt. Glauc⁹ vero est veluti pictos oculos habens, et quodā splendore perfusus. Nā glaucū veteres dicebāt albū. Gilū⁹ aut melin⁹ color est subalbidus. Guttat⁹ albus nigris interuenientib⁹ pūctis. Cādinus aut et albus inuicē sibi differunt. Nā albus cū quodaz calore est, cādinus vero niueus et pura luce perfusus. Canus dict⁹ qui ex cādido colore et nigro est. Scutulat⁹ vocatus propter orbes quos habet cādidos iter purpureos. Vari⁹ quod varias habeat colorū ipariū. Qui aut albos tm̄ pedes habēt petulii appellāt, qui frontē albā calidi. Ceruin⁹ est quē vulgo guaranem dicūt. Eranē idē vulgus vocat, quod in modū erei sit coloris. Myrte⁹ aut est pressus purpurea. Dofin⁹ aut dict⁹ quod sit color ei⁹ de asino, idē et cinere⁹. Sūt aut hi de agresti gñe orti, quos eq̄feros dicim⁹, et proinde ad vrbā dignitatem trāsire nō possunt. Mauron niger est. Nigrū enim græci mauron vocāt. Mānus vero equus breuior est quē vulgo bruniciū vel brunitiū vocāt. Veredos antiqui dixerūt, quod veherent thēdas. i. ducerēt, vel quod vias publicas currāt, per quas et rhēdas ire solitū erat. Equorū tria sunt genera. Vnū generosum p̄liis et onerib⁹ aptū. Alterum vulgare atq; gregariū ad vehendū nō ad equitādū aptū. Tertium ex permixtione diuersi generis ortū, quod etiā bigenerum dñr, quia ex diuersis nascit, vt mul⁹. Mulus autem a græco tractum vocabulum habet, eo scz quod iugo pistorū subactus tardas molēdo du

cat in gyrū molas. Iudei asserunt q̄ anā abnepos esau equarū greges ab asinis in deserto ipse fecerit primus ascendi, vt muloz̄ inde noua cōtra naturam aialia nascerentur. Onagros quoq; ad hoc admissos esse ad asinas, & ipsum istiusmodi reperisse cōcubitū, vt velocissimi ex his affini nascerent. Industria quippe humana diuersum aial in coitu coegit sicq; adulterina cōmixtione genus aliud reperit, sicut & iacob contra naturam colorum similitudines procurauit. Nā tales fætus oues illius cōcipiebāt, quales vmbra arietū desuper ascendentium in aquarum speculo contēplabantur. Deniq; & hoc ipsum in equarum grege fieri fertur, vt generosos obiciant equos visibus concipientiū, quo eoz̄ similes cōcipere & creare possint. Nā & colūbaz̄ dilectores depictas ponūt pulcherrimas colūbas iisdē locis quibus ille versant, quo rapiente visu similes generant. Inde est q̄ quidaz̄ grauidas mulieres iubēt nullos intueri turpissimos aialium vultus, vt cenocēfalos & simias, ne visibus occurrentes similes fœtus pariāt. Hęc ei fœminarū dicunt esse naturā, vt quales prospexerint, siue mēte cōceperint in extremovoluptatis estu dum concipiunt talē sobolē procreant. Et enim aial in vsu venereo formas extrinsecas int̄ trāsmitit, eorūq; satiata typis raris species eoz̄ in propriā qualitātē. In animatibus bigenera dñr quę ex diuersis nascunt, vt mulus ex equa & asino, burdo ex equo & asina, hybride ex apris & porcis, tityrus ex oue & hirco, musino ex capra & ariete. Est autem dux gregis.

¶ De bestiis.

Cap. ii.

Bestiarū aut̄ vocabulum proprie cōuenit leonibus pardis, tigris, lupis, & vulpibus, canibusq; & simis, & ceteris quę vel ore vel vnguibus seuiunt, exceptis serpentibus. Bestiæ aut̄ dicte avi qua sæuiūt. Ferę appellatę eo q̄ naturalit̄antur libertate & desiderio suo ferātur. Sunt aut̄ liberę eaz̄ volūtates, & huc atq; illuc vagātur. & quo animus deduxerit, eo ferūtur. Leonis vocabulū ex græca origiue influxū est in latinū. Gręce enī leon vocatur, & est nomen notū, quia ex parte corruptū. Leona vero totū gręcū est, sicut dracena. Vt aut̄ leona lea dicatur, vsurpatuz̄ est a poetis. Leo aut̄ gręce latine rex interpretat̄, eo q̄ sit princeps oīm bestiāz̄, Cuius genustrifariū dicitur. E quib⁹ breues, ac iuba crispa ibelles sunt, longi & coma simplici acriores. Aios eoz̄ frons & cauda indicat. Virtus eorū in pectore, firmitas in capite. Septi aut̄ avenatorib⁹ terrā cōtuentur, quo minus cōspectis venabilis terreantur. Rotaz̄ timent strepitus, sed ignes magis. Cū dormierint vigilant oculi. Cū ambulāt cauda sua cooperiunt vestigia sua ne eos venator inueniat. Cū genuerint catulū tribus dieb⁹ & trib⁹ noctib⁹ catulus dormite fertur. Tunc deinde patris fremitu vel rugitu veluti tremefactus cubilis locus fuscitare dñr catulū dormitē. Circa hoīem leonū natura est benigna, vt nisi le-

si nequeant irasci. Patet enim eorū mīa exēplis affiduis. Prostratis enī parcunt, captiuos obuios repatriare permittūt, hoīem nō nisi magna fame interimūt. de quib⁹ Lucre. Simiisq; leonū &c. Tigris vocata propter velocē fugā. Ita enī nominant per se & medi sagittā. Est enī bestiavariis distincta maculis, virtute et velocitate mirabilis, ex cuius nomine flumen tigris appellatur q̄ is rapidissim⁹ sit oīz̄ fluuioz̄. Has magis hyrcania gignit. Pāther dicit⁹ siue q̄ oīm aialiū amicus sit, excepto dracone, siue quia ea sui generis societate gaudet, q̄ ad eandē similitudinē quicquid accipit reddit. Pan ei gręce oē dñr. Bestia hęc est minutis orbiculis superpicta itavt oculatis ex fuluo circulis nigra vel alba distinguatur varietate. Hęc semel omnino parturit, cuius causę ratio manifesta est. Nā cū in vtero matris coaluere catuli, maturisq; ad nascendū viribus pollent, odiunt tēporē moras, itaq; oneratā foetibus vuluā tanq̄ obstātē partui vnguibus lacerant effundit illa partū, seu potius dimittit, dolore coagente. Ita postea corruptis et cicatricosis sedibus genitale semen infusum nō heret acceptū, sed irritum resilit. Nā Plinius dicit aialia cū acutis vnguibus frequenter parere non posse. Viciātur enī itri fecus se mouētib⁹ catulis. Pardu s secundus post pātherē est genus varium ac velocissimum et preceps ad sanguinē. Saltu enī ad mortē ruit. Leopardus ex adulterio leone et pardi nascitur, et terciā originē efficit, sicut et Plinius in naturali historia dicit leonē cū parda, aut pardū cū leona cocūbere, et ex vtroq; coitu de genere partus creari vt mul⁹ & equa ex asino. Rhinoceron a gręcis vocat⁹ latine īterptatur in nare cornu. Idē et monoceron. i. vnicornis, eo q̄ vno cornu ī media frōte habeat pedū quatuor, ita acutū et validū vt quicquid īpetierit, aut ventilet, aut perforet. Nā et cū elephātis sæpe certamen habet. et invente vulneratū prosternit. Tātę aut̄ est fortitudinis vt nullavenātium virtute capiatur, sed sicut asserūt qui naturasaialū scripserūt, virgo puella preponitur quę venienti sinum aperit, in quo ille oī ferocitate deposita caput ponit, sicq; soporatus velut inermis capif. Elephātez̄ græci a magnitudine corporis vocatū putāt q̄ formā mōtis preferat. Gręce enī mōs elepho dicitur. Apud indos aut̄ avoce barro vocatur. Vnde & vox eius barritus dñr, & dētes eius ebur, rostrū aut̄ promoscida dñr qm̄ illo pabulū ori admouet, et est angui similis, vallo munitus eburneo. Hos boues lucas vocabāt antiqui romani boues, quia nullū aial gradius videbāt, lucas quia in lucania illos primos pyrrhus in prelio obiecit romanis. Nā hoc gen⁹ animatis in rebus bellicis aptū est. In eis ei perse et indi ligneis turribus collocatis tanq̄ de muro iaculis dimicāt. Intellectu aut̄ et memoria multa vigent. Gregatī cedūt motu quo valent salutāt homines murē fugiūt, auersi coeunt. qm̄ aut̄ parturiūt, in aquis vel insulis dimittunt fœtus, propter dracones

quia inimici sunt et ab eis implicati necant. Biennio autem portat fetus. nec amplius quam semel gignunt. nec plures sed tantum unum. Vivunt autem annos trecentos. Apud solam africam & indiam elephanti prius nascebantur, nunc sola eos india gignit. Gryphes vocantur, quod sit animal pentapedum & quadrupes. Hoc genus ferarum in hyperboreis montibus nascitur, omni parte corporis leones sunt, alis & facie aquilis similes, equis vehementer infestissimi. Nam & homines vivos discerpunt. Cameleon non habet unum colorem sed diversavarietate conspersus per pedes. Dicitur autem ita, eo quod camelis similitudinem habet & leonis, huius cameleonis corpusculum ad colores quos videt facillima conversione variatur, quod animalium aliorum non est ita ad conversionem facilis corpulentia. Cameleo pardus dicitur quod dum sit ut pardus diabris maculis superasertus, collo equo similis, pedibus bubalis, capite tamen camelo similis, hunc ethiopia gignit. Lincus dicitur quia in lupo genere numeratur, bestia maculis distincta terga ut pardus, sed similis lupo. Vnde & ille lincos, iste lincus. Huius urinam conerti in duriciem preciosi lapidis dicunt qui ligurii appellantur, quod & ipsos lincos sentire hoc documento probatur. Nam egestum liquorem harenis in quantum potuerint contegunt invidia quadam nature ne talis egestio transeat in usum humanum. Lincos dicit Plinius extra foetum unum non admittere secundum. Castores a castrando dicitur sunt. Nam testiculi eorum apti sunt medicaminibus propter quod cum presenserint venatorum ipse castrent & moribus vires suas amputant, de quibus Cicero in scauriada, redimunt se a parte corporis, propter quod maxime expectantur. Iuuenalis. Qui se eunuchum ipse facit, cupiens eunuchum danna testiculi. Ipsi sunt & fibri qui etiam potitici canes vocantur. Versus fertur dicitur quod ore suo formet foetus, quasi orsus. Nam aiunt eos informes generare partem, & carnem quadam nasci quam mater labiendo in membra componit. Vnde est illud. Sic format lingua foetum cum protulit versa. Sed hoc imaturitas partus facit. Denique xxx. die generat vnde evenit, ut precipitata foecunditas informis procreet. Versus caput invalidum, vis maxima in brachiis & in lumbis. Vnde interdum erecti insistent. Lupus graeca determinatione in lingua nostra transferretur. Lupos enim illi lincos dicunt. Lincos autem graece a moribus appellatur quod rabie rapacitatis queque iuenerit trucidet. Alii lupos vocatos aiunt, quasi leopos quod quasi leoni ita sit illi virtus in pedibus vnde quicquid pede preferit, non vivit. Rapax autem bestia & cruoris appetens. De quo rustici aiunt Vocem hominem perdere si eum prior lupo viderit Vnde & subito tacenti dicitur, lupo est in fabula. Certe si se per visum senserit, deponit feritatis audaciam. Lupi toto anno non amplius quam diebus xii. coeunt, famem diu portant, & post longa ieiunia multum deuorant. Lupos ethiopia mittit ceruice iuabatos, & tantomarios, ut nullum colorem dicant illis abesse. Canis nomen latinum graecam ethymologiam videtur habere. Graece enim cinos dicitur, sed eum quidam a canore latratu appellatum estimant, eo quod insonet, vnde & ca-

nere. Nihil autem sagacius canibus. Plinius enim sensus ceteris animalibus habent. Namque soli sua nomina recognoscunt, dominos suos diligunt, dominorum tecta defendunt, pro dominis suis se mori obiciunt voluntarie cum domino suo ad praedam currunt, corpus domini sui etiam mortuum non relinquunt. Quorum postremo natura est externa homines esse non posse. In canibus duo sunt expectanda, aut fortitudo aut velocitas. Catuli abusive dicuntur quarumlibet bestiarum filii. Nam catuli proprie canum sunt. per diminutionem distincti. Licisci autem dicuntur, ut ait Plinius. Canes nati ex lupis, & canibus cum inter se forte miscentur. Solent & inde foeminas canes noctu in filiis alligatas admitti ad tigres bestias a quibus insiliri & nasci ex eodem foetu canes adeo acerrimos & fortes ut complexu leones prosternant. Vulpes dicta quasi volupes. Est ei volubilis pedibus & nunquam rectis itineribus sed tortuosis anfractibus currit / fraudulenti animal insidiosusque decipiens. Nam dum habuerit escam fingit mortem / sicque descendentes quasi ad cadauervolucres rapit & deuorat. Simia graecum est nomen. i. pressis naribus vnde & simias dicimus / quod suppressis naribus sint / & facie feda rugis turpiter follicatibus / licet & capellae sit pressum habere nasum. Alii simias latino arbitratur sermone vocatas eo quod multa in eis similitudo rationis humane sentitur / sed falsum est. Hae elementorum sagaces noua luna exultant / media & caua tristant. Foetus quos amat ante se gestant neglecti circa matrem herent. Horum genera quinque sunt ex quibus circopetici caudas habent. Simia enim cum cauda est quam quidam vocant. Sphinge villosae sunt comis manibus prominentibus / dociles ad feritatis nomen. Cenocephali / & ipsi similes simiis / sed facie admodum canis vnde & nuncupati. Satyri facie admodum grata / & gesticularis moribus inquieti. Callitricis toto pene aspectu a ceteris distant. Sunt enim in facie producta barba, & lata cauda. Leotofonos / bestia modica / et ex eo ita vocata quia capta exuritur eiusque cinere asperse carnes & positae per composita seminatibus leones necant si quatuorlibet ex illis sumpserint. Strix animal in africa herinacii simile / vocatur a spinarum stridore quas tergo laxatas emittit / & canes insequentes vulnerat. Enydros bestiola ex eo nuncupata quod in aquis versetur / & maxime in nilo. Quae si iuenerit dormientem crocodilum volutat se in lutum primum et intrat per os eius in ventrem et carpes omnia interiora eius exit viua de visceribus crocodili ipso mortuo. Hic neomon graece vocatur eo quod odore suo & salubria ciborum et venenosa praedantur. De quo Dracontius ait. Praedicit suillus vi cuiuscumque veneneni. Suillus autem a fetis est nuncupatus. Hic etiam serpentes insequitur / qui cum aduersus aspidem pugnat / caudam erigit / quam aspidem maxime obseruat / quasi minantem ad quam cum vi sua transferretur decepta corrumpitur. Musio appellatur quod muribus infestus sit. Huius vulgus captum a captura vocatur. Alii dicunt quod captat. i. videt. Nam tanto acute cernit ut fulgore luminis noctis tenebras superet. Vnde & a graecis venit cat. i. ingeniosus

απο του καλειν. Furo a furuo dictus vñ & fur. te-
nebrofus eni et occultos cuniculos effodit, & eiicit
predā quā inuenerit. Melovel q̄ sit rotundissimo
mēbro, vel q̄ fauos petat, & assidue mella captet.
¶ De minutis animantibus. Cap. II.

Mvs pusillū aīal, græcum illi nomen ē quic-
quid vero ex eo trahit latinū fit, Alii dicūt
mures q̄ ex humore terræ nascātur. Naz-
mus terra, vnde & humus. His in plenilunio iecur
crescit, sicut quædā maritima augentur, quæ rur-
sus decrescēte luna deficiunt, Sorex latinum ē eo
q̄ rodāt, et in modum ferre præcidat. Antiqui enī
foricē sauricem dicebant, sicut & clodum clauduz
Mustella dicta quasi mus longus. Nā telum a lon-
gitudine dictum. Hæc ingenio subdola in domib⁹
vb nutrit catulos suos trāffert mutatq; sedē. Serpē-
tes etiam et mures persequitur. Duo autem gene-
ra sunt mustellarum. Alterum enim siluestre est, di-
stans magnitudiue quod græci ictidas vocāt, alte-
rum in domibus oberrans. Falso aut opinant qui
dicunt mustellā ore concipere, aure effundere par-
tum. Mus araneum cuius morsus araneę, est in sar-
dinia animal perexiguū, araneę forma, cui⁹ mor-
su præciduntur tecta, quę solifuga dicitur, q̄ diez
fugiat. In metallis argentariis plurima est, occulta
reptans, & per imprudentiam supersedentibus pe-
stem facit. Talpa dicta, q̄ sit dānata cecitate per-
petua & tenebris. Est enim absq; oculis, semp ter-
rā fodit, & humum egerit, & radices subterfrugib⁹
comedit, quam græci affalā vocāt. Glires dicti sūt
quia pingues eos efficit somnus. Nam gliscere dici-
mus crescere. Hyeme enim tota dormiunt, & imo-
biles quasi mortui iacent, tempore æstiuo reuiu-
scunt. Hiricius animal spinis coopertum, quod ex
inde dicitur nominatum eo q̄ subrigit se quando
spinis suis clauditur, quibus vñq; prætectus ē con-
tra insidias. Nā stativt aliquid præsenferit, primū
se subrigit, atq; in globum conuersus, in sua se ar-
ma recolligit. Huius prudentia quædā est. Nā duz
absciderit vñā devitę supinus se volutat super eam
& sic eā exhibet natis suis. Grillus nomē a sono vo-
cis habet. Hic retro ambulat, terram terebrat, stri-
det noctibus. Venatur eaz formica circūligata ca-
pillo in cauernā eius cōiecta afflata prius pulvere
ne se abscondat, ita formicę cōplexibus trahitur.
Formica dicta eo q̄ ferat micas farris cuius soler-
tia multa. Prouidet ei in futurum, & præparat esta-
te quod hyeme comedat. In messe autem eligit tri-
ticum, hordeum non tangit. Duz pluit ei super fru-
mentum totum eiicit. Dicuntur in æthiopia eē for-
micę ad formā canis, quę harenas aureas pedibus
eruunt. quas custodiūt ne quis auferat, captantef
q; ad necē persequūtur. Formicoleon ob hoc voca-
tus, quia est vel formica sum leo vel certe formica
pariter & leo. Est enim animal paruuz formicis sa-
tis infestum, infestum quod se in puluere abscondit,
& formicas frumēta gestātes interficit. Proinde aut

leo et formica vocatur, quia aliis animalib⁹ vt for-
mica est, formicis autem vt leo est

¶ De serpentibus.

Cap. iii.



Anguis vocabulū oīm serpentiū genus
q̄ plicari & contorqueri potest, & inde
anguis & angulosus sit, & nunq̄ rectus
Angues aut apud antiquos pro gen⁹
locorū erant habiti semper, vñ & Per-
sius. Pinge duos angues pueri sacer est lucus. Co-
lubrum constat ab eo q̄ colat vmbas, vel q̄ in lu-
bricos tractus flexib⁹ sinuosis labitur. Nam lubri-
cum dicitur quicquid labitur dum tenetur, vt pi-
scis & serpens. Serpens aut nomē accepit, quia oc-
cultis accessibus serpit, nō apertis passibus s; squa-
marum minutissimis nisibus repit. Illa autem quæ
quattuor pedibus nituntur, sicut lacertę & stellio-
nes, non serpentes sed reptilia nominantur. Serpē-
tes aut reptilia sunt, quia ventre et pectore reptāt.
Quorum tot venena, quot genera, tot pernicies,
quot species, tot dolores quot colores habent. Dra-
co maior cūctoz serpentiuz siue omnium animan-
tium sup terraz. Hunc græci dracontam vocant.
Vnde et deriuatum est in latinum vt draco dicere-
tur. quia sæpe a speluncis abstractus, fertur in aerē
conciaturq; propter eum aer. Est aut cristat⁹ ore
paruo, & arctis fistulis, per quas trahit spm̄ & lin-
guā exerat. Vim aut non in dentibus, sed in cauda
habet, & verberare potius q̄ rictu nocet. Innoxius au-
tē est a venenis, sed ideo huic ad mortem faciendā
venena non esse necessaria, quia si quez ligauerit
occidit. A quo nec elephas tutus ē sui corporis ma-
gnitudine. Nā circa semitas delitescens per quas
elephanti solito gradiuntur, crura eoz nodis illi-
gat, ac suffocatos perimit. Gignit aut in æthiopia,
& in india, in ipso incēdio iugis æstus. Basilic⁹ græ-
ce latine interpretatur regulus, eo q̄ rex serpentiū
sit, adeo vt eū videntes fugiāt, quia olfactu suo eos
necat. Nā et hominē si aspiciat interimit. Siquidē
ad eius aspectum nulla auis volans illēsa transit,
sed quis procul sit eius ore cōbusta deuorat. A mu-
stellis tñ vincitur, quas illic homines inferūt cauer-
nis, in quibus delitescunt. Itaq; eavisa fugit quē il-
la persequitur & occidit. Nihil enī parens ille rerū
sine remedio constituit. Est aut longitudine semī-
pedalis albis maculis lineatus. Regulī autē sicut
scorpiones a rentia quęq; sectantur, et postq̄ ad a-
quas venerint ibiq; aliquē momorderit. hydropho-
bas et lymphaticos faciunt. Sibilus idem est qui &
regulus. Sibilo enim occidit, anteq̄ mordeat vel ex-
urat. Vipera dicta q̄ vi pariat. Nam cum venter ei⁹
ad partum intumuerit catuli non expectantes ma-
turam naturæ solutionem corrosis eius lateribus
vi erūpunt cū matris interitu. Lucan⁹. Viperei co-
eunt abrupto corpore nati. Fertur aut q̄ masculus
ore inserto vipere semē expuat. Illa aut ex volup-
tate libidīs i rabiē versa caput maris ore receptuz
præcidit. Ita fit vt parēs vterq; pereat, masculus dū

coit, foemina dū parturit, Exvipera aut̄ fiunt pa-
 stili qui tyriaci vocāt a græcis. Asp̄s vocata q̄ mor-
 fu venena imittat & aspergat. Iosei græci venenū
 dicūt, et inde iasp̄s q̄ mōrsu venenato interimat.
 Huius diuersa genera et species et dispares effe-
 ctus ad nocendū. Fertur aut̄ asp̄s cū ceperit pati
 incantatorē, qui eā quibusdā carminibus propriis
 euocat, vt eā de cauerna producat, illa cum exire
 noluerit, vnā aurem in terrā prēm̄it, alteraz cauda
 obturat, & operit, atq; ita voces illas magicas non
 audiens non exit ad incantantē. Dipsas gen^o asp̄i-
 dis qui latine situla d̄r, quia quez momorderit siti
 perit. Hypnalis gen^o asp̄idis, dicta q̄ somno necat
 Hæc sibi cleopatra apposuit, et ita morte quasi sō-
 no soluta est. Emorrois asp̄is nūcupatur q̄ sangui-
 nē sudet qui ab eo morsus fuerit, ita vt dissolutis ve-
 nis quicquid vitæ est per sanguinē euocet. Græce ei
 sanguis hēma d̄r. Prester asp̄is semp̄ ora patenti &
 vaporanti currit. Cuius poeta sic meminit. Ora q;
 distendens auidus fumantia prester. Hic quē per-
 cussit distenditur, enormiq; corpulentia necatur
 extuberatū enim putredo sequitur. Septabific^o af-
 pis, qui dū momorderit hominē statim eū cōsumit
 ita vt liquefiat totus in ore serpentis. Cerastes ser-
 pens dictus eo q̄ in capite cornua habeat similia
 arietū κερατα enī græci cornua vocant, sunt autē
 illi quadrigemina cornicula, quorum ostentationē
 veluti escam illiciens sollicitata aīalia perimit, to-
 tumq; eius corpus harenis tegit, nec vllum indiciū
 sui prēbet, nisi ea ex parte quas inuitatas aues vel
 animalia capit. Est aut̄ flexuosus plusq̄ alii serpen-
 tes, ita vt spinā habere non videatur. Scitalis ser-
 pens vocatus est eo q̄ tanta prefulget tergivarie-
 tate vt notarū gratia retardet aspicientes, & quia
 reptando pigrior est, quos assequi nō valet miracu-
 lo sui stupentes capit. Tanti autem feruoris est, vt
 etiam hyemis tempore exuuias corporis feruentis
 exponat. De quo Lucanus. Et scitale sparsis etiaz
 nunc sola pruinis, exuuias positura suas. Ampli-
 bēna dicta eo q̄ duo capita habeat, vnum in loco
 suo, alterum in cauda, currens exvtroq; capite tra-
 ctu corporis circulato. Hæc sola serpentū frigori
 se cōmittit, prima omnium procedens, de qua idē
 Lucanus. Et grauis in geminū vrgens caput am-
 phibēna. Cuius oculi lucent veluti lucernæ. Eni-
 dris coluber in aqua viuens. Græci enim hydor a-
 quam vocant. Hydros aquatilis serpens, a quo icti
 obturgescunt, cuius quidā morbū boam dicūt, eo
 q̄ fimo bouis remediatur. Hydra draco multorum
 capitū, qualis fuit in lerna palude prouincię areha-
 diæ, hæc latine excedra d̄r q̄ vno cęso tria capita
 excresebāt, sed hoc fabulosum est. Nā constat hy-
 drā locum fuisse euomentē aquas vastates vicinaz
 ciuitatē, in quovno meatū clauso multi erūpebāt.
 Quod Hercules videns loca ipsa exussit, et aquæ
 clausit meatus. Nā hydra ab aqua dicta est. Chely-
 dros serpens quasi chersydros d̄r, quia & in aquis

et in terris moratur. Nā χερσ ον dicunt græci ter-
 rā, υδωσ aquam hic per aquam labitur terrā fu-
 mare facit quem sic Mācer describit. Seu terga ex-
 pirant spumātiavirus seu terra fumat teter qua la-
 bitur anguis, et Lucanus. Tractiq; via fumate che-
 lydri. Semper enī directus ambulat. Nam si torse-
 rit se dū currit statim crepat. Rinatrix serpens a-
 quā veneno inficiens. In quocūq; enim fonte fuerit
 veneno eū immiscet, de quo Lucan^o. Rinatrix vio-
 lator aque. Cęcris serpens influxuosa que semper
 iter rectū efficit, de qua Lucanus. Et semper recto
 lapsurus limite cęcris. Parias serpens que semp̄ i
 cauda ambulat, & fulcū facere videtur, de quo idē
 Lucanus. Quo contēptus iter cauda fulcare pari-
 as. Boas anguis Italię immēsa mole persequit gre-
 ges armentoz & bubalos, & plurimo lacte irrigu-
 is veribus se innectit, & suggēs interimit atq; inde
 a boū prolatione boas nomen accepit. Iaculus ser-
 pens volans, de quo Lucanus. Iaculiq; volucres, ex-
 ilunt ei in arboribus & dū aliquod aial obuiū fue-
 rit iactant se super illud et perimunt. Vñ et iaculi
 dicti sunt, In arabia aut̄ serpentes sunt cum alis q̄
 firenē vocātur que plus currunt ab equis, sed etiaz
 & volare d̄r, quoz tantū virus est, vt morsum an-
 te mors insequatur q̄ dolor. Obites dicta q̄ colorē
 harenę habeat, de qua poeta. q̄ paruis pict^o macu-
 lis thebanus obites cōcolor exutis atq; indiscret^o
 harenis admotus. Seps exigua serpens, que nō so-
 lum corpus sed & ossa veneno cōsumit. Cui^o poe-
 ta sic meminit. Ossa q; dissoluens cū corpore tabifi-
 cus seps. Dipsas serpens tantę exiguitatis fertur,
 vt cum calcatur non videatur. Cuius venenum an-
 te extinguit, q̄ sentiatur, vt facies pręuenta morte
 nec tristitiam inducat morituri, de quo poeta. Si-
 gniferum iuuenem tyrrheni sanguinis aulum, tor-
 tum caput retro dipsas calcata momordit, Vix do-
 lor aut sensus dentis fuit. Salpinga serpens est que
 nō videtur, Cęcula dicta propter q̄ parua sit, & nō
 habeat oculos. Centūpeda a multitudine pedum
 dicta. Brucus est cuius pene totum corpus in ven-
 tre colligitur. Lacertus reptilis genus est, vocatus
 ita q̄ brachia habeat. Genera lacertorum plura
 vt botrax, salamādria, saura, stellio. Botraca dicta
 q̄ ranę habeat faciem. Nam græci ranam botracā
 vocant. Salamandria vocata, q̄ contra incēdiava-
 leat, cuius inter omnia venenata vis maxima est.
 Cętera enim singulos feriunt, hæc plurimos pari-
 ter interimit. Nam si arbori irreperit, omnia pos-
 ma inficit veneno. & eos qui eos ederit occidit, qui
 etiam si vel in puteū cadat vis veneni eius potātes i-
 terficat. ista contra incendia repugnans. Ignis sola
 animalium extinguit. Viuit enim in mediis flāmis,
 sine dolore & consumptione, et non solum quia nō
 vritur, sed extinguit incendium. Saura est lacertus
 quæ quando senescit cecantur oculi eius, et intrat
 in foramen parietis aspicientis contra orientem,
 et orto sole intendit et illuminatur. Stellio de

colore inditum nomen habet. Est enim tergore pictus lucentibus guttis in modum stellarum, de quo Ouidius. Apiumque colori nomen habet, variis stellat⁹ corpore guttis. Hic autem scorpionibus adeo contrarius traditur ut visio eo pauorem his afferat & torporem. Sunt & alia ut serpentium genera, ut admodice, elephantie, chamedracontes. Postremo quatus nois tantus mortium numerus. Omnes autem serpentes natura sua frigidi sunt, nec percipiunt, nisi quando calefunt. Nam quando sunt frigidi nullum tangunt. Vnde et venena eorum plus die quam nocte nocent. Torpent enim noctis algore et merito, quia frigide sunt nocturno rore. In se enim aducunt vaporem corporis gelide pestis, & natura frigide. Vnde & hyeme in nodos torquentur, aestate solliuntur. Inde est quod dum quisque serpentium veneno percipitur, primum obtupescit, et postea ubi in illo calefactum ipsum virus exarserit, statim hominem extinguit. Venenum autem dictum, eo quod per venas vadit. Infusa enim eius pestis per venas vegetatione corporis aucta discurret, & animam extinguit. Vnde non potest venenum nocere nisi hominis tetigerit sanguinem. Lucanus. Noxia serpentium est admixtio sanguine pestis. Omne autem venenum frigidum est. & ideo anima que ignea est fugit venenum frigidum. In naturalibus bonis que nobis et irrationabilibus animantibus videmus esse communia, viuacitate quaedam sensus serpens excellit. Vnde & legitur in generis. Serpens autem erat sapientior omnibus pecoribus terrae. Dicit autem Plinius si creditur, quod serpentis caput etiam si cum duobus euaserit digitis nihilominus viuat. Vnde et totum corpus obicit pro capite ferientibus. Anguibus vniuersis hebes visus est. Raro in aduersum contuentur, nec frustra, cum oculos non habeant, sed in temporibus adeo ut citius audiatur quam aspiciant. Nullum autem animal in tanta celeritate linguam mouet ut serpens adeo ut triplicem linguam habere videatur cum vna sit. Serpentium humida sunt corpora, adeo ut quae eunt viam humore designent. Vestigia serpentium talia sunt, ut cum pedibus carere videantur, costis tamen & squamarum nris repant quas a summo gutture usque ad imam aluum parili modo dispositas habent. Squamis enim quasi unguibus, costis quasi cruribus innituntur. Vnde si in qualibet corporis parte ab aluo usque ad caput ictu aliquo collidatur, debilis reddita cursum habere non possit, quia ubicumque ictus ille insiderit spinam soluit per quam costarum pedes & motus corporis agebantur. Serpentes autem diu viuere debent, adeo ut deposita vetere tunica senectutem deponere, atque in iuuentutem redeire perhibeantur. Tunice serpentum exuuium nuncupantur eo quod is quando senescunt sese exuunt, quibus exuti in iuuentutem redeunt. Dicuntur autem exuuium et induuium, quia exuuntur et induuntur. Pythagoras dicit de medulla hominis mortui que in spina est serpentem creari, quod etiam Ouidius in

metamorphoseorum libris commemorat dicens. Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulchro mutari credant humanas angue medullas. Quod si creditur merito euenit, ut sicut per serpentes mors hominis, ita et per hominis mortem serpens. Fertur autem quod serpens hominem nudum non sit ausus attingere.

¶ De vermibus.

Cap. V.

Vermis est animal quod plerumque de carne vel de ligno vel de quacumque re terrena sine villo concubitu gignitur, licet nonnullum et de ouis nascatur, ut scorpio. Sunt autem vermes aut terrae, aut aquae, aut aeris, aut carni, aut frondium, aut lignorum, aut vestimentorum. Araneas vermis aeris, aeris nutrimento cognominata quae exiguo corpore lingua fila deducit et telemper intentam, nunquam desinit laborare, perpetuum sustinet in suo labore suspendium. Sanguisuga vermis aquatilis, dicta quod sanguinem sugit. Potantibus enim insidiatur, cumque illabitur faucibus vel ubi visum adhaerit sanguinem haurit, et cum nimio cruore maduerit euomit id quod hausit, ut recentior de nouo sugat. Scorpio vermis terrenus, qui potius vermibus ascribitur non serpentibus, animal armatum aculeo, et ex eo graece vocatum, quod cauda figat, & arcuato vulnere venena diffundat. Proprium est autem scorpionis quod manus palmam non feriat. Cantareda vermis terrenus qui humano corpore statim ut fuerit applicatus, sui adustione vesicas efficit plenas humore. Multiplex vermis terrenus, ex multitudine pedum vocatus, qui contra ictum contractus in globum complicatur. Nascitur sub petris ex humore et terra. Limax vermis limi dictus quod in limo vel de limo nascatur. vnde & sordidus semper et immundus habetur. Bombix frondium vermis ex cuius contextura bombycinum conficitur. appellatur autem hoc nomine, ab eo quod euacuetur dum fila generat, & aer solus in eo remaneat. Eruca frondium vermis oleribus vel pampino inuoluta, ab erodendo dicta, cuius meminit Plautus. Immitatus nequam bestiam et maleficam inuolutam in pampino, implicat se eadem, nec aduolat ut locusta, ut huc illucque discurrens, semipasta dimittat, sed permanet perituris frugibus & tardo lapsu pigris que morsibus vniuersa consumit. Teredonas graeci vocant lignorum vermes quod terendo edant. Hos nos termites dicimus. Ita enim apud latinos ligni vermes vocantur quos tempore in opportuno caesa arbores gignunt. Tinea vestimentorum vermis dicta quod teneat, et eorumque insidet quo erodat. Inde et pertinax. quod in eandem rem identidem urgeat. Vermes carni emigraneus, lumbricus, ascaride, costi, pediculi, pulices, ledex, tarmus, ricinus, vsia, cimex. Emigraneus vermis capitis vocatur. Lumbricus vermis intestinorum, dictus quasi lubricus, quia labitur, vel quod in lumbis permaneat. Ascaridae Costi. Pediculi vermes cutis a pe-

dibus dicti, vñ & pediculosi dñr, quibus pediculi i corpe efferuescūt. Pulices vero vocati sūt q̄ ex puluere magis nutriātur. Tarmus vermis ē lardi. Ricinus vermis est canis, vocatus eo q̄ heret in auribus canū. Cinos enī gr̄ce canis est. Vñ vermis ē porci appellata quia vrit. Nāvbi momorderit, adeo locus ardet, vt statim ibi vesicę fiant. Cimex de similitudine cuiusdā herbę vocat⁹, cuius fetorem habet. Proprie autē vermis in carne putrefacta nascitur, tinea in vestimētis, eruca in olere, teredo in ligno, tarmus in lardo, vermis nō vt serpens apertis passibus vel squamarū nisibus repit, quia nō est illi spine rigor vt colubri, sed indirectū corpusculi sui ptes gradatim porrigendo. contractas cōtrahēdo portetas motum explicat sicq; agitatus perlabitur.

¶ De piscibus.

Cap. vi.

Pisces dicti vñ & pecus a pascēdo scilicet Reptilia ideo dñr hęc quę natant eo q̄ reptandi habeant speciē & naturā, quise in profundū imergant, tñ in natādo repunt. Vñ et Dauid ait. Hoc mare magnū & spaciōsū manibus illic reptilia quorū nō est numerus. Anfinia sunt quedā genera pisciū dicta q̄ ambulandi in terris vsū, & natandi in aquis officium habent. Anfi enī gr̄ce vtrūq; dicitur. i. q̄a in aquis & in terris viuunt vt focę, crocodilli, hipotami hoc est equi fluuiales. Pecorib⁹ autē et bestiis & volatilibus ante hoies noīa iposuerunt q̄ piscibus, quia prius visa sunt & cognita. Piscium vero postea paulatim cognitis gñib⁹ noīa instituta sūt, aut ex similitudine terrestriū animalium, aut ex specie propria, siue morib⁹, seu colore vel figura aut sexu. Et similitudine terrestriū vt ranę, & leones, & vituli, & nigri meruli & pau diuerso colore dorso & collo picti, & turdi albouarii, & cętera, quę sibi iuxta species terrestriū animalium noīa vendicarunt. Ex moribus terrestriū, vt canes in maria terrenis canibus nuncupati q̄ mordeāt, & lupi q̄ improba voracitate alios persequantur. A colore, vt vmbre q̄a colore vmbre sunt, & auratę, quia in capite auri colorem habēt, & variā a varietate, quos vulgo tructas vocant. A figura, vt orbis, quia rotundus est, totusq; in capite cōstat, & solea q̄ sit instar calciamentorū solis. A sexu vt musculus q̄ sit balenę masculus. Eius enī coitu cōcipere hęc belua perhibet. Hinc & masculi cochleę quorum lacte concipiunt ostree. Balenę autē sunt immensę magnitudinis bestię, ab amittendo & fundendo aquas vocatę. Cęteris enī bestiis maris altius iaciunt vñdas. ΒΑΛΛΕΙΝ enī gr̄ce mittere. Cetę dicte ΤΟΚΙΤΟΣ ΚΑΙ ΤΑΚΗΤΗ hoc est ob imantatē. Sunt enī ingentia genera beluarū & equalia mōtium corpora, qualis cętus excipit ionam, cuius alius tantę magnitudinis fuit, vt instar obtineret inferni, dicēte propheta. Exaudiuit me devētre inferni Equi marini quod prima parte equi sunt postrema soluuntur in piscem. Bocas dicunt esse boues marinos quasi boacas. Cerulei a

calore appellati. Nam ceruleum est viride cum nigro vt est mare. Delphines certum habent vocabulū q̄ voces hoim sequantur, vel q̄ ad simphoniam gregati cōueniant. Nihil in mari velocius istis. Nā plerunq; salientes naues transuolant. Quādo autē preludunt in fluctibus & vñdarū se motib⁹ saltu precipiti ferunt, tēpestates significare videntur. Hi proprie simones nominantur. Est & delphinum genus in nilo; dorso serrato qui crocodillos tenera ventriū secantes interimunt. Porci marini qui vulgovocantur suilli, qui dum escę querūt more suis terrā sub aquis fodiunt. Circa guttur enī habent oris officium, & nisi rostrum harenis immergāt, passum non colligunt. Corui a cordis voce dicti, quia grūniunt pectore, suaq; voce proditi capiuntur. Tini gr̄cū nomen habent. Hi ingrediuntur veris tēpore, intrant dextro latere, leuo exeunt, hoc in creduntur facere q̄ dextris oculis acutius videāt q̄ sinistris. Gladius dicitur, eo q̄ rostro maiori nato sit & ob hoc naues perfossas mergit. Serra nuncupata quia ferratā cristam habet, & subter natans nauē secat. Scorpio dictus quia ledit dū manu tollit. Tradunt decem cancriscū ozimi manipulo alligatis, omnes qui ibi sunt scorpiones ad eum locū cōgregari. Aranea genus piscis dictus q̄ aure feriat. Habet enim stimulos de quibus percutit. Crocodillus a croceo colore dictus gignitur in nilo, animal quadrupes in terra & in aquis valens, longitudine plerunq; viginti cubitorum, dentium & vnguium immanitate armatum, tantaq; cutis duricia, vt quis fortiū ictus lapidum tergo percussus sit nō sentiat. Nocte in aquis die in humo quiescit. Oua in terra fouet, masculus & fœmina vices feruant. hunc pisces quidam ferratam habentes cristam tenera ventriū defecantes interimunt. Solus animalibus superiorem maxillam mouere dicitur. Hippotamus vocatus q̄ sit equo similis dorso iuba & hinnitu, rostro resupinato a primis dentib⁹ cauda tortuosa vngulis binis. Die in aquis commoratur, nocte segetes depascitur, et hunc Nilus gignit. Pagrum quem gr̄ci fagrum ideo nuncupāt, q̄ duos dentes habeat, ita vt ostreis in mari alatur. Dentrix pro multitudine et granditate dentiū dicitur. Lepus a similitudine capitis nuncupatus Lupum vt dictum est auiditas appellauit piscem i captura ingeniosum, deniq; rete circumdatus fertur harenas arare cauda atq; ita conditus transire rete. Mullus vocatus q̄ mollis sit atq; tenerissimus cuius cibo tradunt libidinem inhiberi, oculorum autem aciem hebetari, homines vero qui his sæpe pasti sunt, piscem olent. Mullus in vino necatus hi qui inde biberint tedium vini habent. Mugillis nomen habet. q̄ sit multum agilis. Nam vbi dispositas senserit piscatorum insidias, confestim retrorsum rediens ita transilit rete, vt volare piscem videas. Melanurus eo q̄ nigram caudam habeat & nigras pēnas, et in corpore lineas nigras. Melā

ei gręci nigrū vocant. Glaucus a colore dictus, eo q̄ alb⁹ sit. gręci ei albū glaucum dicunt. Hic æstate raro apparet, nisi tm̄ in nubillo. Timallus ex flore nomē accepit. Timū quippe flos appellatur. Nā dū se specie gratus & sopore iocūdus tm̄ sicut flos fragrat, & corpore odores spirat. Escarus dict⁹ eo q̄ solus escā ruminare perhibetur. Deniq; alii pisces nō rumināt. Tradūt aut̄ hunc ingeniosum eē. Nā inclusum nassis nō frōte etumpere, nec infestis viminib⁹ caput inferere, sed aduersum caudę icrib⁹ crebris laxare foras, atq; ita retrorsum redire. Quē luctatū eius si forte alius escarus extrinsec⁹ videat apprehēsa mordicus cauda adinuare nisi erūpentis. Sparus a lācea misili nomē accepit q̄ eiusdem figurę sit. Terrestria enim prius inuenta sunt q̄ marina. Nā sparus est telū rusticanū misile a spargēdo dictū. Australis piscis, siue quia aqua; vndā ore suscepit, siue quia tunc hic piscis oritur, quo tēpore tēdere in occasum pliadescerit. Amio saxatilis leua sinistraq; laterib⁹ virgis puuiceis perpetuis, aliisq; colorib⁹ designatur. dictusa mio, quia non capitur nisi hamo. Echinus parvus et semipedalis pisciculus nomē sumpsit q̄ nauem adhærēdo retineat, Ruant licet vti seuiant pcellę nauis tm̄ quasi radicata in mari stare videat, nec moueri nō retinendo, sed tm̄mō adherendo. Hūc latini morā appellauerunt, eo q̄ cogat stare nauigia. Vranuscop⁹ vocatur ab oculo quē in capite habet a quo semp supra intendit. Millago noiatus quia euolat sup aquā. Quotiēs aut̄ cernit̄ extra aquā volitās, tēpestates mutari designat. Squatus dict⁹, q̄ sit squamis acutis. Vñ & eius cute lignum pollitur. Ciuitas syrię quę nūc tyrus dī, olī sarrā vocabatur a pisce quodā qui illic abūdat, quē lingua sua sar appellant, ex quo deriuatū est similitudis huius pisciculos fardas fardina; vocari, Allec piscicul⁹ ad liquorē balsamētorum idoneus, vñ & nūcupat⁹. aforus pisciculus qui propter exiguitatē hamo capi nō pōt. Anguillę similitudo anguis nomē dedit, origo huius ex limo. Vñ & qñ capiū adeo lenis ē vt quāto forti⁹ presseris, tanto citius elabatur. Ferunt aut̄ orientis fluuiū gangē anguillas tricenis pedibus gignere. Anguillę vino necatę qui ex eo biberint tēdiū vini habent. Draco marinus aculeos in brachiis habet ad caudā spectātes, quę dū percussit ferit quāq; ferit venenū fundit. vñ & vocatus. Mure nā gręci mirenā vocāt, eo q̄ cōplicet se in circulos hanc femini tm̄ sexus esse tradunt & concipere a serpente. ob id a piscatorib⁹ tāq; a serpente sibilo euocatur & capitur. Ictu aut̄ fustis difficulter interimitur, ferula protinus aiām in cauda habere certū ē. Nā capite percusso, vix eā interimī, cauda statim exanimari. Congrus anguillę similis sed gradis moratur in cauernis petra; sub aqua. Polipus id ē multipes, plurimos enī nexu habet. Iste ingenios⁹ hamū appetens brachiis cōplectitur non morfu, nec prius dimittit q̄ escam circūferit. Torpedo

vocata, eo q̄ corpus torpescere faciat, si eam quis q̄ uiuentē tangat. Narrat Plinius secundus ex indi co mari torpedo etiā procul & e longiquo, vel si hastavirgaq; attingatur quīs preualidos lacertos torpescere, quālibet ad cursum veloces pedes alligare. Tāta enī vis eius est vt etiā aura corporis sui afficiat mēbra. Sepia dī quia sepibus interclusa facilius capitur. In coeundo obscenū genus, ore ei cōcipit sicut viperā, Cuius attramenti tāta vis est vt lucernę aditū ethiopū videri, ablato priori lumine quā dā tradunt. Lulligo, tradūt in oceano mauritanie nō procul a lixo flumine tantā multitudinē lulliginū euolari ex aqua vt etiā naues dimergere possit. Cōchæ & cōcleæ hac ex cāvocatę, quia deficiente luna cauantur. i. euacuātur. Oim enī clausorę maris aialium atq; cōcharum incremento lunę membra turgescunt defectu euacuātur. Luna enī cū in augmēto fuerit auget humorē, cū vero in defectu venerit humores minuūtur. Hoc ei physici dicunt Conchæ aut̄ primę positionis nomen. conchę vero per diminutionē quasi cōculę, Conchæ; multa genera sunt, inter quas & margariti fore quę celo edicuntur in quarū carne p̄ciosus calculus solidatur, de quibus tradunt hī qui de animantiū scripsere naturis, eo q̄ nocturno tēpore littora appetūt, et ex cęlesti rore margaritū cōcipiunt vnde et celo nominantur. Murex coclea est maris, dicta ab acumine & asperitate, quę alio noīe cōchiliū nominat̄ propter quod circūcisa ferro lachrymas purpurei coloris emittat. ex quibus purpura tingitur, et inde ostrū appellatū, q̄ hæc tinctura ex textę humore elicif. Cancros vocari, quia cōchę sunt crura habētes. inimica ostris aialia. Eorū enī carnib⁹ viuūt in iro ingenio. Nā qui a valida testa eius aperiri nō potest. explorat qñ ostrea clausa testarū apperiat, tūc cācer latenter lapillū iniicit, atq; ipedita cōclusiōe ostreę carnes corrodit. Tradūt quidā decē cancris cum ozimi manipulo alligatis oēs qui ibi sunt scorpiones ad eum locum coituros. Duo aut̄ sunt genera cācorum, fluuiales & marini. Ostrea dicta ē a testa quibus mollicies carnis interior munit̄. gręci enī testū ostreavocāt. Ostrea aut̄ neutro, carnes eius femini dicuntur genere. Musculi sunt vt p̄ dixim⁹ cocleę aqua; quorū lacte concipiūt ostreæ & dicti musculi quasi masculi. Pelorides a peloro promontorio sicilię vbi abundant cognominatę sunt. Vnde virgilius dicit. Ecce autem boreas angusta ab sede pelori. Vngues a similitudine humanarū vnguium dicte. Testudo dictus eo q̄ tegmine testę sit adopertus in camera; modū. Sunt autem quattuor genera, terrestres, maritime, lutarię. i. in ceno & paludibus viuentes. Quarū gen⁹ fluuiales, quę in dulci aqua viuunt. Tradunt aliqui qđ incredibile ē, tardius ire nauigia testitudinis pedē dextrū vehentia. Icinus a terrestri icino nomē traxit, quē vulgus heritium vocat. Huius testula duplex spinis aculeata i modū castaneę, quādo ad

huc aperte de arborib⁹ cadūt. Caro eius mollis et minio similis. Vris trib⁹ mōis dī, vt testudo ac pelorus & coclea. Nā & quod edimus & vbi caro inest, vtrūq; dī pelorus, Ranæ a garrulitate appellatæ eo q̄ circa genitales strepunt paludes, & fonos vocis iportunis clamorib⁹ reddāt. Ex his quedā aquaticę dīr, quedā palustres, quedā rubeę ob id quia i veprib⁹ viuūt grādiōres cunctarū. Alię calamitates vocātur, qm̄ inter harūdines fructicesq; viuunt, minime oīm & viridissimę mutæ & sine voce sunt. Agridule ranæ paruæ i sicco vel agris morantes, vñ & nūcupatę. Negāt quidā canes latrare quibus in ossa ranaviua fuerit data. Sfūgia a fingere. i. nitidare & extergere dicta afranius. Accedo a te vt tibi ceruicē fingā lintheo. i. extergā. Cicero. Et fingebatur sfungis sanguis. i. extergebat, Aīal autę esse doceť cruore inherente petris, vñ & dū abscidit sanguinē emittit. Nā alia sunt viuentia in aquis & discernūt vt pisces, alia quę stant fixa vt ostreæ icini sfungię. Ex his alias mares dici, eo q̄ tenues sint fistulę spissioresq; alias feminas quę maiorib⁹ fistulis sunt ac perpetuis, alias duriores quas græci appellāt tragos, & nos hircosas dicere possum⁹ ob asperitatē sui. Mollissimū genus earū penicilli vocātur, eo q̄ aptę sint ad oculoꝝ tumores, & ad extergendas lippitudines vtiles. Cādīdæ sfungię cura sūt. Per estatē enī ad solē sternuntur, & sicut cera punica cādorē bibūt. Aīalium oīm in aquis viuentiū noīa. c. xliiii. Plinius ait. Diuisa in generib⁹ belarū serpentiū cōmuniū terrę, & aquę, cancorū cōcharū, locustarū, pelerodū, polipporū, solearū, la certorū & luliginū, & his similia, ex quibus multa quodā naturę intellectu tēporū suorū ordinē agnoscūt, quedā vero i suis locis sine mutatione vagant^r. In piscibus autē fæminis alię cōmixtiōe masculi cōcipiūt & pariunt catulos, alię ponūt oua sine cōmixtione masculi suscepta, quę iidē in sequenti sui seminis iactu perfundūt, & quę hoc munere fuerit afflata generabilia sunt, quę vero perfusa nō fuerint sterilia perseuerant, aut putrescunt.

¶ De auibus.

Cap. vii.

A Num nomen auium, sed genus diuersum. Nā sicut specie sibi differunt, ita & naturę diuersitate. Nā alię simplices sunt vt colūbe, alię astutę vt perdix, alię ad manū se subiiciunt vt accipiter, alię reformidāt, vt. garmantes, alię hoīm cōuersatione delectātur, vt hirūdo. alię in desertis secretā vitā diligūt vt turtur, alię solo semine reperto pascūtur, vt enser, alię carnes edunt & rapinis intēdūt, vt miluus, alię incolę, quę manēt in locis semp, vt strutio, alię aduēticię quę propriis tēporib⁹ reuertuntur, vt ciconiæ, & hirūdines, alię cōgrege. i. gregatiuolātes, vt sturni & coturnices. alię soluage. i. solitarię, ppter īsidias depređandi vt aquilla, accipiter, & q̄cūq; ita sunt alię vocibus strepūt vt hirūdo, alię cantusedunt dulcissimos vt cygnus & merula, alię verba & voces hoīm imitant^r

vt psitacus & pica, sed & alia sicut genere ita & moribus innumerabilia. Nā volucrū quod genera sūt iuenire quēq; nō posse. Neq; ei oīs idię ethiopię aut scythię deserta quis penetrare posset, qui earū genus vel differētias nosset. Aues dictę eo q̄ vias certas nō habeant, sed per auia quęq; discurrāt. Alites q̄ alis ad alta tendāt, & ad sublimia remigio alarū cōscēdāt. Volucres a volādo, nā vñ volare, inde & ambulare dicim⁹. Vola ei dī media pars pedis siue manus, & in aurib⁹ vola pars media alarū quarū motu pēnē agitantur. Inde & volucres. Pulli dīr oīm auīū nati. Sed & aīaliū quadrupediū nati pulli dīr, & hō paruus pullus. Recētes igitur nati pulli dīr, eo q̄ polluti sunt, vñ & vestis nigra pulla dicta est. Alę sunt in quib⁹ pēnē per ordinē fixę volandi exhibent vsum. Vocatę autē alę q̄ his aues complexos alant, ac foueant pullos. Pēna a pendēdo i. a volādo dicta, vñ & pēdere. Volucres enī pēnarū auxilio mouētur qm̄ se aeri mandāt. Pluma quasi piluma. Nā sicut pili in quadrupedū corpore, ita pluma in auibus. Auīū noīa multa a sono vocis cōstāt esse cōposita, vt grus, coruus, cygn⁹, pauo, miluus, vlula, cuculus, gracculus &c. Varietas enim vocis earū docuit hoīes qui noīarentur. Aquila ab acumie oculoꝝ vocata. Tāti ei cōtuitus esse dicūt vt cū sup maria imobilī pēna feratur, nec humanis pateat obtutibus. de tāta sublimitate pisciculos natare videat, ac tormēti instar descēdēs raptā pređā pennis ad littus pertrahat. Nā & cōtra radiū solis fertur obtutū nō flectere, vñ & pullos suos vngue suspensos radiis solis obiicit, & quos viderit imobilē tenere aciē, vt dignos genere cōseruat, si quos vere inflectere obtutū. quasi degeneres abiicit. Vultur a volatu tardo noīata putat, magnitudine corporis prepetes volatus non habet. Harū quidā dicūt concubitum nō misceri, & sine copula concipere et generare natoq; earū pene vsq; ad cētū annos procedere, vultures autē sicut & aquilæ etiā vltra maria cadauera sentiunt. Altius quippe volātes multa quę mōtium obscuritate celā ex alto illę cōspiciunt. Gradipes apud græcos vocat auis apud nos tarda, eo q̄ graui volatu detenta neq; vt ceterę volucres attollitur velocitate pennarum Grues vero nomen de propriavocē sumpserūt, Tali ei sono susurrant. Hę autē dū properant, vnam sequuntur ordine litterato de quib⁹ Luca. Et turbata perit dispersis littera pennis. Excelsa autē petūt quo facilius videant quas petāt terras. Castigat autē voce quę cogit ad agmen. At vbi raucescit, succedit alia. Nocte autē excubias diuidunt, & ordinem vigiliarū pervices faciunt, tenentes lapillos suspēsis digitis, quib⁹ somnos arceant, quod canēdū erit clamor, indicat. Et atē in illis color prodit. Nā fenestrate nigrescūt. Ciconiæ vocatę a sono quo crepitāt, q̄si citanię quę sonū oris poti⁹ eē cōstat q̄ vocis quia eū quatiēte rostro faciunt. Hęc veris nunciæ societatis comites, serpentiū hostes, maria transuo-

lant, in aſiam collecto agmine pergunt. Cornices duces eas præcedunt et ipſe quaſi exercitus proſequuntur. Eximia illis circa filios pietas. Naſ adeo nidos ipſius fouet, vt aſſiduo in cubitu plumas exuant. Quatum aut tẽpus impenderint in foetibus educãdis, tẽm et ipſe inuicẽ a pullis ſuis alunẽ. Olor auis eſt quẽ græci cygnũ appellãt. Olor aut dicitur quod ſit totus plumis albus. Nullus ei meminit cygnũ nigrũ. Olor ei græce totũ dicitur. Cygnus aut a canendo eſt appellatus eo quod carminis dulcedinẽ modulatis vocibus fundit. Ideo aut ſuauius eũ canere dicunt, quia collũ longũ et inflexũ habet, & neceſſe eſt eluctantẽ vocẽ per longũ et flexuoſum iter varias reddere modulationes. Ferunt in hyperboreis partibus præcinẽtib; citharedis olores plurimos aduolante, apte; admodum cõcinere. Olores aut latinũ nomen eſt, nã græce cygni dicitur añ. Nautẽ vero ſibi hũc bonã prognõſim facere dicunt, ſicut Emilius ait. Cygnus in auſpiciis ſemper lætiſſimus ales. Hũc optant nauetẽ, quia ſe nõ mergit in vndas. Strutio græco nomine dicitur, quod aial in ſimilitudine auis penas habere videtur, tẽm de terra altius non eleuatur. Oua ſua fouere negligit. ſed proiecta tẽm nõ foru pulueris animantur. Ardea vocata quaſi ardua, id eſt propter altos volatus, Luca. Quodq; auſa volare ardea. formidat ei imbres, & ſupra nubes euolat, vt procelas nubiũ ſentire nõ poſſit. Cũ aut altius volauerit ſignificat tempeſtatẽ. Hanc multi tantalu; nominant. Fenix Arabiẽ auis dicta quod colorem ſeniceũ habeat, vel quod ſit in toto orbe ſingularis et vnica. Nã arabes ſingularẽ & vnicaẽ ſeniceũ vocant. Hęc quingẽtis et vltra annis viuens. dũ viderit ſe ſenuiſſe, collectis aromatũ virgultis, rogũ ſibi inſtruit, & conuerſa ad radiũ ſolis alarũ plauſu voluntariũ ſibi incendiũ nutrit, ſicq; iterũ de cineribus ſuis reſurgit Cinnomolgus & ipſa arabiẽ auis proinde ita vocata quod in excelsis nemoribus textit nidos ex fructibus cinnami, & quã non poſſunt ibi cõſcendere homines propter ramorũ altitudinẽ et fragilitatẽ, eosdẽ nidos plũbatis appetunt iaculis, ac ſi cinnama illa deponũt, præcis amplioribus vedunt, eo quod cinamũ illud magis quã alia mercatores probet. Pſitacus in indiẽ littoribus gignitur colore viridi, torque puniceo grãdi lingua et ceteris auibus latiore. Vñ et articulatã verba exprimit, ita vt ſi eã nõ videris hoies loqui putes. Ex natura aut ſalutat dicens, aue, vel chere cetera noia inſtitutione diſcit, hinc eſt illud. Pſitacus a vobis aliorũ noia diſcã. Hoc didici per me dicere ceſar aue, Altiõ pelagivolucris dicta quaſi ales oceanica eo quod hyeme in ſtagnis oceani nidos facit pullosq; eduxit, qua excubante fertur extento equore pelagus ſilentibus vëtis cõtina ſeptẽ dierũ tranquillitate miteſcere, et eius foetibus educãdis obſequiũ ipſa rerũ natura præbere. Pellicanus auis ægyptia habitans in ſolitudinẽ nili fluminis. vñ et nomen ſumpſit. Nã canopus ægyptius dicitur. Fertur ſi verum ſit eã occidere natos ſuos, eosq; per tridũ lugere,

deinde ſeipſam vulnerare & aſperſione ſui ſanguinis viuificare illos. Stymphalidẽ aues ab ſtymphadibus inſulis appellatẽ vbi plurimũ abundat, aduerſus quas hercules ſagittis eſt uſus. Sunt enĩ pelagivolucres in inſulis habitantes. Diomedias aues a ſociis diomedis appellatas, quos ferunt fabule in caſdẽ volucres fuiſſe cõuerſos, forma fulce ſimiles, magnitudine cygnorũ colore candidos duris et grandibus roſtris. Sunt aut circa appulliam in inſula diomedia inter ſcopulos littorum, & ſaxa volitantes, iudicant inter ſuos et aduenas. Nã ſi græcus eſt propius accedunt et blandiuntur, ſi alienigena, morſu impugnant et vulnerant, lachrymoſis quaſi vocibus dolentes, vel ſua mutationem vel regis interitũ. Nã Diomedes ab illyriis interemptus eſt. Hęc aues latine diomediẽ dicuntur, græci eas herodios dicunt. Memnonides aues ægyptiẽ appellatẽ a loco vbi mēnon perit. Nam cateruatim conuolare dicitur ex ægypto ad iliũ extra mēnocus ſepulchru; et proinde illas iliẽſes mēnonias vocant. Quinto aute; anno ad iliũ veniunt, et cum biduo circũuolauerit tertia die ineuntes pugnaviciffim ſe vnguibus roſtrisq; dilacerant. Hercyneẽ aues dicuntur ab hercynio ſaltu germaniẽ vbi naſcuntur, quarũ pennẽ adeo proſcurũ emicant, vt quis nox obtenta dẽſis tenebris ſit ad præſidiũ itineris dirigendi proiectẽ interluceant, curſuſq; viẽ pateat indicio plumarũ fulgentiũ. Onocrotalon græci vocant roſtro longo. Quorũ duo genera ſunt, aliud aquatile, aliud ſolitudinis. Ibis auis nili fluminis, quẽ ſemetipſam purgat roſtro in anũ aquã fundens. Hęc ſerpentiũ ouis veſciẽ, ex eis eſcã gratiſſimã nidis ſuis deportans. Meropes eoſdẽ et gaulos, qui parentes ſuos recõdere atq; alere dicitur. Coredulus genus volatile, quaſi cor edẽs. Monedula auis quaſi monedula, quẽ cũ aurũ inuenierit aufert et occultat. Cicero pro valerio flacco. Non plus aurũ tibi quã monedulẽ cõmittendũ. Veſpertilio pro tẽpore nomen accepit, eo quod lucẽ fugiens crepuſculo veſertino circũuolat præcipiti motu acta et tenuiſſimis brachiorũ mēbranis ſuſpenſa aial murũ ſimile non tã voce reſonans quã ſtridore, ſpecie quoq; volat ilis ſimul et quadrupes, quod in aliis auibus reperiri non ſolet. Luſcinia inde nomẽ ſumpſit quod cãtu ſuo ſignificare ſolet diei ſurgentis exortũ, quaſi Lucinia. Eadẽ et acredula, de qua Cicero in prænoſticis. Et matutinos exercet acredula cantus. Vlula auis απο τοσ υολολυζειν. i. plãctu et luctu noĩata. Cũ enĩ clamat aut fletum imitatur aut gemitũ. Vñ et apud augures ſi lamentẽs trifticiã tacens oſtendere fertur proſperitatẽ. Bubo a ſonovocis cõpoſitũ nomẽ habet, auis feralis, onuſta quidẽ plumis, ſed grauis ſemp detenta pigricia in ſepulchris die noctuq; veſatur, et ſemp cõmorans in cauernis, de qua Ouid. Fedaq; ſic volucris venturi nuncia luctus. Ignarus bubo dirũ mortalibus omẽ Deniq; apud augures malũ portendere fertur. nam cũ in vrbẽ viſa fuerit ſolitudinẽ ſignificare dicunt.

Noctua dicitur p eo q nocte circūuolat, & per diem nō possit videre. Nā exorto splendore solis visus illius hebetat. Hanc aut insula cretensis non habet. Et si ueniat aliuude statim moritur. Noctua aut nō est bubo, nā bubo maior est. Nicticorax ipsa ē noctua, quia nocte amat. Est ei auis lucifuga & solez videre nō patitur. Strix nocturna auis habens nomen de sonovocis. Quā ei clamat stridet. De qua lucanus. Quod strepitus bubo quod strix nocturna querunt. Hęc auis vulgo āma dī ab amando paruos, vñ & lac prebere fertur nascētibus. Coruus siue corax nomē a sono gutturis habet q̄ voce coracinet. Fertur hęc auis q̄ editis pullis escā plene nō prebeat priusq̄ in eis per pennarū nigredinē similitudinē proprii coloris agnoscat. Postq̄vero eos tetros plumis aspexerit, in toto agnitos abūdātius pacit. Hic prior in cadaueribus oculoz petit loca. Cornix annosa auis apud latinos gręco noīe appellat quā aiunt augures hoīm curas significationibus agere, insidiarum vias monstrare, futura predicere. Magnū nefas hoc dicere vt deus consilia sua cornicibus mandet. Huius inter multa auspicia tribuunt etiā pluuias portendere vocibus. vnde est illud Tūc cornix plena pluuiā vocat improba voce. Gracculus a garrulitate nuncupatus, nō vt quidā volūt p eo q̄ gregati uolent, cū sit manifestum ex voce euz nuncupari. Est aut loquacissimū genus & vocibus inportunū. Pice quasi poetice, q̄ verba in discrimine vocis exprimāt vt homo. Per ramos enī arborū pēdula iportuna garrulitate sonātes & si linguas in sermone nequunt explicare sonuz tñ hūanę vocis imitant. De qua cōgrue quidā ait. Pica loquax certa dñm te voce saluto. Si me non videas esse negabis auē. Picus a pico saturni filio nomē sumpsit. eo q̄ in ea auspiciis utebat. Nā ferunt hanc auē quidā habere diuinum illo iudicio, quod i quacūq; arbore nidificauerit, clauū vel quicquid aliud fixum fuerit, diu herere nō possit, quī statim excidat, vbi ea infederit, iste est picus martius, nā alia est pica. Pano nomē de sonovocis habet, cuius caro tā dura ē vt putredinē vix sentiat, nec facile coquat, de quo quidā sic ait. Miraris quotiens gemantes explicat alas, si potes hunc seuo tradere dure coco. Fasianus a faside insula gręcię vñ primū asportatus est appellatur. Testatur id vetus distichon illud. Argiua primo sum rāsportata carina. An mihi notū nil nisi fasidis erat. Callus castratione vocatus. Inter ceteras ei aues huic soli testiculi adimuntur. Veteres enī abscisos gallos vocabāt. Sicut aut a leone leena, & a dracone dracena, ita a gallo gallina. Cuius membra, vt ferunt quidā si auro liquefcenti miscantur cōsumi. Anas ab assiduitate natandi aptū nomen accepit. Ex quo hñe quędā germanę dñr, q̄ plus ceteris nutriat. Anseris nomen anas dedit per derivationē vel a similitudine, vel q̄ & ipsa natandi frequentia habeat. Iste vigilias noctis assiduitate clangoris testatur. Nullū aut aiāl ita odorē homi-

nis sentit vt anser, vñ & clangore eius gallos ascensus in capitolio deprehensus est. Fulica dicta q̄ caro eius leporinā sapiat. Lagosei lepus dī, vñ apud grecos lagos dī, Est ei auis stagnēsis, habens nidū in medio aque vel in petris quas aque circūdāt, maritimoq; semp delectatur profundo. Quę dū tepestate pferant, fugiens in vado ludit. Mergus ab assiduitate mergendi nomē habet. Sepe aut dimisso in profundū capite aurarū signa ob fluctibus colligunt, & preuidetes equoris tepestate cū clamore ad littora tendunt. Nā in pelago grauissimā esse tepestate cōstat cū ad littora mergi cōfugerit. Accipiter auis aīo plus armata quingulis, virtutē maiorem in minori corpore gestans. Hęc ab accipiendo. i accipiendo nomē sumpsit. Est ei auis rapiendis aliis auibus auida, iōq; vocatur accipiter, hoc est raptor, vnde & paulus apostolus dicit. Sustinetis enī si quis vos accipit. Vt ei diceret si quis rapit. dixit. si quis accipit. Ferē aut accipitres circa pullos suos ipsos esse. Nā dū viderint eos posse tētare volatus nullas eis prebent escas, sed verberāt pennas et a nido precipitāt, atq; a tenero cōpellunt ad pdaque ne forte adulti pigrescant. Capus italia lingua dicitur a capiēdo. Hunc nostri falconē vocāt, eo q̄ i curuis digitis sit. Miluus mollis & viribus & volatu, quasi mollis auis, vñ & nuncupatus, rapacissimus tñ, & semper domesticis auibus insidiat. Ossifragus vulgo appellatur auis quę ossa ab alto dimittit & frāgit. Vñ & a frāgēdo ossa nomē accepit. turtur de voce vocatur auis pudica & semp in motibus iugis & in desertis solitudinibus cōmorans. Tecta enī hoīm & cōuersionē fugit & cōmorat i siluis. Quę etiā hyeme deplumata in truncis arborū cōcauis habitare perhibetur. Cuius ecōtrario colūba hospitia humana diligit, domoz semper blāda inhabitatrix. Colūbę dictę q̄ earū colla ad singulas cōuersiones colores mutant, aues māsuete et i hominū multitudine cōuersantes ac sine felle, quas antiqui venereas nūcupabāt eo q̄ nidos frequentēt & osculo amorē cōcipiāt. Palūbes eo q̄ sint fartæ pabulo quas vulgus titos vocat, auis casta ex moribus appellatur q̄ comes sit castitatis. Nā dicitur q̄ amisso corporali cōsortio solitaria incedat, nec carnalē copulā vltra requirat. Perdix de voce nomē habet, auis dolosa atq; imunda. Nā masculus i masculū insurgit, & obliuiscitur sexū libido preceptis. Adeo aut fraudulentus alteri oua diripiens foueat, sed fraus fructū nō habet, Deniq; dū pulli proprię genitricis vocē audierint, naturali quodā instinctu, hęc quę eos fouit relinquunt & ad eādē quę genuit reuertunt. Coturnices a sonovocis dictę, quas greci ortygias vocāt eo q̄ visę fuerint primū in ortygia insula. Hęc adueniendi habent tēpora. Nam ætote depulsa maria trāsmeāt. Ortygometra dicitur auis quę gregē ducit, eā terrę propinquatē accipiter videns rapit, ac propterea cura est vniuersis ducē sollicitare externi generis per quā caueāt

prima discrimina. Cibos gratissimos habent seminavenenorum quā ob eam eas veteres vesci iterdixerūt. Solū ei hoc aīal sicut & hō caducuz patitur morbū. Vpupā grēci appellāt eo q̄ stercore hūana cōsideret, & fetēti pascatur fimo auis spurcissima cristis extātib⁹ galeata, sp̄ in sepulchris & hūa no stercore cōmorās, Cui⁹ sanguine si se quisq; inunxerit, dormitū pergens, demones suffocātes se videbit. Tu quos quos hispani cuculos vocāt, a proprio voce cōstat noīatos. Hī veniēdi tēpus habent. mīl uorū scapulis suscepti, ppter breues & paruos volatus ne per longa aeris spacia fatigati deficient, hoz saliuē cicadas gignūt. Oua passeris nido rep̄ta comedit & sua obiicit, quē ille suscepta & fouet & nutrit. Passeres sūt minuta volatilia a paruitate vocata. vñ & pusilli & parui. Merula antiquit⁹ medula vocabat, eo q̄ modulet. Alii merulā vocat amaiunt, quia sola volat quasi meravolās. Hęc cū i oībus locis nigra sit, in achāia cādida est. Hirūdo dicta quod cibos non sumat residēs, sed in aere capiat escas & edat, garrula auis & per tortuosos atq; flexuosos circuitus puolās, & in nidis cōltruendis educādīsq; fetibus solertissima, habens etiā quidā presciū, quod lapsura deserat, nec appetat culmia aliis quoq; auibus nō impetitur, nec vñq; praeda est maria transuolat, ibiq; hyeme cōmorat. Turdi a tarditate dicti. Hyemis eī confinio se referunt. Turdela quasi maior turdus, cuius stercore viscus generari putatur. Vñ et prouerbiū apud antiquos erat, malū sibi auē cacare. Furfurio vocatus q̄ pri⁹ farre in farinā redacto pasceret. Ficedule dicta q̄ ficus magis edat. Quod panditur versiculo veteri illo. Cum me ficus alat cū pascat dulcibus vis Cur potius nomen nō dedit vua mihi? Carduellus quod spinis & carduis pascitur. Vñ etiā apud gracos achātis dicta est ab achātis. i. spinis quib⁹ alit. Augures autē dicūt & in gestu, et motu, et involatu, & in voce auīū signa esse cōstituta. Oscines aues vocant quē ore cātuq; auspiciū faciunt, vt coruus, cornix, picus. Alites q̄ volatu ostendere futura videntur, quē si aduersē sunt inhibē dñr q̄ inhibeant. i. vetāt, si prospere prepetes, et ideo prepetes, quia oēs aues priora petunt volātes. Tertiā faciūt speciē auguriōz in auibus quā cōmunē vocāt, ex vtroq; permixtā. i. cū aues ex ore et volatu auguria faciunt, sed fides non habet. Oīm autē gñavolucrū bis nascuntur. Primū enī oua gignuntur, inde calore materni corporis formant et animantur. Oua autē dicta ab eo q̄ sint vuida. vñ & vua, eo quod in trinfecus humore sint plena. Nā humidū est q̄ exterius humorē habet vuidum quod interi⁹, Quidā autē putāt ouū grēcā habere originem noīs. Illi autē dicunt oa. u. littera ablata. Oua autē quēdā inanivento cōcipiuntur, sed non sunt generabilia nisi quē fuerint cōcubitu masculino cōcepta, et seminali spiritu penetrata. Quoz vī tantā dicunt vt lignum perfusum ex eo non ardeat, ac ne vestis qui

dem contacta aduratur. Admixta quoq; calce glutinare fertur vitri fragmenta.

¶ De minutis volatilibus.

Cap. viii.

APes dicitur vel q̄ se pedibus inuicē alligēt, vel pro eo q̄ sine pedib⁹ nascāt. Nā postea & pedes & pēnas accipiunt. Hęc solertes i generādis mellis officio assignatas incolunt sedes, domicilia in enarrabili arte cōponūt, ex variis florib⁹ fauū cōdūt. textisq; ceris innumera prole castra replent, exercitū & reges habēt, praelia mouēt fumū fugiūt, tumultu exasperāt. Has pleriq; exp̄ti sunt nasci de boū cadauerib⁹. Nā p his creādīs vituloz occisoz carnes verberāt, vt ex putrefacto cruore vermes creent qui postea efficiuntur apes. Proprietē apes vocāt ortē de bobus sicut crabrones de equis, fuci de mulis, vespe de asinis. Castrōs graci appellāt, qui in extremis ptib⁹ fauoz maiores creantur, quos aliqui reges putāt, dicti q̄ castra ducāt. Fucus ē maior ape, crabrone minor. Dicitur autē fuc⁹, q̄ alienos labores edat, quasi fagus. De pascit enī quod nō laborauit, de quo Virg. Ignauū fucospec⁹ a presepi⁹ arcet. Crabrones vocati a cabo. i. cabalo q̄ ex his creāt, sicut autē crabrones nascūt de equoz carnib⁹ putridis, ita ex eis saepe nascuntur scarabei vnde et cognominati sunt. Tauri vocant scarabei terrestres ricino similes. Buprestis aīal est paruū, simillimū i Italia scarabeo lōgi pedū. Fallit inter herbas bouē maxime, vñ & nom̄ habet, deuoratūq; tacto felle ita inflāmat vt rumpat. Cicendela scarabeoz gen⁹ ē, eo q̄ gradiēs vel volās lucet. Blatte a colore nūcupatē siquidē & cōprehēse manū tīgūt vñ & blatteum colore dicit. Hoc autē aīal lucē videre nō patitur cōtra iū muscē. Nā musca lucipeta, et blatta lucifuga est. Per noctē eī tm̄ ābulat. Papiliones auiculē sunt quē maxime abūdāt florentib⁹ maluis, quiq; vermiculos stercore suo faciunt nasci. Locusta q̄ pedib⁹ sit lōgis veluti hasta. vñ et eā graci tā maritimā q̄ terrestrē astagon appellāt. Cicades ex cuculoz nascunt sp̄tato. Hęc i Italia apud reginos multē sunt, nec vñ q̄ a libi. Musca ex grēcovenit, sicut & mus, hęc sicut & a pes necatē in aqua aliquoties post vnius horē spaciū reuiuiscūt. Cinomia grēcē vocat. i. musca canina. Nā cinos grēcē canis vocatur. Culex ab aculeo dicitur q̄ sanguinē sugat. Habet eī in ore fistulā in modū stimuli, qua carnem terebrat vt sanguinē bibat. Scinifes muscē minutissime sunt, sed aculeis permolestē, quibus tertia plaga supbus popul⁹ ægyptioz cēsus est. Oestrus aīal armētis aculeis permolestū. Oestrū autē grēcū ē, q̄ latine asilus. vulgo tauan⁹ vocat. Bibiones sūt qui i vino nascuntur quos vulgo musciōes a musco appellāt, vñ & Afranius. Cū ad me spectas et fabulari incipis, ex ore i oculis tuis bibiones inuolant. Gurgulio dicitur, quā pene nihil aliud est nisi guttur.

¶ Præfatiuncula in librum sequentem.

¶ In hoc libello quasi in quadā breui tabula quas

dā celi cās sitūsq; terrarū & maris spacia annotaui mus, vt in modico lector ea percurrat, et compendiosa breuitate æthymologias eorum causasq; cognoscat.

¶ Incipit liber tertiusdecimus.

¶ De mundo.

Cap. I.



Mundus est celi, terra mare, & quæ in eis sunt opera dei, de quo dicitur. Et mundus per eum factus est. Mundus latine a philosophis dicitur quod in sempiterno motu sit, vt cælus sol, luna, aer, maria. Nulla enim requies eius elementis concessa est ideoque semper in motu est. Vñ & aialia Varron videntur elemēta quæ per semetipsa inquit mouētur. Græci vero nomē mundo de ornamento accommodauerunt propter diuersitatem elementorū & pulchritudinem siderū. Appellatur ei apud eos cosmos quod significat ornamentū. Nihil enim mundo pulchrius oculis carnis aspiciamus. Quatuor autē esse constant climata mundi. i. plagas orientē & occidentē septētrionē & meridiē. Oriens ab exortu solis est nuncupatus. Occidēs, quod diem faciat occidere, atque interire. Ascondit enim lumen mundo & tenebras superinduxit. Septētrio autē a septē stellis axis vocatur quæ in ipso reuolutę rotantur. Hic proprie et vertex dicitur, eo quod vertitur, sicut poeta ait. Vertitur interea cælum. Meridies vel quia ibi sol faciat medium diē quasi medidies, vel quia tunc purius micat æther. Merū enim purū dicitur. Ianuę celi duę sunt, oriens & occasus, Nāvna porta sol procedit, alia se recipit. Cardines autē mūdi duo, septētrio & meridies. In ipis enim voluitur cælum.

¶ De atomis.

Cap. II.



Atomus philosophi vocat quosdam in mūdo corporū partes tā minutissimas vt nec sui pateant, nec tomen. i. sectionem recipiant, vñ & atomi dicti sunt. Hi per inane totius mūdi inquietis motibus volitare, & huc atque illuc ferri dicuntur, sicut et tenuissimi pulueres qui infusi per fenestras radiis solis videntur, et ex his arbores et herbas & fruges oēs oriri, et ex his ignē & aquā et vniuersa gigni atque consistere quidam philosophi gentiū putauerunt, Sunt autē atomi aut in corpore, aut in tēpore, aut in numero, aut in littera. In corpore vt lapis diuides eum in partes, & partes ipsas diuides in grana, veluti sunt harenę rursusque ipsa harenę grana diuide in minutissimū puluerē donec si possis peruenias ad aliquā minutiā, quę iam nō sit quę diuidi vel secari possit, hoc ē atomus in corporib⁹. In tēpore vero sic intelligitur atomus. Annū verbi gratia diuides in menses, menses in hebdomadas, hebdomadas in dies, dies in horas, adhuc partes horarū admittūt diuisionē quousque peruenias ad tantū tēporis punctū, & quādā momenti stillā, vt per nullam motulā produci possit. & iō iam diuidi non pōt, hoc

est atomus tēporis. In numeris vtputa octo diuiditur in quatuor, rursus quatuor in duo. deinde duo in vñ. Vnus autē atomus est, quia insecabilis est. sic & littera. Nā orationē diuidis in verba, verba autē in syllabas, syllabā autē in litteras. Littera pars minima, atomus est, nec diuidi potest. Atomus ergo est quod diuidi nō pōt, vt in geometria punctus. Nam tomus diuisio græce dicitur, atomus indiuisio.

¶ De elementis.

Cap. iii.

Oræci ylen rerum quādam primam materiam dicūt nullo prof⁹ mō formatā, s; ois corporaliū formarū capacē, ex qua visibilia hæc elementa formata sunt, vñ & ex eius deriuatione vocabulū acceperūt. Hæc ylen latini materiam appellauerūt, iō quia oē informe vnde aliquid faciendū est, semper materia nuncupatur. Proinde et eā poetæ siluā noīauerūt. Nec icōgrue, quia materię siluarū sunt. Græci autē elementa icōixia nuncupāt, eo quod sibi societatis cōcordia & cōmuniōne quadā cōueniāt. Nā sic ea iter se naturali quadā ratione iuncta dñr, vt mō originē ab igne repetēs vsque ad terrā, mō a terrā vsque ad ignē, vt ignis quidē in aera desinat, aer in aquā denset, aqua in terra crassescat, rursusque terra diluatur in aquam, aqua rarescat in aerē, aer in ignē extenuet. Quapropter oia elemēta oibus cōstat inesse, sed vnū quodque eorū ex eo quod aplius habet accepisse vocabulū. Sūt autē diuina prouidentia propriis animātib⁹ distributa. Nā celi angelis, aerē volucris, mare piscibus, terram hominibus cæterisque animantibus creator ipse impleuit.

¶ De celo.

Cap. iiii.

Ælum vocatū eo quod tanquā celatū vas impressa lumina habeat, stellarū veluti signa. Nam celatū dicitur vas quod signis eminentioribus resulget. Distixit ei eum deus claris luminibus & impleuit sol. s. et lunę orbe fulgētī, & astroꝝ micatiū splendētibus signis adornauit. Alias autē a superiora cælado. Hoc autē græce vrānus dicitur ἀπο τοῦ οὐρανοῦ. i. a vidēdo, eo quod aer perspicuus sit, & ad speculandum purior. Celi autē in scripturis sanctis ideo firmamentū vocat, quod sit cursu syderū & ratis legibus fixisque firmatū. interdū et celi pro aere accipitur, vbi venti et nubes et procelle et turbines fiunt. Lucretius celi quod dicitur aer, et psalmus volucres celi appellat, cū manifestū sit aues in aere volare, et nos in cōsuetudine hunc aerē celi appellam⁹. Nā cum de sereno vel nubilo querimus, aliquando dicimus, qualis est aer, aliquando quale est celi.

¶ De partibus celi.

Cap. v.

Æther est locus in quo sydera sunt, & significat eum ignē qui a toto mūdo in altū separat⁹. Sane æther ē ipm elementū, æthera vero splendor ætheris, et est sermo græc⁹. Sphæra celi dicta eo quod species eius rotundū formata est, sed et quicquid tale est a volubilitate sphaera a græcis dicitur, sicut et pile quibus ludūt infantes. Nā philo-

sophi dicunt celum in sphaera figuram vndique esse conuenientem, omnibus partibus equaliter concludentem terram in media mundi mole librata, hunc moueri dicunt. & cum motu eius sidera in eo fixa ab oriente usque ad occidentem circumire, septentrionibus breuiores gyros iuxta cardines peragentibus. Axis est septentrionis linea recta, quae per mediam partem sphaerae tendit. & dicitur axis quia in eo sphaera rotatur, vel quia ibi planities est. Cardines extremas partes sunt axis, & dicitur cardines eo quod per eos vertitur celum. Poli sunt circuli, qui currunt per axem. Horum alter est septentrionalis qui nunquam occidit, appellaturque boreus, alter australis qui nunquam videtur, & austronotus dicitur. Et dicitur poli quod sint axium cycli ex vtroque polo poliendo scilicet notati, sed polus boreus semper videtur. austronotus nunquam, quia dextra caeli altiora sunt praesens austru. Conuenientia extrema caeli sunt a curuitate dicta. Nam conuenientia curuum est. & inclinatum et in modum circuli flexum. Lacteus circulus est via quae in sphaera videtur a candore dicta quia alba est, quam aliqui dicunt viam esse qua circuit sol, et ex splendoris ipsius transitu ita lucere.

¶ De circulis caeli.

Cap. vi.

Abitatio ista caeli circularum distincta zonis quasdam partes temperie sua incolere permittit quasdam negavit enormitate frigoris aut caloris. zone autem ipse quinque sunt. Quae ideo zone vel circuli appellantur eo quod in circuitu sphaerae existunt. Quorum primus circulus ideo arcticus appellatur eo quod intra eum arcturi signa inclusa perspicuntur, quae a nostris in vris specie facta septentriones appellantur. Secundus circulus ex eo terminus tropicus dicitur, quia in eo circulo sol aequilonis finibus estatem faciens ultra eum circulum non transit, sed statim reuertitur. et inde tropicus appellatur. Tercius circulus himerinus qui a latinis idem equinoctialis appellatur eo quod sol cum ad eum orbem peruenit equinoctium facit. Himerinus enim graece latine dies dicitur atque nox, quo circulo dimidia sphaera pars constituta perspicitur. Quartus circulus antarcticus vocatur, eo quod contrarius sit circulo quem arcticum nominamus. Quintus circulus cimerinus tropicus, qui a latinis hyemalis siue brumalis appellatur, ideo quia sol cum ad eum circulum peruenit, hyemem his qui ad aequilonem sunt facit, estatem autem his qui austrum partibus commorantur. zodiacus autem circulus est qui duo decim continet signa $\alpha\pi\theta\tau\omicron\upsilon\ \zeta\omega\omega\upsilon$. id est ab animalibus dicitur.

¶ De aere et nube.

Cap. vii.

Aer est inanitas plurimum habens admixtum raritatis quam cetera elementa de quo Virgilius Longum per inane senectus. Aer dicitur $\alpha\pi\theta\tau\omicron\upsilon\ \alpha\iota\epsilon\rho\upsilon$, ab eo quod ferat terram, vel ab eo quod feratur. Hic autem partem ad caelestem partem ad terrenam materiam pertinet. Nam ille subtilis et ventosus ac procellosus motus non possunt existere, ad caelestem pertinet partem, iste vero turbulentior qui exalationibus

humidis corporefcit terrae deputatur, quique ex se multas species reddit. Nam commotus ventos facit, vehementius concitatus ignes & tonitrua, contractus nimbila, conspissatus pluuia, congelantibus nubibus nix, turbulentiore congelantibus defioribus nubibus grandinem, distentus serenum efficit. Nam aerem densum nubem esse constat, nubem rarefactam & solutam aerem. Nubes dicitur ab obnubendo. id est operiendo caelum unde & nupte quod vultus suos velent, unde et neptunus quod nubatur. id est mare & terram tegat. Nubes autem aeris densitas facit. Venti enim aerem conglobant, nubesque faciunt, unde est illud. Atque in nubem cogitur aer.

¶ De tonitruo

Cap. viii.

Tonitruum dicitur quod sonus eius terreat. Nam tonus sonus. Quae ideo interdum tam graueiter concutit omnia, ita ut caelum discidisse videatur quia cum procella vehementissimi venti nubibus repente immiserit. turbine inualefcere exitumque repente nubem quam excavauit impetu magno praescindit ac sic cum horrendo fragore defertur ad aures. Quod mirari quis non debet, cum vesicula quis parua magni tonitruum displota emittat. Cum tonitruo autem simul & fulgura exprimi, sed illud celerius videtur, quia clarum est, hoc autem ad aures tardius peruenire. Lux autem quae apparet ante tonitruum alibi fulgetra vocatur. Quae ut dicimus ideo ante videtur, quia clarum est lumine tonitruum autem tardius ad aures peruenit.

¶ De fulminibus

Cap. ix.

Fulgur & fulmen ictus caelestis iaculi a ferendo dicitur. Fulgere enim ferire est ac percutere. Fulmina autem collisa nimbila faciunt. Nam omnium rerum collisio ignem creat, ut in lapidibus cernimus vel attritu rotarum, vel in siluis arborum, simili modo in nubibus ignis, unde & prius nimbila sunt, deinde ignis exveto autem digne fulmina certum est in nubibus fieri & impulsu ventose emitti. Ideo autem fulminis ignem habere maiorem ad penetrandum, quia subtilioribus elementis factus est quam noster. id est qui nobis in vris est. Tria sunt autem eius nomina, fulgur, fulgor, & fulmen. Fulgur quia tangit fulgor quia incendit, & vrit, fulmen quia frangit, ideo & cum ternis radiis pinguntur.

¶ De arcu et nubium effectibus.

Cap. x.

Arcus caelestis dicitur a similitudine curuati arcus. iris huic proprium nomen est, & dicitur iris quasi aeris. id est quod per aera ad terras descendat. Hic autem a sole reipendit dum cauae nubes ex aduerso radium solis accipiunt & arcus specie fingunt cuiusmodi colores illa dat res, quia aqua tenuis, aer lucidus, & nubes caligantes irradiata ista varios creant colores. Pluuie dicitur quod fluant quasi fluuie, nascuntur enim de terrae & maris anhelitu, quae cum altius eleuatae fuerint, aut solis calore resolutae, aut ventose compressae stillantur in terras. Nimbus est densitas nubis interpesta & obscura, & inde nimbus a nube. Sunt autem nimbi repentini & precipites pluuie. Nam pluuias vocamus lentas & iuges, quasi fluuias, quasi fluentes, imbres autem

et ad nubes & ad pluuias pertinet, dicta a greco vocabulo q̄ terrā inebrient ad germinandū. Ex his enim cuncta creātur. Vñ & Lucre. Ex igni terra atq; aīa nascuntur & ibri. est aut̄ nomē grecū. Grando appellata, q̄ forma eius granorū similitudinez habeat, Hęc aut̄ ventorū rigore durāt in nube, ac solidātur in niuē. ruptoq; aere soluuntur. Nix a nubē venit, & glacies a gelu & aqua quasi glacies idest gelata aqua. Gelu aut̄ eo q̄ stringatur tellus Ge quippe terra dī. Tunc aut̄ maiorī gelu stringit̄ terra cū fuerit nox serena. Pruina est matutinitemporis frigus, et inde pruīnē nomen accepit, quasi sicut ignis vrit. Pyr enī ignis, Vre vero et ad frigus & ad solē pertinet. Nā vno sermone duo diuersa significātur, pro eo q̄ vnum effectum habent. Similis enī vis est & caloris & frigoris, vñ & vtraq; saxa rūpunt. Nā et calor vrit vt est. Vritur infelix dido. Itē frigus vrit, vt est, aut boreę penetrabile frigus adurat. Ros grecū est quod illi drosos dicunt. Alii ros putāt dictū, quia rarus est et non spissus vt pluuiā. Nebula inde dicta, vñ & nubila ab obnubēdo. i. hoc ē operiēdo terrā, siue quod nubes volās faciat. Exalant enī valles humidę nebulas et fiunt nubes, inde nubilū, idē nubes. Nebulę aut̄ ima petunt cū serenitas est, summa cū nubilū. Caligo vmbra est de similitudine aeris effecta. Et dicta caligo q̄ maxime aeris calore gignat̄. Tenebrę dicuntur q̄ teneant vmbra. Nihil autem sunt tenebrę sed ipsa lucis absentia tenebrę dicuntur, sicut silētium nō aliqua res est, sed vbi sonus non est, silētium dī, sic tenebrę non aliquid sunt, sed vbi lux non est tenebrę dī. Vmbra est aer carens sole, dicta autē quod fiat cū solis obicimur radiis. Est aut̄ mobilis & incerta & ex solis circuitu & ex motu locorum, Nā quotiens mouet̄ in sole nobiscum moueri videtur, quia vbiquoq; loco a radiis solis obsistim⁹, proinde illi lumē auferim⁹, sic & ingredi nobiscū vmbra & gestus nostros videtur imitari. Lux ipsa substantia, lumen quod a luce manat. i. candor lucis, sed hęc confundunt auctores.

De ventis.

Cap. xi.

Aentus aer cōmotus agitat⁹, & p̄ diuersis partibus cęli noīa sortitur diuersa. Dictus aut̄ vent⁹ quod sit vehemēs & violentus. Vis enī eius tanta est, vt nō solū saxa & arbores euellat, sed etiā cęlū terrāq; conturbet, maria cōmoueat. Ventorū quatuor spūs principales sūt Quorū primus ab oriente subsolan⁹, a meridie auster, ab occidente fauonius, a septētrione eiusdem noīs vētus aspirat, habentes geminos hinc inde vtorū spūs. Subsolanus a latere dextro vulturum habet, a leuo eurū. Auster a dextris euro austrum a sinistris austro africanū. Fauoni⁹ a pte dextra africanū, a leua chorū, Porro septētrio a dextris circius a sinistris aquilonē. Hi duodecim mundi globuz flatib⁹ circūagunt. Quorū noīa propriis ex causis signata sunt. Nā subsolan⁹ vocat⁹ eo quod sub or-

tu solis nascatur. Eurus, eo quod ab eo flat. i. ab occidente. Est enī subsolano cōiunctus. Vulturum quod alte tonat, de quo Lucre. Altitonās vulturum & auster fulmine pollens. Auster ab hauriēdo aquas vocatus, vñ & crassum aerē facit & nubila nutrit. Hic grece notus appellat⁹ ppter quod interdū corrūpat aerē. Nā pestilentia quę ex corrupto aere nascit⁹ auster flans in reliquas regiones trāsmittit, sed sicut auster pestilentia gignit, sic aquilo repellit. Euro auster dictus quod ex vna pte habeat eurū, ex altera austrū. Austro africanus, quod cōiunctus sit hinc inde austro & africo. Ipse & libonotus quod sit libis hinc & inde notus. zephyrus greco nomine appellatus, eo quod flores et germina ei⁹ flatu viuificentur. Hic latine fauonius dī, ppter quod foueat quę nascunt⁹, vñ illud. Et zephyro rutis segleffa resoluit. Austro aut̄ flores soluuntur, a zephyro fiunt. Africanus a propria regione vocatus. In africa enim initiū flādi sumit. Corus est quę ab occidente estiuo flat, & vocatus corus quod ipse ventorū circuitū claudat, et quasi chorū faciat. Hic antea caurus dictus quę pleriq; argestē dicūt, nō vt iprudēs vulgus agresten. Septētrio dictus eo quod a circulo septē stellarū cōsurgit quę vertēte se mundo resupinato capite ferrividētur. Circius dict⁹ eo quod choro sit iunctus. Hunc hispani gallicū vocāt, propter quod eis a parte gallicię fiat. Aquilo dict⁹ eo quod aquas stringat & nubes dissipet. Est enī gelidus vētus et siccus. Idē et boreus quia ab hyperboreis mōtib⁹ flat. inde enī origo eius dē vēti est, vnde et frigidus. natura enī oīm septētrionalium vtorū frigida et sicca est. australium humida et calida ex oibus aut̄ vētis duo cardinales sunt, septētrio et auster. Ethesie flabra aquilonis sunt, quib⁹ nomen inditū est, q̄ certo anni tēpore flatus agere incipiunt. Eniautos enī grece annus latine dicitur. Hęc aut̄ cursum rectū a borea in egyptum ferunt, quibus auster cōtrari⁹ est Duo sunt aut̄ extra hos vbiq; spūs magis q̄ vēti, aura et altanus. Aura ab aere dicta quasi aera quod lenis sit motus aeris Agitat⁹ enī aer aurā facit, vñ et Lucreti⁹. Aereas auras. Altanus qui in pelago est per deriuationez ab alto. i. mari vocatus. naz alt er est flatus in ripis quę dixim⁹ aurā. nā aura terra est. Turbo est volubilitas ventorū, et turbo dictus a terra, quoties ventus cōsurgit et terrā in circuitū mittit. Tēpestas autē pro tempore dī. sicut vbiq; historiographi solēt dū dicūt ea tēpestate, aut a b̄ statu cęli, quia magnitudine sui multis dieb⁹ orit̄. Verno aut̄ et autūnali tēpore q̄ maxime fiunt tēpestatates q̄ nec plena est estas, nec plena hyems vñ et mediū et cōfine vtriusq; tēporis ex cōiunctione aerū contrariorum efficiūtur tēpestatates. Frigor a fracta re re nominatus est sonitu, quia sicca quęq; et arida facile fragit. Procella ab eo quod percellat. i. pcutiat et euellat. Est enī vis venti cum pluuiā. Procellę ei aut de fluminib⁹, aut de ventis fiunt. nihil aut̄ velocius vē-

tis vnde propter celeritatē tam ventos q̄ fulmina a
lata fingunt poete, vt alati viribus austrī.

¶ De aquis.

Cap. xii.



Qua dicta q̄ superficies eius æqualis
sit. Hinc & æquor appellatū, quia eq̄li
ter sursum est. Duo aut̄ sūt validissima
vitę humanę elemēta ignis & aqua. vn
de grauit̄ dānant̄ quibus ignis et a-
qua interdicitur. Aquarū elemētū ceteris omni-
bus imperat. Aquę enī cælum temperāt, terrā fecū
dāt, aerem exalationibus suis incorporāt, scādunt
in sublime, & cælum sibi vendicāt. Quid enim mira-
bilis aquis in cœlo stātibus? Parum sit in tātā per-
uenisse altitudinem. Rapiunt & secum pisciuz̄ exa-
mina, effusę oīm in terra nascentium causa fiunt,
Fruges gignunt, arbores, frutices, herbasq; produ-
cunt, sordes detergunt, peccata abluunt, potū cū-
ctis animantibus tribuunt.

¶ De diuersitate aquarum

Cap. xiii.

AQuarū naturę diuersitas multa est. Alię
enī salis, alię nitri, alię aluminis, alię sul-
phuris, alię bichuminis, alię curā morbo-
rū adhibentes. Nā iuxta romā albulę aquę vulneri-
bus medentur. In italia fons ciceronis oculorū vul-
nera curat. In ethiopia lacus est quo perfusa cor-
poravelut oleo nitescunt. zame fons in africa cano-
ras voces facit. Ex clitorio lacu italię qui biberint.
vini tedium habent. in chio insula fontē esse dicūt,
quo hebetes fiunt. In boetia duo fontes, alter me-
moriā, alter obliuionem affert. Cizici fons amorez̄
veneris tollit. Boetię lacus furialis est de quo qui bi-
berit ardore libidinis exardescit, In cāpania sunt a-
quę sterilitatē feminarū et virorū insaniā abolere
dñr. In æthiopia fonte rubro qui biberit, lymphati-
cus fit. Lechnus fons archadię abortus fieri non
patitur. In sicilia fontes sunt duo vnus sterilem fœ-
cundat, alter fœcundā sterilem facit. In thessalia
duo sunt flumina, ex vno bibentes oues nigras fie-
ri ferunt, ex altero albas, ex vtroq; varias Clitum⁹
lacus iumbria maximos boues gignit. Reatinis pa-
ludibus iumentorū vngulas indurari dicunt. In as-
phaltide lacu iudeę nihil mergi potest quicquid a-
nimā habet. In indiis fidez̄ vocatur stagnum in quo
nihil innatat sed oīa imerguntur. At cōtra in alce
lacu percidamum oīa fluitāt, nihil mergitur. Mar-
siede fons in phrygia saxa generat. in achaia aqua
profluit e saxis flux appellata, quę ilico potata iter
facit. Celonium stagnum sicilię tetra odore abigit
proximātes. Fons est in africa circa tēplum ammo-
nis qui humoris nexibus humum stringit. Fauillas
etiā in cespitem solidat. Fons iob in idumęa qua-
ter in anno colorem mutare dicitur. i. puluerulen-
tum, sanguineuz̄, viridem, & limpīdum, ternis mē-
sibus in anno tenens ex his vnā colorem. in tro-
gloditis lacus est, ter in die fit amarus, et deinde to-

tiens dulcis. Fons syloa ad radicem montis syon,
non iugibus aquis, sed in certis horis diebusq; bul-
lit. in iudea quondam riuus sabbatis omnibus sic-
cabatur. in sardinia fontes calidi oculos medentur
fures arguunt. Nā cecitate detegitur eorum faci-
nus. in epiro esse ferunt fontem in quo faces extin-
guntur accensę, & accenduntur extintę. Apud ga-
ramātes fontem esse ita algentem die vt non biba-
tur, ita ardentem nocte vt non tangatur. iam vero
in multis locis aquę manāt perpetim feruentis tan-
ta vi vt balnea calefaciāt. Quędā enim terrę sunt
quę multū sulphuris & acuminis habent. itaq; cum
per venas calentes aqua frigida venit in vicino sul-
phuris calore contacta excādescit, nec talis ab ori-
gine effluit, sed permutatur dum venit. Sulphur e-
ni alumenq; secum ferunt aquę vtramq; materiam
igne plenam mitisq; motibus incalescentem

¶ De maris nomine.

Cap. xiiii.

Mare est aquarū generalis collectio. Omnis
eni congregatio aquarū, siue salis & siue
siue dulces, abusiue maria nūcupātur iux-
ta illud. Et congregationes aquarum appellauit
maria. Proprie aut̄ mare appellatum eoq; aquę e-
ius amare sint. Equor autem vocatum, quia equa-
liter sursum est, & quicquid aquę fluentes velut montes
erigātur sedatis rursus tempestatibus adequātur.
Altitudo enim maris diuersa est, indiscreta tñ dor-
si eius equalitas. ideo mare incrementū non capere
cum omnia flumina & oēs fontes recipiat. hęc cau-
sa est partim q̄ influentes vndas ipsa magnitudo
eius non sentiat, deinde q̄ amara aqua dulce fluē-
tum consumat, vel q̄ ipse nubes multū aquarū ad
se attrahāt siue q̄ illā partim venti auferāt, partiz̄
sol exsiccet, postremum q̄ per occulta quędā ter-
rę foramina percolatur et ad caput oīm fontesq;
reuolutū recurrat. Maris aut̄ certum esse colorem
sed pro qualitate ventorum mutati. Nā modo fia-
uum est, modo luculentum, modo atrum.

¶ De oceano.

Cap. xv.

Oceanum græci & latini ideo nominant, eo
q̄ circuli modo ambiat orbem, siue a cele-
ritate eo q̄ ocus currat. item quia vt cœlū
purpureo colore nitet, oceanus quasi cianeus. iste
est quę oras terrarum amplectitur, alternisq; est
bus accedit atq; recedit. Respirantibus enim in p-
fundum ventis aut remouet maria aut resorbet.
quicquid a proximis regionibus diuersa vocabula sū-
psit, vt gallicus, germanicus, scythicus caspius, hir-
canus, atlanticus, gaditanus. Nam gaditanum fre-
tum a gadibus dictum, vbi primo ab oceano ma-
ris magni limen aperitur. Vnde et hercules cum
gadibus peruenisset, columnas ibi posuit sperans
illic esse terrarum finem.

¶ De mediterraneo mari.

Cap. xvi.

m i.

Mare magnū ē quod ab occasu ex oceano fluit & in meridiē vergit, deīn ad septētrionē tēdit. Quā inde magnū appellatur quia cetera maria in cōparatiōe ei⁹ minora sunt, Istud est & mediterraneum quia per mediā terrā vsq; ad orientē pfundit̄ europā & africā asiāq; distēminans. Cuius primē ptis finus qui in hispaniis perfundit̄, hybericus & balearicus appellatur. Deinde gallic⁹ qui narbonensēz prouinciā aluit. Mox ligusticus qui iuxta ianuā vrbē est proximus. Post hęc tyrrhenus, qui italā attingit, quē græci ioniū, itali inferum vocāt. Deinde siculis qui a siciliā vsq; ad cretā vadit. Deinde creticus qui in pāphylīā & ægyptū pertendit. Inde hellepontus qui in septētrionē retorquens anfractibus⁹ magnis iuxta græcias & illyricū in angustias septē stadiorū stringitur, quo xerxes ponte nauibus factō in græciā cōmeauit, ibi est abidus. Inde diffus⁹ ab æquore patente rursus stringitur & facit propontidē, qui mox in quingentos passus coartatur, sitq; bosphorus thracicus quo darius copias trāsportauit, inde ponticus finus amplissim⁹ a tergo mœotidis paludibus. Quod mare ex multitudine fluminū dulcius q̄ cetera nebulosumq; & breuius est. vñ & pōticū vocatum q̄ sit breuius atq; eos præter focas & tynnos atq; delphinos aliasq; beluas maiores nō patitur. Sicut autē terra dumyna sit pro diuersis locis variis appellatur vocabulis, ita & pro regionibus hoc mare magnū diuersis noibus nuncupatur. Nā ibericum & asiaticū a prouinciis dictuz Ab insulis balearicū siculū creticū, cypriū, ægeū, carpaciū. Nā inter tenedum & chiū saxū est ī mari potius q̄ insula, quod visentibus procul capræ simile creditur, quā græci ega nuncupāt, vñ & egeū mare est dictū. sic & carpatiū mare inter ægyptum & rhodū ab insula carpato illic posita. A gētibus gallicū auloniū, dalmatiū, lubusticū. Ab oppidis argolicū, corinthiū, tyriū, adriaticū. Nā adria quædā ciuitas illirico mari proxima fuit, quę adriatico mari nomē dedit. A positione celi vt superū, inferū, q̄ sit oriens superior, occidēs inferior. Est autē tuscū & adriaticū. A memoria ducis vt ionium. Iones quippe dux fuit græcię. Vñ iones athenienses Hoc mare & tyrrhenum dictum siue q̄ tusciā alluit. i. tyrrhenium, siue a tyrrhenis nautis qui se ī hoc mare præcipitauerunt. Et sciēdū ioniū finū eē immensum ab ionia vsq; ad siciliā, & huius partes eē adriaticū, achaicū, & epiroticū. A moribus accolarū, euxinus, axenus antea appellatus est. A casibus hoīm qui ceciderunt in mari, vt hellepōtū, icarēū myrtoū. Nā myrtoū mare dictū a myrtili lapsu q̄ illic ab oenomaō præcipitatū sit. Icarus vero cretē sis vt fabulę ferunt altiora petēs pēnis solis calore solutis mari in quo cecidit nomen iposuit. Frixus quoq; cū helle sorore sua fugiens insidias nouercales conscendit nauē signum arietis habentē qua liberatus est. Helle autem soror eius perpeffa naufragium decidit in mari, & mortua helleponto

mari nomen dedit. Ab ordine fluenti propontidis Nā dictum propontidum, quia pontū præuenit. idē & a trāsitu vel angustis meatibus⁹ boū bosporus ægyptius aut pelagus asię datur, gallicus europæ africanus lybię. His vt quęq; proxima sunt venerunt in partes. Pelagus aut est latitudo maris sine litore & portu græco noīe apo tu plagia. hoc est a latitudine dictus, vñ & plagia, eo q̄ sint importuosa.

De sinibus maris.

Cap. xvii.

Sinus dicuntur maiores recessus maris, vt in mari magno ionius, in oceano caspius, indicus, persicus, arabicus, qui & mare rubrū qui oceano ascribitur. Rubrū autē mare vocatū, eo q̄ sit roseis vndis infectū. Non tñ talē naturā habet qualem videtur ostendere, sed vicinis littoribus viciatur gurgēs, atq; inficitur, quia oīs terra quę circumstat pelago rubra est & sanguineo colorī proximo. Ideoq; inde minium acutissimum excerpitur, & alii colores, quibus pictura variatur. Ergo cum terra hanc habeat naturam, fluctibus subinde diluitur, & quicquid adhæsū est in colorē cadit. Ob hoc etiā ī his littoribus gēmę rubrę inueniunt. Lappillus enim huiusmodi humo inuolutus cum inter harenas attritus est, et terrę colorē habet & maris. Hoc mare in duos sinus scinditur. Ex his qui ab oriente est persicus appellatur, quia ora illius persæ inhabitant. Alter vero Arabicus dicitur q̄ sit circa Arabiam.

De æstibus & fretis.

Cap. xviii.

Aestus ad oceanū pertinet, fretum ad vtrūq; mare. Nā æstus est maris accessus vel recessus. i. inquietudo. Vñ & æstuaria per quā mare vicissim tam accedit q̄ recedit. Fretū autē appellatū q̄ ibi semper mare ferueat. Nam fretū est angustum & quā feruens mare, ab vndarum feruore nominatum vt gaditanum vel siculum. Nam freta dicta Varro ait, quasi feruida. i. feruentia & motum feruoris habentia. Fretum sicilię quod regiū dicitur. Salustius tali ex causa vocari scribit dicēs. Italię olī siciliam coniunctam fuisse et dum esset vna tellus, mediuz spacium aut per humiditatē abruptū est aquis, aut per angustiam scissum & inde regiū nominatum, quia græce abruptum hoc nomine nūcupat. Est autē artificissimū triuū milliū spacio siciliā ab italia diuidens fabulosis infame mōstris quibus hinc inde scylla & carybdis ostēditur. scyllā acolę saxum in mari imminens appellant, simile celebratę formę procul visentibus. Vnde & mōstruosam speciem fabulę illi dederunt, quasi formam hominis capitibus succinctā caninis, quia collisi ibi fluctus latratus videntur exprimere. Carybdis dicta q̄ gurgitibus occultis naues absorbeat. Est enim mare verricosum, & inde ibi laniata naufragia profundo emergunt. Ter autem in die erigit fluct⁹ et ter absorbet. Nam accipit aquas vt vomat, vomit rursus vt accipiat. Syrtes autem sunt harenosa in mari loca. Syrtes autē Salustius a tractu voca

ri dicit q̄ oīa ad se trahant, appropinquantes vado-
soso mari hereāt. Hęc autē ad mare egyptiū vicinæ
sunt & pariter admiscuntur. Vadavero sunt p̄ quæ
in marivel in fluminibus hoīes vel aīalia pedibus
vadūt, q̄ Virg. breuia appellat, gręci braica.

¶ De lacis & stagnis

Cap. xix.

Lacus autē et quedā maria quę non miscēt
oceanī fluctibus, aut mari magno, & dicū-
tur lacus & stagna. Lacus est receptaculū
in quo aqua retinetur, nec miscēt fluctib⁹
vt lacus asphalti, vt lacus benacus, & larius, & cæ-
teri quos gręci limen. i. stagnos vocāt. Nā fontes la-
buntur in fluuiis, flumina in freta discurrunt Lac⁹
stat in loco nec profluit, & dictus lacus quasi aquę
locus. Lacus asphalti. i. & mare mortuū vocatur, p̄-
pter quod nihil gignit viuum, nihil recipit ex gene-
re viuentiū. Nā neq; pisces habet, neq; assuetas a-
quas & letas mergēdī vsu patitur aues, s̄ et quęcū-
q; viuentia mergenda tētaueris quacunq; arte, di-
mersa statim resiliunt, & quī vehementer illisa cō-
festim excutiuntur, sed neq; ventis mouetur, resistē-
te turbinibus bitumine, quo aqua oīs stagnat, neq;
nauigationis patiens est, quia oīa vita carentia ī p̄-
fundum merguntur. nec materiā vllā sustinet nisi q̄
bitumine illustratur. Lucernā accensam ferū su-
natare, extincto demergi lumine. Hoc & mare sa-
linarum dī, siue lacus asphalti. i. bithuminis, et est
in iudea inter hierico & zoar on. Longitudo ei⁹ vs-
q; ad zoaras arabie dirigitur stadiis septingētis o-
ctoginta. Latitudo stadiis centū quinquaginta vs-
q; ad vicinias sodoꝝ. Lacus tiberiadis ab oppido t̄-
beriadē vocatus, quod quondā herodes in honorē
tiberii cæsaris condidit. Est autē in iudea omnibus
lacis salubrior. & sanitatē corporum quodā mō effi-
caciōr. Genesar lacus amplissimus in iudea longi-
tudine centū quadraginta extenditur stadiis, lati-
tudine quadraginta, diffunditur crispantib⁹ aquis
aurā non ventis, sed de seipso sibi excreās. Vñ & ge-
nesar dī græco vocabulo quasi generans sibi aurā
Deniq; per diffusiora spacia lacus frequentib⁹ au-
ris spirātibus agitatur. Vñ et purior haustus ei⁹ &
ad potandū dulcis & habilis. Benacus lacus Italię
in venetia de quo fluui⁹ nascitur mincius, qui lac⁹
magnitudine sui tēpe states imitatur marinas. Lu-
crin⁹ et auernus lacus cāpanię sunt. Lucrinus autē
dictus, quia olim propter copiam piscium vectiga-
lia magna prestabat, Auernus autem lacus vocat⁹
q̄ aues ibi superuolare non possint. Nā antea sil-
uarum densitate sic ambiebatur, vt exalantes in-
de per angustias aquę sulphurę fetor grauissi-
mus supervolantes aues alitu suo necaret. Quam-
rem Augustus cęsar intelligēs deiectis siluis, ex pe-
stilentibus amœna reddidit loca. Lacus autē idem
& stagnum vbi immensa aqua conuenit. Nā dictū
est stagnum ab eo q̄ illic aqua stet nec decurrat.

¶ De abyssō

Cap. xx.

¶ Abyssus profunditas est aquarum impenetrabi-

lis, siue speluncę aquarū latentium, de quibus fon-
tes & flumina produnt, vel quę occulte subtereunt
vnde & abyssus dictus. Nā oēs aquas siue torrētes
per occultas venas ad matricē abyssum reuertun-
tur. Fluctus dicti q̄ flatibus fiunt. Ventorū enī im-
pulsu agitatur aquę fluctuant. Aqua est stativa et
sine motu equalis. Vndavero eminens liquor qui
semper in motu est. Lucretius aereas vndas. i. mo-
tus et corpus illud quod refluctuat. Nā nec vnda p̄
se aqua est, sed aqua in motu quodam et agitatio-
ne, quasi abeundo et redeundo vnda vocata. La-
tex proprie liquor fontis est, et dictus q̄ i venis ter-
rę lateat, Gutta est quę stat, stilla quę cadit. Hinc
& stillicidium. quasi stilla cadens. Stiriā enim græ-
cum est. i. gutta, inde fit diminutivum vt dicamus
stilla. Dum autē stat aut pendet de tectis vel arbori-
bus, quasi glutinosa gutta est, dum ceciderit stilla
est. Spuma dicta ab eo q̄ spuatur, sordes enim sūt
vndaꝝ, vnde et mustū, et ea quę coquūtur spuma
purgantur. Hinc et sputum.

¶ De fluminibus.

Cap. xxi.

Flumen autē fluius perennis aquarū decur-
sus a fluendo perpetū dictus. Proprie
autem flumen ipsa aqua, fluius, cur-
sus aquę, Prius autē flumen q̄ fluius. i.
prior aqua q̄ decursus. Duo sunt flumi-
num genera vnum torrens, alterum viuum, de quo
Virgilius. Donec me flumine viuo abluero. Torrēs
est aqua veniens cum impetu. Dictus autem tor-
rēs, quia pluuia crescit, siccitate torrescit. i. are-
scit, de quo Pacuius. Flammeo vapore torrens torret.
cui gręci ab hyeme nomen dederunt, nos ab æsta-
te, illi a tēpore quo arescit, nos a tempore quo sic-
catur. Amnis fluius est nemore ac frondibus redē-
mitus, et ex ipsa amœnitate amnis vocatur. Decur-
sus proprie finis cursus siue aquarum sit seu qua-
rumlibet rerum. Riui dicti q̄ deriuentur ad irrigā-
dum. i. ad inducendum aquas in agris. Nam irri-
gare inducere est. Gurgēs proprie locus altus ī flu-
mine. Puteus est locus defossus ex quo hauritur a-
qua, a potatione dictus. Fons caput est aquę nascē-
tis, quasi aquas fundens. Quidam autem fluiorū
propriis ex causis nomina acceperunt ex quibus
nonnulli notandi sunt qui in historiis celebres me-
morantur. Geon fluius de paradiso exiens atq; v-
niuersam ethiopiā cingens vocatus hoc nomine
q̄ incremento suę inundationis terram ægypti ir-
rigit. Ge enim græce latine terram significat. Hic
apud ægyptios nilus vocatur, propter limum quę
trahit qui efficit fecunditatē. Vnde et nilus dictus
est quasi νεαίλυσ. Nam antea nil⁹ latine melo dī-
cebatur. Apparet autem in nilide lacu, de quo ī me-
ridiem versus excipitur ægypto vbi aquilonis flatū
bus repercussus aquis retro luctātibus intumescit
& inundationem ægypti facit. Ganges fluui⁹ quę
phison sancta scriptura cognominat, exiens de para-

diso pergit ad indię regiones. Dicitur aut phison. i caterua quia x. fluminibus magnis sibi adiunctis, impletur et efficitur vnus. Gages aut vocatus a rege gāgāro indię. Fertur aut nili modo exaltari & iuper orientis terras erūpere. Tigris fluius mesopotamię de paradiso exurgens & pergeus cōtra assyriam, & post multos circuitus in mare mortuū ifluens. Vocatur aut hoc noie propter velocitatē istar bestię tigridis nimia pnicitate currentis. Euphrates fluius mesopotamię de paradiso exurgens copiosissim⁹ gēmis qui per mediā babyloñā influit, hic a frugib⁹ vel abybertate nomē accepit. Nā hebraice eufrata fertilitas interpretat̄. Mesopotamiā etenim in quibusdā locis ita irrigat, sicut & nil⁹ alexādrīā. Salustius aut auctor certissimus asserit tigrī & euphratē vno fonte manare i armenia, q̄ p diuersa euntes longius diuidūtur spacio medio de relicto multorū milliū, quę tñ terra quę ab ipsis abitur mesopotamia dicit̄. Ex quo Hieronym⁹ aiaduertit aliter de paradisi fluminibus intelligendum Indus fluius orientis qui rubro mari accipit̄. Ista spes fuit medorū rex atiquissimus, ex quo orientis anis nomen accepit, qui nunc idaspes dicit̄. de quo Luca. Qua medi⁹ idaspes. Accedūt pelago phœbi surgentis ab igne iā prior q̄ persis erā. Qui dū sit fluius persarum, dī tñ cōtra orientē decurrere Araris fluius germaniæ. de quo Virgili⁹. Aut arariz parthus bibet, aut germania tigrī. Currit ei per parthiā & assyriā. Bactrus fluius orientis a rege bactro vocatus fertur, a quo & bactriani & vrbs eorū. Caspis fluius persarū vocatus eorū lingua q̄ mirā aque dulcedinem habeat, adeo vt persici reges q̄ diu inter ripas perfidis fuerint sibi ex eopoculavendicarit. Ex hoc ane quidā cydnū cilicię fluiū deriuari existimāt. Araxis amnis armenię q̄ ab vno monte cum euphrate diuersa specie orit̄. dicitur q̄ rapacitate cuncta prosternat. Vñ et cū alexāder eū trāsgredi vellet pōte fabricato tāta vi in undauit vt pontē dirueret. Hic breuib⁹ interuallis ab euphratis ortu caput tollit, ac deinde caspium fertur in mare. Fluius syrię qui vocatur orontes iuxta athiochię muros decurrens, qui a solis ortu oriens non longe ab vrbe mari condit̄, quē de originis suę tractu orientē veteres latine appellauerūt. Cuius fluentis ex ipso ipetu frigidioribus & zephris assidue ibi spirantibus tota ciuitas momentis ppe oibus refrigeratur. Iordanis iudeę fluius a duobus fontibus noiatur, quorū alter vocatur ior, alter dan. His igitur procul se a distatibus in vnū alueū foederatis iordanis deinceps appellatur. Nascitur aut sub libano mōte, & diuidit iudeā & arabīā. q̄ p multos circuitus iuxta hierico in mare mortuū influit. Eufis caucaseis mōtibus fusus cū plurib⁹ aliis in euxinū se precipitat mare, vnde & nuncupat̄. Cydnus amnis cilicię a tauro monte progrediens mirā aquarum habens suauitatem, & quia quicquid cādū est, cydnū gentili lingua syridicunt. Vñ

amni huic nomen datū quia tumet æstate, quādo niues soluuntur, reliquis annitēporibus tenuis est & quietus. Ilas fluius asię. Pactolus fluius asię harenas aureas trahens. de quo Virgi. Pactolusq; irrigat auro, quē pro aurato fluore alii chrysoā vocāt, Frinus fluius asię qui smyrneos secat cāpos & ipse fluctibus aureis & harenis plenus, a quo & smyrnavocata est. Meāder amnis asię flexuosus, qui recurrentibus ripis inter asiā & ionā precipitatur in sinū, qui meletū diuidit & prienē. Meander aut vocatus q̄ sit flexuosus & nunq̄ currat rectus. de quo Ouidius. Quiq; recuruatus ludit meāder i vndis. Tanus fuit rex scytharū primus, a quo tana is fertur fluius nūcupatus qui ex riphēis siluis veniens, dirimit europā ab asiā inter duas mundi ptes medi⁹ currēs atq; i pōtū fluēs. Inachus achaię amnis argolicos irrigās cāpos, quē rex inach⁹ a se nominauit, qui exordium argiue genti primus dedit. Ibi est & erymāthus ab erymātho monte dimissus Padus Italię fluius a iugis alpiū fusus, ex tribus fontibus oritur ex quibus vnivocabulū est padus, qui diffusus i modū stagni annē sinu dirigit, a quo et padus est nūcupatus. Hic a græcia eridanus cognomiatur ab eridano solis filio, quē phœtontē dicunt qui fulmine percussus, in eodē fluuio deiect⁹ est & extinctus. Augetur aut ex ortu canisliquecētibus niuib⁹, & cū accessione. xxx. fluminū circa Rauēnā in adriaticū mare deferit. Tyberis Italię fluius, a tyberino rege albanorū dī appellatus, q̄ in hunc fluiū cecidit, & de exitu suo nomen dedit. Nā antea albola antiquū nomen a colore habuit. q̄ niuib⁹ albus sit. Ipse est aut tybris & qui tyberis, sed tyberis in quotidiano sermōe tybris i versu dī. Danubius germaniæ fluius vocari fertur a niuiū copia quib⁹ magis augetur. Iste est qui i i europa plus oibus famā habet. idem & ister. quia duz p innumeras vadit gentes, mutat et nomen, & maiores sibi ambiendo colligit vires. Oritur a germanicis iugibus & occidentalibus partib⁹ barbarorū, p gēs cōtra orientē sexagita in se fluuios recipit, septē ostiis in pontū influit. Rhodanus gallię fluius ab oppido rhodo cognominatus est quem coloni rhodiorum vocauerūt, qui rapido cōcitus cursu, tyrrheni equoris freta scindens, nō modicū sæpe nauigatiū facit periculū, dū inter se maris fluctus & amnis fluentia decertāt. Rhenus a rhodani societate fertur vocatus, qm̄ cum eodez ex vna prouincia oritur. Est autez germanię fluius inter tres europæ maximos fluuios computatus, qui a iugo alpiū vnsq; in oceanī profunda cursus suos dirigit. Iberus amnis qui quondam totius hispaniæ nomen dedit. Minius fluius gallicię nomen a colore pigmenti sumpsit, qui in eo plurimus iuenitur. Durius a græcis quasi doricus cognominatus. Tagum quoq; fluium Carthago Hispaniæ nuncupauit, ex qua ortus procedit fluius harenis auriferis valde copiosus, Et ob hoc cæteris omnibus

fluuu is hispaniarū prelatu s. Bethis fluuu ius q̄ & be
thyce prouincie nomen dedit, de quo Martial. Be
thys oliuifera criuē redimite corona, aurea qui ni
tidisveller a tingis aquis, eo q̄ ibi lanę pulchro co
lore tingunť. Bethye aut̄ dictu s eo q̄ humili solo
decurrat. Bethin ei græci humilevel mersuz vocāt
Quedā aut̄ flumina in diluui o soluta mole terræ
preclusa sunt quedā vero que non erāt abyssi tunc
preruptis meatibus eruperunt.

¶ De diluuiis.

Cap. xxii.

Diluuiū dictū q̄ aquarū clade oīa que inun
dauerit deleat. Primū diluuiū extitit sub
noe qñ hoīm sceleribus offensu s oipotēs
toto orbe contecto, deletis cunctis, vnum
spaciū celi fuit ac pelagi. Cuius haftenus indiciuz
videmus in lapidibus quos in remotis mōtibz cō
chis & ostreis concretos, sepe etiā cauatos aquis vi
dere solemus. Secundū diluuium fuit in achaia, ia
cob patriarchæ, & ogigi tēporibus, qui eleusine cō
ditor & rex fuit nomenq; loco & tēpori dedit. Ter
cium diluuiū in thessalia moy si vel amphitriōis tē
poribus fuit qui tercius post cecropē regnauit, cui
ius tēporibus aquarū illuui es maiorem partē po
puloꝝ thessalię absumpsit, paucis per refugia mō
tiū liberatis, maxime in monte perna so, in cui⁹ cir
cuitu deucalion tunc regno potiebatur, qui tūc ad
se ratibus confugientes susceptos per gemina par
nasi iuga fouit & aluit. A quo propterea gen⁹ hoīz
gręcorū fabule ex lapidibus reparatum ferunt p
pter hoīm incitam cordis duriciam, sed et flumina
cum insolitis aucta imbribus vltra consuetudinem
vel diurnitatem vel magnitudinē redondāt mul
taq; prosternunt et ipsa diluuiū dñr. Sciendū autē
flumina cū supra modū crescunt, non tm̄ ad præ
sens i ferre dāna, s; etiā & aliqua significare futura

¶ Incipit liber quartusdecimus.

¶ De terra.

Cap. I.


Terra in medio mundi regione posita om
nibus partibus celi in modum centri equa
li interuallo consistēs, que singulari nūe
ro totum orbem significat, plurali vero singulas p
tes, cuius diuersa noīa dat ratio. Nā terra a superi
ori parte qua teritur humus, ab inferiori vel humi
da terra, vt sub mari, tellus aut̄ quia fructus ei⁹ tol
limus. hęc & ops dicta, eo q̄ opem fert frugib⁹. Ea
dem & arua ab arando & colendo vocata. Proprie
aut̄ terra ad distinctionem aque arida nūcupatur,
sicut scriptura ait. Quod vocauit deus terram aridam.
Naturalis enim proprietat s ficitas est terris.
Nā vt humida sit hoc aquarum affinitate sortitur.
Cuius motū alii dicunt ventum esse in concauis e
ius qui motus eam mouet. Salustius. Venti per ca
ua terre precipitati ruptū aliquod montes tumuli
q; sedere. Alii aquā dicunt generalem in terris mo
ueri & eas simul cōcutere, sicut vas, vt dicit Lucre.
Alii σφοττοειλην terram vocant, cuius plerunq;

latentes ruine superposita cuncta concutiunt. Ter
ræ quoq; hiatus aut motu aque inferioris fit, ant
crebris tonitruis, aut de concauis terræ erumpen
tibus venis.

¶ De orbe.

Cap. II.

Orbe a rotunditate circuli dictus, quia sicut
rota est. Vñ breuis etiam rotella orbiculus
appellatur. Vndiq; ei oceanus circūfluens
eius in circulo ambit fines. Diuisus est aut̄ trifarie.
Ex quibus vna pars asia, altera europa, tertia afri
ca, que & libya nūcupatur. Quas tres partes orbis
veteres non equaliter diuiserunt. Nam asia a me
ridie per orientem vsq; ad septentrionem perue
nit, europa vero a septentrione vsq; ad occidentes
atq; inde africa ab occidente vsq; ad meridiē. Vñ
de euidenter orbem dimidium duę tenent europa
et africa, alium vero dimidium sola asia, sed iō iste
duę partes factę sunt, quia inter vtramq; ab ocea
no mare magnum ingreditur, quod eas interfecat
Quapropter si in duas partes orientis et occiden
tis orbem diuidas, asia erit in vna, in altera vero
europa et africa.



¶ De asia.

Cap. III.

Asia ex nomine cuiusdam mulieris ē ap
pellata, quæ apud antiquos imperiuz
tenuit orientis. Hęc tertia orbis parte
disposita, ab oriente ortu solis, a meri
die oceano, ab occiduo nostro mari fi
nitur a septentrione meotide lacu & tanai fluui o
terminatur. Habet autem prouincias multas et re
giones quarum breuiter nomina et situs expedi
am. Sumpto initio a paradiso. Paradisus est locus
in orientis partibus constitutus, cuius vocabulum
ex gręco in latinum vertitur hortus Porro hebrai
cę eden dicitur, quod in nostra lingua delitię inter
pretatur, quod vtrūq; iunctum facit hortuz delitia
rū. Est enim omni genere ligni & pomiferarum ar
m iij

borū cōstitus, habens etiā lignum vitę. Non ibi frigus, non æstas, sed perpetua aeris tēperies. E cui⁹ medio fons prorūpens totū nemus irrigat, diuiditurq; in quatuor nascentia flumina, cuius loci post peccatū hoīs aditus interclusus est. Septus est enī vndiq; rōpheā flāma. i. muro igneo accinctus, itavt eius cū celo pene iungatur incendiū. Cherubi quoq; i. angeloz; presidū arcendis spiritibus malis, super rōpheę fragrantia ordinatū est vt hoīes flāmę angelos vero malos angeli boni submoueāt. ne cui carnivel spiritui trāsgressionis aditus paradisi pateat. India vocata ab indo flumine quo ex parte occidentali clauditur. Hęc a meridianomari porrecta vsq; ad ortū solis, & a septētrione vsq; ad montem caucasum peruenit, habens gētes multas & oppida, insulā quoq; ataprobanę gēmis & elephātis fertā, crysam & argyre auto argētoq; fecundas vtilēq; arboribus foliis nunq; carentē. Habet & fluuios gangen & nidan & ypanē illustrātes indos. Terra indię fauonij spū saluberrima in anno bis mittit fruges, vicē hyemis & æstatis ethereas patitur. Gignit aut tincti coloris hoīes elephātes ingentes monocerō bestia, psitacū auē, hebenū quoq; lignū & cinnamū, & piper & calamū aromaticū. Mittit & ebur, lapides quoq; p̄ciosos berillos chrysoptafos & adamantē, carbūculos, liguites, margaritas & vniones quib⁹ nobiliū seminarū ardet ambitio. Ibi quoq; sunt & montes aurei quos adire propter dracones & gryphas, & imensorum hominum mōstra ipossibile est parthia ab indię finib⁹ vsq; ad mesopothamiā gñaliter nominatur propter iniunctā ei virtutē parthoz; & assyria & reliquę proximę regiones eius nomē traxerūt. Sunt ei in ea arcusca, parthia, assyria, media, & persida quę regiones inuicē sibi cōiunctę initiū ab indo flumine sumūt, tigris clauditur locis mōtuosis & asperiorib⁹ sitę habētes fluuios hidaspē & ararim. Sunt ei inter se finib⁹ suis discrete, noīa a propriis auctorib⁹ ita trahentes aracusa ab oppido suo nūcupata. Parthiā parthi ab scythiavenientes occupauerūt eamq; ex suo noīe vocauerunt, Huius a meridie rubrū mare est, a septētrione hyrcanū saltus, ab occiduo solis plaga meridia, Regna in ea decē & octo sunt porrecta a caspio littore vsq; ad terras scythaz;. Assyriavocata ab assur filio sem, qui eā regionē post diuini primus incoluit. Hęc ab ortu indiā, a meridie mediā tangit, ab occiduo tigrim, a septētrione mōtē caucasum, vbi portę caspię sunt. In hac regione primus inuēt⁹ est vsus purpurę. Inde primū crinū & corporū venerunt. & odores quib⁹ romanoz; atq; gręcor; effluxit luxuria. Media a persida a regibus medo & perso cognominata, qui aesprouinēias bellādo aggressi sunt. Ex quibus media ab occasu transuersa parthia regna amplectit, a septētrione armenia circundat, ab ortu caspios videt, a meridie persidā. Huius terra medicā arborem gignit, quā alia regio minime parturit. Sunt aut me-

dię duę maior & minor, Persida tēdens ab ortu vsq; ad indos, ab occasu mare rubrū habet, ab aquilone vero mediā tangit, ab auitro armenia quę p̄li de annectitur, quibus est susa oppidū nobilissimū. In persida primū orta est ars magica ad quā nemroth gigas post confusionē linguaz; abiit, ibiq; persas ignē colere docuit. Nā oēs in illis partibus solē colunt, qui ipsoz; lingua el d̄r. Mesopothamia gręcā æthymologiā possidet, q; duobus fluuiis ambiatur. Nā ab oriente tigris habet, ab occiduo eufraten, incipit aut a septētrione inter montē taurū & caucasum cuius a meridie sequit̄ babylonia. de inde chaldeā, nouissime arabia. Eodemon babylonię regionis caput, babylonvrbis est, a quo nūcupata est. tā nobilis vt chaldeā, & assyria & mesopothamia in eius nomen aliqn̄ trāsierunt. Arabia appellata. i. sacra. Hoc ei significare interpretat, eo q; sit regio thurifera odores creans. Hic eā gręci eodemon, nostri beatā noīauerunt. In cuius saltibus et myrrha & cinnamomū prouenit. Ibi nascit̄ auis fœnix sardonix gēma, & hiris melocides & pedorata ibi inuenitur. Ipsa est et faba appellata, a filio chus qui nūcupatus est faba. Hęc aut angusto terrę tractu ad orientē versus ad persicū finū extenditur, cuius septētrionalia chaldeā claudit, occasum sinus arabicus. Syria syrus quidā perhibet̄ indigena a suo vabulo nūcupasse. Hęc ab oriente fluuiio eufrate ab occasu mari nostro, et egypto terminatur, habens a septētrione armenia & caphocia, a meridie sinū arabicū. Situs eius porrectus in imensam longitudinē, in lato angustior. Habet aut in se prouincias comagenā, phœniciā, et palestina cuius pars est iudea absq; saracenis & nabatheis. Comogena prima prouincia syrię a vocabulo comage vrbis nūcupata, quę quodā ibi metropolis habebatur. Huius est a septētrione cappadocia, ab ortu mesopothamia, a meridie syria, ab occasu mare magnū. Phœnix cadmi frater de thebis ægyptiorum in syriā profectus apud sidonē regnauit, eāq; prouinciā ex suo noīe phœniciā appellauit. ipsa est vbi est tyrus ad quā Esaias loquit̄. Habet aut ab oriente Arabiā. a meridie mare rubrū Palestina prouincia philistin vrbē metropolē habuit, quę nunc dicitur ascalon, ex qua ciuitate omnis circa eā regio palestina est nūcupata. Hui⁹ ab oriente mare rubrū occurrit a meridiano latere iudea excipitur. a septētrionali plaga tyriorū finib⁹ clauditur, ab occasu egyptio limite terminat. Iudea a regio palestine, ex noīe iudeę appellata ex cui⁹ tribu reges habuit. Hęc prius chanaā dicta est a filio cham, siue a decē chananeoz; gētibus quib⁹ expulsis, eandē terrā iudei possederunt, initium longitudinis ei⁹ a vico arfa vsq; ad vicū iuliadē porrigitur i quo iudeoz; pariter ac tyrior; cōmunis habitatio est. Latitudo aut ei⁹ a monte lybani vsq; ad tyberiadis lacū extendit̄. in medio aut iudeę ciuitas hierosolima est, quasi vmblicus regionis totius terrę

variarū opū diues, frugibus fertilis, aquis illustris. opima balsamis. Vñ scđm elementorū graciā estimauerunt iudei eā promissam patribus terrā fluētē lacte et melle, cū hinc illis dei resurrectionis prærogatiuā pollicetur. Samaria regio palestinae, ab oppido quodā nomen accepit, quod vocabatur samaria ciuitas quondā regalis in israel, quæ nunc ab augusti noīe sebastia nūcupatur. Hęc regio iter iudeā et galileā mediā iacet, incipiens a uico cui nomen est eleas deficiens in terrā acrabato. Situs eius natura cōsimilis, nec uillo differēs a iudeā. Galilea regio palestinae uocata quæ gignat cādidiores hoīes quā palestina. hęc aut duplex est, superior & inferior, sibi tñ cōnexę syrię & phœnici adherētes. Terra eaz opima & ferax, & fructibus satis fœcunda. Pāropolis regio in cōfinio arabie et palestinae sita, dicta a quinque ciuitatibus impiorū quę cœlesti igne consumptę sunt, terra amplius a hierosolymis oliuerrima, nunc aut deserta atq; exusta. Nā p scelere incolaz de cœlo descendit ignis, qui regionē illā in cineres æternos dissoluit. Cuius umbra quædā & spēs in fauillis et arboribus ipsis etiā adhuc uiderur. Nascuntur enī ibi pomavirentia sub tanta spē maturitatis ut edendī desyderiū gignant. sic arpas fatefcunt, ac resoluuntur in cinerē, fumūq; exalant, quasi adhuc ardeāt. Nabathea regio a nabaioth filio ismael nūcupata. iacet aut inter iudeā & arabia, et surgens a eufrate in mare rubrū porrigitur, et est pars arabie. Egyptus quę prius aeria dicebat, ab ægypto danai fratre postea ibi regnante nomē accepit. hęc ab oriente syrię ac rubro mari cōiuncta, ab occasu lybiā habet. a septētrione mare magnū a meridie uero introrsus recedit pertendens usq; ad æthiopes, regio cœli iūribus iſueta, et pluuiarū ignara. Nilus solus eā circūfluens irrigat et inundatiōe sua fœcundat, Vñ et ferax frugibus multā partē terrarum frumēto alit, ceteroz quoq; negociorū adeo copiosa, ut impleat necessariis mercibus etiā orbē terrarū. Finis egypti canopea, a canope menelai gubernatore sepulto in ea insula quę libyę principiu, et ostiū nili facit. Seres oppidū orientis a quo et genus sericū et regio nūcupata est hęc a scyptico oceano et mari caspio ad oceanū orientalē inflectitur, nobilibus frondibus fertilis, a quibus vellera decerpuntur quę ceterarū gētiuz seres ad usum vestiū uendūt. Bactrie regiō propriū amnis batros uocabulū dedit. Partes eius quę plene sūt propaginis, iugis ambiuntur, quę aduersę sunt, indi fluuii fontibus terminantur. Reliqua includit occidens fluuius. Mittit bactria fortissimos camælos nunquā atterētes pedes. Scythia sicut et gotthia, a magog filio iafeth fertur cognominata, cuius terra olii gēs fuit. Nā ab orienti india, a septētrione per paludes meotides inter danubiū et oceanū usq; ad germanię fines porrigebatur. Postea uero minor effecta a dextra orientis parte, qua oceanus syricus tenditur usq; ad mare caucasii iuguz deducta est, cui subiacet

hyrcania, ab occasu habens pariter gētes multas propter terrarū infœcunditatē late vagantes. Ex quibus quędā agros incolunt, quędā portentuosæ, ac truces, carnibus hūanis et eorū sanguine uiuunt. Scythę plures terrę sunt locupletes, inhabitabiles tñ plures. Nā dū in plerisq; locis auro et gemmis affluent, gryphorum imanitate accessus hoīm rarus est. Smaragdus aut optimis hęc patria est. Cianeus quoq; lapis et crySTALLUS purissimus scythię. habet et flumina magna oscoꝝ phaside atq; araxā. hyrcania dicta a silua hyrcania, quę scythię subiacet, habens ab oriente mare caspium, a meridie armenia, a septētrione albaniam, ab occasu hiberia. Est aut siluis aspera, copiosa immanibus feris tigribus pantherisq; ac pardis. De qua Virg. Hyrcanęq; admorū tybera tigres. Albania a calore populī nūcupata, eo quod albo crine nascatur. Hęc ab oriente sub mari caspio surgens per ora oceani septētrionalis usq; ad meotides paludes per deserta et inculta extēditur. Huic terrę canes ingentes sūt tantęq; ferocitatis ut tauros premāt, leones perimāt. Armenia nūcupata ab armeno iasonis thessali comite, qui amisso iasone rege collecta multitudine eius quę passim uagabatur armenia cepit, & ex suo noīe nūcupauit. Sita est aut inter taurum & caucasum, a capadocia usq; ad caspiū mare protensa habens a septētrione ceraunios montes, ex cuius collibus tigris fluius nascitur & in cuius montibus archa post diluuiū recedisse perhibetur. Duplex est aut armenia, superior & inferior, sicut duplex pannonia. Hiberia regio est asię prope pontū armenię iuncta. In hac herbę tiucture uiles nascunt Cappadocia uerbs ppria noiauit. Hęc in capite syrię sita ab oriente armenia tēgit, ab occasu asiam minorē, ab aquilone mare cimmericū, & themiscarios cāpos quos habuere amazones, a meridie uero taurū montē, cui subiacet cilicia & isauria usq; ad cilicū sinū qui spectat cōtra insulā cyprū. Terra eius aut alias nutrix equorū. Halys amnis per eaz fluit, qui quondā lydyę regna disiuinxit a persis. Asia minor ab oriente cappadocia cingitur, ab aliis partibus undiq; mari circūdatur. Nā a septētrione pontū euxinū habet, ab occasu propontidē, a meridie ægyptiū mare. Habet prouincias, bithynia, phrygia, galathya, lybiā, caria, pamphilia, & isauria lycia, atq; cilicia. Prima asię minoris bithynia in ponti exordio ad solis orientis partē, aduersa thracię iacet, multis antea noibus appellata. Nā prius hebrycia dicta, deinde migdonia, mox a bithyno rege bithynia nūcupata. Ipsa est & maior phrygia Nicomedia uerbs in ea ē, ubi hānibat fugiens ueneni haustu animā expirauit. Galatia dicta a prisca galloꝝ gentibus a quibus extitit occupata. Nā galli in auxiliū a rege bithynię euocati regnū cū eo peracta uictoria diuiserunt sicq; deinde grecis admixti primū gallogræci, nunc ex antiquo galloꝝ nomine galathę dñr, & eoz regio gallacia nūcupatur

Phrygia dicta a phrygia cecropis filia. Hæc & dardania a dardano iouis filio dicta. De quo Homer⁹ ait. Quē primū genuit cœlesti iuppiter arce. hic ei profectus de cotintho ciuitate prim⁹ venit in phrygiā. Est autē regio troadis superiecta ab aquilonis parte galacię a meridiana vicina est lycaonię, ab oriente lydię adheret, ab occidente helleſpōto mari, terminatur. Huius regio troia est quē ex suo nomine appellauit tros troianorū rex ganymedis pater. Duę sunt autē phrygię, maior & minor. Maior phrygia smyrnā habet. Minor vero iliū, lycaoniaz Cariā harinus flui⁹ discernit a phrygia. Lydia sedes antiqua regū quā pactolivnda extulit in diuitias torrentibus aureis. Hęc antea meonia dicebatur. Quę dū pro breuitate duos fratres reges lydū & tyrrhenū ferre nō posset, hinc et sorte tyrrhen⁹ cū ingenti multitudine profectus, loca italię occupauit, & tyrrheniā noīauit. Lydia autē a lydo regis fratre qui in puincia remāserat cognominata est. Cōiungit autē ab occidente minori phrygię, ab ortu smyrnā urbē habet, quā melas flui⁹ cigit. Cui⁹ cāpos pactolus & herinus circūfluunt, harenis aureis ditissimi. Isauria ex situ loci perhibetur cognominata, q̄ vndiqz apta aurarū flatib⁹ pateat. Metrepolivrbē seleuciā habet. Cilicia a cilice quodaz nomē traxit quē ortū fenice dicūt, antiquiorēqz ioue fuisse asserunt. Plurima iacet cāpis, recipiēs ab occiduo lyciā, a meridie mare p̄ficū, a tergo montis tauri iuga. Hęc cydnus amnis intersecat. matrē vrbū habet tarsum. In ea & coricus oppidū ē. Vñ crocū plurimū & optimū venit, spiramine flagrantib⁹, et colore pulchriusa uro. Lycia nūcupata, q̄ ab oriente adiuncta cilicię sit. Nā habet ab ortu ciliciā, ab occasu & meridie mare, a septētrione cariam. Ibi est mons chymera qui nocturnis æstibus ignē exalat, sicut i sicilia ętna, & vesuuius i cāpania

¶ De europa

Cap. iiii.

Est a siā ad europā stilum vertimus. Europa quippe agenoris regis lybię filia fuit quā iouis ab africa raptā cretā aduexit, & tertiā ptē orbis ex ei⁹ noīe appellauit. iste autē age nor lybię fili⁹ ex q̄ & lybia. i. africa fertur cognominata. Vñ apparet prius libiā accepisse vocabulū postea europā. Europa autē in tertiā ptē orbis diuisa incipit a flumie tanais descendēs ab occasu per septētrionalē oceanū vsqz ad fines hispanię, cui⁹ pars orientalis & meridiana a ponto cōsurgens tota mari magno cōiungit, & insulis gadibus finit. Prima europeę regio scithia inferior, q̄ a meotibus paludibus incipiens inter danubiū & oceanū septētrionalē vsqz ad germaniā porrigitur, quę terra gñaliter propter barbaras gentes quibus inhabitatur, barbarica dicit. Huius ps prima alania est, quę ad meotidas paludes pertigit. Post hęc dacia vbi & gotbia, dein germania vbi plurimā ptē sueui incoluerunt. Germania post scithiā inferiorē, a danubio inter rhenum

oceanūqz cōclusa cingitur a septētrione & occasu oceano, ab ortu vero danubio, a meridie rheno flumine dirimitur terra diues viriū, ac populis numerosis & imanibus. Vñ & ppter fecunditatē gignēdoz populoz germania dicta est, Gignit aues hircanias, quaz pēnē nocte placent. Visontas quoqz feras & vrsos atqz alces pturit. Mittit & gēmas, cristallū et fucinū, callaicū quoqz virilē, & ceraunum cādidū. Duę sunt autē germanię, superior iuxta septētrionalē oceanū, & inferior iuxta rhenū. Prouincias autē quas danubius a barbarico ad mediterraneū mare secludit, prima est misia a messlū prouēti uocata. Vñ et eā veteres cereris horreū nuncupabāt. hęc autē ab oriente ostiis danubii iungit, ab euro vero thracię, a meridie macedonię, ab occasu istrię copulat. Post misiā autē pānoni aest. inde noricus ager frigidus & ptius fructuosus. Post quē reticus ferax frugib⁹ qui excipit galiā belgicā. Tracię tiras iafeth fili⁹ veniens nomen dedisse perhibetur. Alii a sequitia icolaz thraciā appellatā dixerunt. huic ab oriente propontis & vrbs constantinopolis opposita est a septētrione vero ister obtendit, a meridie vero mari egeo adheret, ab occasu macedonia illi subiacet. Cuius regionē oli bessoz populū maffagetę farmatę scithiæ & a lię plurimę nationes incoluerunt. Ampla est enī ideoqz plurimas continuit gentes. hebrū fluiū thraciā fundit, qui etiaz gentes barbarorū plurimas tēgit. Gręcia a gręco rege vocata, et qui cunctā eā regionē regno incoluit. Sunt autē prouincię gręcię septē, quarum prima ab occidente dalmatia, inde epirus, inde hellas, inde thessalia, inde macedonia, inde achia, & duę i mari creta et ciclades. Illyricusa autē gñaliter omnis gręcia est, Dalmatia a delmi maxima eiusdē prouincię ciuitate traxisse nomē existimat. Adheret autē ab oriente macedonię, a septētrione misię a boccasū istria terminat, a meridie vero adriatico sinu claudit. Epirus a pirrho achillis filio cognominatus acuius ps chaonia quę ante molossia dicta est a molosso filio pirrhi quē de adromacha habuit. Sz postq̄ occisus est pirrhus orestis insidiis adromachā helenus suscepit, tenuitqz regnū priuigni qui successerat patri a quo molossia dicta est ps epiri, quā helenus postea a fratre chaone quē in venatu p̄ ignoratiā dē occidisse chaoniā noīauit, q̄si ad solatiū fratris extincti. hellas dicta a rege helline de ucalionis & pirrhe filius, a quo et prius gręci hellines nuncupati sunt. ipsa est & attica terra attā prius dicta. Nā granus quidā gręcię idigena fuit, ex cuius filia attis noīe attica terra vocata est. hęc inter macedoniā et achaiā media iacet, archadia a septētrionali pte cōiuncta. ipsa est et vera gręcia, vbi fuit athenas ciuitas m̄ liberaliū litterarum et philosophorū nutritrix, qua nihil habuit gręcia clarius atqz nobilius. in ea est et marathionius cāpus opinione quondā prelii cruentissimus. helladisa utē duę sunt puincię, boetia et pelopōnesus, Boetia

aút dicta hac ex causa. Dñ cadmus agenoris fili⁹ europã sororem a ioue raptã ex præcepto genitoris quæreret nec reperiret, patris irã formidãscõfirmato animo elegit exiliũ. Nã bouis forte conspectę secutus vestigia āplexus est sedēvbi illa recubuerat, sicq; locũ de noie bouis boetiã noiauit, vbi & thebas vrbē construxit in qua oli ciuilia bella deto-nerunt, & vbi nati sũt apollo ethercules maior ille thebanus. Eadē est aoniavocata a fonte quodam apollini & musis cõsecrato qui in eadē boetia est, Polopõnesus secunda pars helladis a pelope regnata atq; vocata. Thessalia a thessalo rege cognominata, quę ad meridianã plagã macedonię coniuncta est, cuius a tergo pieria est. Multa in thessalia flumina & oppida, inter quę præcipue thessalonica & thebę, ibi est et mons parnasus quondã apollini consecratus. Thessalia patria achillis & origo laphitharũ fuit, de quibus fertur, qđ hi primo equos frenis domuerint, vnde & centauri dicti sũt, in thessalia primũ solidi aurei facti sunt domadorũ quoq; equorum vsus primũ repertus est. Macedonię in exordio ab emathio rege emathię nomē erat sed macedo deucalionis maternus nepos post qđ ibi accepit principatũ mutauit vocabulũ macedoniãq; a suo noie dixit. Est aut̃ confinis ab oriente tegege mari, a meridie achaie, ab occasu dalmatię a septētrione mysię, patria alexãdri magni, & regio aureis venis argentiq; opima. Lapidē quã peanite vocāt ista gignit. Mons olympus in ea est, qui excellenti vertice tm̃ attollitur vt in cacumine ei⁹ nec nubes nec ventī sentiãtur. Achaia ab achęo rege & vrbs & prouincia appellata. Hęc pene insula est. Nã absq; septētrionali parte qua macedonię iungitur, vndiq; septa est mari. Ab oriente enim habet myrtoũ mare, ab euro creticũ, a meridie ionium, ab africo & occasu cassiopas insulas, a sola septētrionali pte macedonię v' atticę terrę adiũgĩ. hui⁹ caput est vrbs corinthus gręcię decus. inachus est achaię fluius. Archadia vero sinus achaię est, vt platani foliũ, inter ionium & egeũ mare exposita, quã arcas iouis et caliste filius pelasgis in ditionē redactis, ex suo noie archadiã nuncupauit. ipsa ē et sicyonia a sicyone rege, a quo et regnũ sicyonio rũ est dictũ. Habet aut̃ archadia fluiũ magnum erymãthum, a beston quoq; lapidē qui semel accessus nunq̃ extinguitur. Cãdidissimę etiã merulæ ibi nascuntur. Pãnonia ab alpib⁹ apeninis est nuncupata quibus ab italia secernitur regio vero fortis & solo leta duobus satis acribus fluiis drauo sauoq; vallata. Cõiungitur aut̃ cũ norico et retia habens ab oriente mysiã, ab euro istriã, ab africo vero alpes apeninos, ab occasu galliã belgicã, a septētrione danubii fontē vel limitē, qui germaniã galliãq; secernit. istriã ister amnis vocauit, qui ei⁹ terrã influat. ipsa est danubius. Habet aut̃ istria a septētrione pãnoniã, italia oĩ a gręcis populis occupata, magna grãcia appellata est. Deinde a regis noie sa-

turnia mox et latiũ dicta, eo qđ idē saturnusa ioue sedibus suis pulsus, ibi latuerit, postremo ab italo siculorũ rege ibi regnãte italia nuncupata est. Cuius situs lōgitudine āplius qđ latitudine a circio ieu rũ extenditur, a meridie tyrrheno mari, ab aquilone adriatico claudit̃, ab occiduo alpiũ iugis finit̃. terra in oĩbus rebus pulcherrima soli fertilitate, pabulivbertate gratissima. Habet lacus benacus auernũ, atq; lucrinũ fluuios, eridanũ et tyberis, et tepentes fontib⁹ baias. Gignit gēmas ferticen liguriũ & coralliũ, boã quoq; serpentē lincē ferã et diomedias aues. italia aut̃ & hispania iccirco hesperie dicte qđ gręci hespero stella nauigēt, & i italia & hispania duę quę hac ratione discernũt̃. Aut enī hesperiã solã dicis, & significas italiã, aut ad disvltimã, et significas hispaniã, quia i fine occidētis est. Tuscia pars italię, vmbria vero pars Tuscię Tuscia aut̃ a frequentia sacrorum et thuris vocata ἀπο τοῦ θυεῖν. Vmbria vero dicitur vt historię narrāt eo qđ tēpore aquose cladis imbribus super fuerit, & ob hoc vmbria gręce cognominata. Est ei in iugis apenini mōtis sita in parte italię iuxta meridiem. Hetruria ps italię dicta qđ eius fines tendebãtur vsq; ad ripã tyberis quali, ερερος οροος. Nã ateros significat alteros, oros finis vocatur. Rome enī fines antea vnã tãtum tyberis ripã tenebãt. Alii hetruriã dictã a hetrusco principe putāt. idē et tyrrhenia a tyrrheno lydii fratre, qui ex sorte cũ populi parte de meonia venit ad italiã. Hęc est et tuscia, sed tusciã dicere nō debemus, quia nusq̃ legit̃. Tuscia aut̃ a frequentia sacrificii & thuris dicta est. ἀπο τοῦ θυεῖν. illic & aruspicia dñr esse reperta. Apulia vero brundusiũ, quã et oli secuti diomedē ducē condiderunt. Cãpania habet terras hyeme anni atq; estate vernãtes. Sol ibi mitis. tēperies grata, aer purus et blãdus, Gallia a cãdore populi nũcupata est. Gala ei gręce lac dñ. Montes ei et rigor cęli ab ea parte solis ardorē excludũt, quo fit vt cãdor corporũ non coloretur. Hęc ab oriente alpiũ iuga tuentur, ab occasu oceanus includit, a meridie prerupta pyrenei, a septētrione rheni fluēta atq; germania, Cuius initiũ belgica, finis aquitania est, regio glebavberi ac pabulosa, & ad vsum animãtium apta, fluminib⁹ quoq; et fõtib⁹ irrigua perfusa duob⁹ magnis rhenio et rhodano fluuiis. Belgis aut̃ ciuitas est gallię a qua belgica prouincia dicta est. Cisalpina quia citra alpes. Trãalpina i. trãsalpes, cõtra septētrionē. Retia vero qđ sit iuxta rhenum. Aquitania aut̃ ab obliquis aquis ligeri fluminis appellata, quia ex plurima parte terminus eius est, eãq; pene in orbe cigit. Hispania prius ab ibero amne nũcupata, postea ab hispalo hispania cognominata est. ipsa est et vera hesperia ab hespero stella occidentali dicta. Sita est autē inter africã et galliã, a septētrione pyreneis montibus clausa, a reliquis ptibus vndiq; mari cõclusa, salubritate cęli equalis, oĩm frugũ gñibus fecunda, gē

marū metallorūq; copiis ditissima. Interfluunt eā flumina magna bethys, mineus, iberus, & tag⁹ aurū trahens vt paciolus, habet prouincias sex taracensem, cart h ginensem, lusitaniā, galetia, bethicā & trans freta in regione africæ tingitanam. Duę sunt hispanię, citerior quę in septentrionali plaga a pyreneo vsq; ad carthaginē porrigitur, vltior quę in meridiem a celtiberis vsq; ad gaditanum fretū extendit. Citerior aut et vltior dicta, quasi citra et vltra, sed citra quasi citra terras, & vltra vltima, vel q̄ non sit post hanc vlla hoc est alia terra.

¶ De libya

Cap. V.

Libya dicta q̄ inde libs fiat, hoc est africanus. Alii aiunt epaphum iouis filiū qui memphi in egypto cōdidit ex cassiota vxore p̄ creasse filiā lybiā, quę postea in africa regnū possedit. Cu⁹ ex noie terra libya ē appellata. Africā aut noiatā quidā in putāt, quasi apricā q̄ sit aperta cęlo vel solē, & sine horrore frigoris. Alii dicunt africā appellari ab vno ex posteris abrahæ de cethura qui vocat⁹ est afer, de qua supra meminim⁹. Incipit aut a finib⁹ egypti pergens iuxta meridiē p̄ ethiopiā, vsq; ad atlātem montē. A septentrionalivero p̄te mediterraneo mari coniuncta clauditur, et ī gaditano freto finitur, habens prouincias libyā cyrenensem, pāthapolim, tripoli, bizātiū, carthaginez numidiā, mauritaniā sitifensem, mauritaniā cesariensem, mauritaniā tingitanā, et circa solis ardorem ethiopiā. Libya cyrenēsis in pte africę prima est, a cyrene vrbe metropoli, quę est in eius finibus nuncupata. Huic ab oriente egyptus est, ab occasu syrtes maiores et trogloditę a septentrionē mare libycū, a meridie ethiopię et barbarorū varię nationes, & solitudines inaccessibiles quę etiā basilicos serpētes creat. Pātapolis gręca lingua a quinq; vrbus nūcupata. i. cyrene, beronice, ceutria, apollonia, ptolomais, ex quibus ptolomais et beronice a regibus noiatę sunt, Est aut pātapolis libyę cyrenēsi adiuncta. & eius finibus deputata. Tripolitānā quoq; prouinciam gręci lingua sua signant de numero triū magnarū vrbiū, ocea, tabarce, leptis magnę, hęc habet ab oriente syrtes maiores & trogloditas, a septentrione mare adriaticū, ab occasu, bizātium, a meridie getulos & garamātas vsq; ad oceanū ethiopicū pertēdentes. Bizacena regio ex duobus nobilissimis oppidis nomē sortita est, ex quibus vnū adrometus vocatur, alterū bizātiū. Hęc sub tripoli est, patens passuū ducenta vel āpli⁹ milia, fecunda oleis, & glebis ita p̄pinguis vt iacta ibi semina incrementa pene centesimę frugis renascantur. zeugis vbi carthago magna ipsa est & vera africa inter bizātium et numidiā sita a septentrione mari siculo iuncta, & a meridie vsq; ad getulorum regionē porrecta, cuius proxima quęq; frugifera sunt, vltiora aut bestiis & serpentibus plena atq; onagris magnis in deserto vagātibus. Getu-

lia aut africę ps mediterranea est. Numidia ab incolis passim vagātibus sic vocata, q̄ nullā certā haberent sedem. Nā lingua eorū incertę sedes & vagę numidię dñr. Incipit aut a flumine amisiga & i zeugitanum limitē definit, hñs ab ortu syrtes mires, a septentrione mare quod intendit sardiniā, ab occasu mauritaniā sitifensem, a meridie ethiopū gentes regio cāpis p̄pinguis. Vbi aut siluestris ē feras educat, vbi iugis ardua, equos & onagros p̄creat. Eximio etiā marmore p̄dicatur, quod numidicū dñr. Habet vrbes p̄cipuas hyppone, regiū & fucicadā. Mauritania vocata a colore populorū Gręci enī nigrū mauron vocāt sicut enī gallia a cādore populi, ita mauritania a nigredine nomē sortita est. Cuius prima prouincia mauritania sitifensis est, quę sitifi habuit oppidū a quo & vocabulū traxisse regio perhibet. Mauritaniā vero cesariensis colonię cesarię ciuitas fuit et nomē prouincię ex ea datū. Vtręq; igitur sibi coniunctę ab oriente numidiā habent, a septentrione mare magnū, ab occasu flumen maluā, a meridie mōtē astrixim, qui discernit iter fecundā terrā & barenas iacentes, vsq; ad oceanū, Mauritania tingitana, a tingi metropolitana huius prouincię ciuitate vocata est. Hęc vltima africę exurgit a mōtibus septē, hñs ab oriente flumen maluā, a septentrione fretū gaditanū, ab occiduo oceanū atlāticum. a meridie gaulalū gētes vsq; ad oceanū hesperiiū pererrātes. regio gignēs feras simias dracones & strutiones. Oli etiā & elephātis plena fuit, quos sola nunc india pturit. Gara mātis regionis caput garama oppidū fuit. Est aut inter cyrenensem et ethiopiā, vbi est fons qui friget calore diei et calet frigore noctis. Ethiopia dicta a calore populorū q̄ solis vicinitas torret. de niq; vim sideris prodit hominū color, est enī ibi iugis estus. Nā quicquid eius est, sub meridiano cardine est. Circa occidū aut montuosa est, harena sa ī medio, ad oriētālē vero plagā deserta, cuius situs ab occiduo atlātis montis, ad orientē vsq; in egypti fines porrigitur a meridie oceano a septentrione nilo flumine clauditur, plurimas hñs gentes diuerso vultu et mōstruosa specie horribiles. Ferarū quoq; et serpentū referta est multitudine. Illic q̄pe rhinocerotā bestia, et camelopardus, basiliscus dracones ingentes, ex quorum cerebro gēme extrahuntur. Haicynthus quoq; et chrysopassus ibi reperuntur. Cinnamomū ibi colligitur. Duę sūt aut ethiopię, vna circa solis ortū, altera circa occasū in mauritania. Extra tres aut ptes orbis, quarta ps trāsoceanū interior est in meridie, quę solis ardore nobis incognita est, in cuius finibus antipodas fabulose inhabitare prodūtur. Proxima autē hispanię mauritania est, deinde numidia, inde regio carthaginensis, postq; getuliā accipimus, post ea ethiopiā, inde loca exusta solis ardoribus. Sciēdū sane q̄ quędā prouincię p̄imum de nomine auctoris appellatę sunt, postea a prouincia gētis no-

men est factū. Nā ab italo italia, & rursus ab italia italus & sicutimur ipso noie gentis quomō fuit ipz nomen auctoris, vñ deriuarum est nomen prouincie. Ex quo accidit exvno hoie nominari & ciuitatem & regionē et gentē, Prouincie autē ex causa vocabulum acceperunt. Principatus nāq; gentiū, qui ad alios reges pertinebāt, cum in ius suum romanivincendo redigerent, procul positas regiones prouincias appellauerūt. Patria autē vocata q̄ cōis sit oim qui in ea nati sunt. Terrā autē significari vt p̄diximus elementū, terras vero singulas partes, vt africa italia. Eadem et loca, Nā loca & terrę spacia in orbe terrarū multas in se cōtinent prouincias, sicut in corpore locus est pars vna, multa in se continens mēbra, sicut & domus multa in se continens cubicula, sic terræ et loca dñr terrarū spacia, quoruz ptes sunt prouincie, sicut in asia phrygia, i galia retia, in hispania bethica. Nā asia locus est. prouincia asię phrygia, troia regio phrygię, iliū ciuitas troię. Item regiones ptes sunt prouinciarū quas vulgus conuentus vocat, sicut in phrygia troia, sicut in galitia cātabria asturia. A rectoribus autem regio nuncupata est, cuius partes territoria sunt. Territorū autē vocatum, quasi tauritorium tritum bob⁹ & aratro. Antiq̄ eū sulco ducto & possessionū & territoriorum limites designabant.

¶ De insulis.

Cap. vi.

Insule dicte q̄ in salo sint. i. in mari Ex his queq; notissime et maxie, quas plurimi veterū solerti studio indagauerūt notade sunt. Britānia oceani insula interfuso mari toto orbe diuisa, a vocabulo suę gentis cognominata. Hęc aduersa galliarū pte ad prospectū hispanię sita est. Circuitusei⁹ quadragies octies. lxxv. millia. multa & magna flumina in ea, fontes calidi, metallorū larga & varia copia gagates lapis ibi plurimus et margarite. Thanatos insula oceani, freto gallico a britānia est varia tenuis separata, frumentariis cāpis & glebaveri. Dicta autē thanatos, a morte serpentuz, quos dū ipsa nesciat, asportata inde terra quoquo gētiū vecta sit, angues illico perimit. Tileultima insula oceani inter septētrionalē et occidentē plagā vltra britāniā a sole nomen hñtes, quia in ea æstiuū solsticiū sol facit, & nullus vltra eā dies est, vnde et pigrum et concretū est eius mare. Orchades insulæ oceani vltra britāniā positę nūero. xxxiii. q̄rū. xx de setrę sūt .xiii. colūf. Scotia eadē et hibernia, proxima britānię, insula spacio terrarū āgustior, sed situ fecundior. Hęc ab africo in boreā porrigit. Cuius ptes priores hiberniā et cātabricū oceanū itēdunt, vnde et hibernia dicta. Scotia autē q̄ ab scotorum gentibus collitur appellata. Illic nullus anguis, autis rara, apis nulla, adeo vt aduectos in pulueres seu lapillos si quis alibi spserit inter aluearia examina fauos deserāt. Gades insula in fine bethicę prouincie sita, que dirimit europaz ab africa, in

qua herculis colūne visuntur, et vnde tyrrheni maris faucibus oceani estus imittitur. Est autē a continenti terra centum. xx. passibus diuisa quā tyrii a rubro mari profecti occupātes. in lingua sua gades id est septā noiauerunt, p̄ eo q̄ circūsepta sit mari Nascitur in ea a rbor similis palme, cuius gūmis i factum vitrū ceraunium gēmā reddit. Fortunata; insulę vocabulo suo significāt oia ferre bona, quasi felices & beatę fructuū vbertate. Suate enī natura p̄ciosarum poma siluarū pturiunt. Fortuūsvitibus iuga colliū vestiuntur. Ad herbarum vicē mēsis et olus vulgo est. Vnde gentiliū error et seculariū carmina poetarum propter soli fecunditate eadē esse paradisum putauerūt. Sitę sunt autē in oceano contra leuā mauritanę occiduo proximæ & inter se interiecto mari discrete. Gorgodes insulę oceani obuersę promontorio, quod vocatur hesperuceras, quas incoluerunt gorgones fœmine, a lite pernitate, hirsuto et aspero corpore, et ex his insulę cognominate. Distāt autē a continenti terra bidui nauigatione. Hesperidū insulę vocatę a ciuitate hesperide que fuit in finib⁹ mauritanę. Sūt eī vltra gorgodes sitę sub atlāteuz litus in intimis maris finibus, in quarū hortis fingunt fabulę draconē peruigilē aurea mala seruātem. Fertur enī ibi esse maris estuariū adeo sinuosus lateribus tortuosum vt visentibus procul lapsos āgueos imitef. Cryse & argite insulę in indico oceano sitæ, adeo fecūde copia metallorum vt pleriq; eas aureā superficiem & argenteā habere prodiderint, vnde et vocabula sortite sunt. Taprobana insula idię subiacēs ad eurū, ex quo oceanus indicus incipit. patens in longitudine octingētisseptuaginta quinq; millib⁹ passuum, in latitudine sexēta viginti quinq; milia stadiorū, scinditur āni interfluo tota margaritis repleta et gēmis. Pars eius bestiis et elephātis repleta est, ptem vero hoies tenent, In hac insula dicūt i vno āno duas esse estates et duas hyemes, et bis floribus vernare locū. Tilos insula est indię ferens oī tēpore folia. Hucusq; oceani insulę. Item insulę que ab hellesponto vsq; ad gades in mari magno constitutę sunt. Cyprus insula a ciuitate cypro q̄ i ea est nomen accepit, ipsa est et paphos veneri cōsecrata i carpathio marivicina austro famosa quōdā diuitiis et maxime eris. Ibi enī prima huius metalli inuentio et vtilitas fuit. Creta insula gręcię ps est ingens cōtra pelopōnesum. Hęc primum a tēperie cœli macaroneson appellata est, deinde creta dicta a crete quodā indigena quē aiunt vñū cretarum fuisse a quibus iuppiter ibi absconditus est et enutritus. Est autē insula gręcię inter ortū et occasum longissimo tractu porrecta a septētriōe gręcię estibus, ab austro egyptiis vndis perfusa. Fuit autē quondā centum vrbibus nobilis. vnde et hecatopolis dicta est. Prima etiā remis et sagittis claudit, prima litteris iura finxit, equestres turmas prima docuit. Studium musicum ab ideis ad ctylis in

ea ceptum, carnis copiosa, ceruis eget, lupos & vulpes, aliaq; ferarum noxia nusq; gignit, serpens ibi nullus, & noctua nulla, & si inueniatur statim moritur. Larga est autem vitibus & arboribus. Dictamus herba in creta nascitur & alimos quae ad morsam diurnam famem prohibet. Sphalungos autem venenatos gignit & lapidem qui ideus dicitur. Abydos insula in europa super hellepontum posita, angusto & periculoso mari separata, & abydos graece dicta quae sit introitus hellepontum maris, in quo xerxes pontem ex nauibus fecit, & in graeciam transiit. Coos insula adiacens prouinciae atticae in qua hippocrates medicus natus est, quae ut Varro testis est arte lanificii prima in ornamento foeminarum inclaruit. Cyclades insulae antiquitatis graeciae fuerunt, quas inde cyclades autumant dictas, quae licet spaciis longioribus a delo proiectae in orbem, tamen circa delum sitae sunt. Nam orbem κυκλον graeci loquuntur. Quidam vero non quod in orbem digeste sed propter scopulos qui circa eandem sunt dictas putant cyclades. Haec in helleponto inter aegaeum & maeum mare constituta circumdantur etiam pelago myrto. Sunt autem omnes numero. liii. tenentes a septentrione in meridiem milia quinquaginta ab oriente in occasum milia ducenta metropolis earum rhodus. Delos insula, in medio cycladum posita. Et dicta delos fertur, quod post diluuium quod ogigi temporibus notatur, cum orbem multis mensibus continua nox inumbrasset, ante omnes terras radiis solis illuminata est, sortitaque ex eo uomen, quod prima manifestata sit visibus humanis. Nam Δελον graeci manifestum dicunt. ipsa est & ortygia, eo quod primum ibi visae sunt coturnices aues quas graeci ortygas vocant. in hac insula latona enixa est apollinem & dianam. Delos autem & ciuitas dicitur et insula. Rhodos cycladum prima ab oriente in qua rosae capitolium dicitur esse inuentum dum ibi ciuitas condere, ex quo & urbs & insula rhodos est appellata. in hac urbe solis colossus fuit aereus. lxx. cubitoꝝ altitudine. Fuerunt & alii. c. numero in eadem insula colossi minores. Tenedos una ex cycladibus ad septentrionem sita, in qua olim ciuitas a tene quodam condita est, unde nomen urbis illius, vel potius insulae fuit. Nam tenes iste infamatus quod cum nouerca sua concubisset fugiens in hanc insulam, vacuam cultoribus obtinuit. Unde & tenedos insula dicta est, sic Cicero. Tenes ipsum cuius ex nomine tenedos nominatur. Carpathos una ex cycladibus a meridie posita contra aegyptum, a qua carpathium mare appellatum est, vocata propter celerem fructuum maturitatem. Est enim inter aegyptum & rhodum. Ex hac insula dicuntur & carpathicae naues magnae & spaciosae. Cytorea insula una ex cycladibus a parte occidentalis sita, cuius porphyrisanthea nomen fuit. Cytorea autem vocata, quod ibi uenus orta sit, Icaria quoque insula una de cycladibus, quae icario mari nomen dedit. Haec inter samum & myconiū procurrentibus saxis inhospitalis est & nullis finibus portuosa. Dicitur autem icarium cretensem ibi naufragio interisse et de exitu hominis impositum nomen loco.

Nasos insula a dionysio dicta, quasi dionaxo quod fertilitate vitium vincat ceteras, est autem a delo. xviii milia passuum separata, ex qua olim iouis fertur aduersus titanos fuisse profectus. Melos ex numero cycladum una omnium insularum rotundissima, unde & nuncupata. Historia dicit ex iasone natum fuisse filomelum & plutum, ex filomelo pariantum genitum, qui de suo nomine paron insulam & oppidum appellauit. prius autem minoia, deinde paros dicta, de qua Virgilius. Niuea quoque paron. Gignit enim marmor candidissimum, quod parium dicunt. Mittit & sordidum lapidem marmoribus quidem praestantiorum, et inter gemas vilissimum. Chios insula syra lingua appellatur, eo quod ibi mastix gignitur. Syri eam mastice chion vocant. Samo insula est in mari aegaeo, ubi nata est iuno, ex qua fuit sybilla famia, & pythagoras famia a quo philosophiae nomen inuentum est. in hac insula reperta prius fictilia vasa traduntur, unde et vasa famia appellata sunt. Sicilia a sicano rege sicania cognominata est. deinde a siculo itali sicilia. Prius autem trinacria dicta propter tria acra. i. promontoria, pelorum, pachynum & lilybeum. Trinacria enim graecum est, quod latine triquadra dicitur, quasi in tres quadras diuisa. Haec ab italia exiguo freto discretura, a fricuum mare prospectas terris frugifera, auro abundans, cauernis tamen & fistulis penetrabilis, ventisque & sulphure plena. Unde et ibi aeternae motus extant incendia. in cuius freto scylla est & carybdis, quibus nauigia, aut absorbuntur aut colliduntur. Fuit autem quodam patria cyclopa, et postea nutrix tyrannorum frugum fertilis ac primam terris omnibus commissis feminibus aratro proficissa. Principem urbium syracusas habet. fontem arethusam, et alpheum fluum magno generatore equorum. in ea insula primum est inuenta comedia. Achaete lapidem ipsa primum ex achate flumine edidit. Parturit et mare eius coraliu, gignit et sales agrigentinos in igne solubiles crepitantes in aquis. Omnis habitus eius claudii stadiorum trium milium. Salusti autem dicit italiam coniunctam fuisse Siciliam, sed medium spacium impetu maris diuisum et per angustiam scissum. Tapsum insula stadiis. x. a sicilia remota iaceret planior, unde nuncupata, de qua Virgilius. Tapsumque iacentem. Eoliae insulae siciliae appellatae, ab iolo ipote filio, quem poetae finxerunt regem fuisse veterum, sed ut Varro dicit, rector fuit istarum insularum, et quia ex earum nebulis et fumo futuros praedicebat flatus ventorum, ab imperitis visus est vetos sua potestate retinuisse. Eadem insulae et vulcaniae vocatur, quod et ipse sicut aetna ardeant. Sunt autem novae huius propria nomina, quarum primam lipatus quidam liparum vocauit, qui eam ante eolum rexit. Altera hiera vocatur. quod sit collibus eminentissimis, reliqua vero. i. strongyle, didyme eriphusa, phestias phoenicusa, euonymos, ericodes, phaecicodes, quae quomodo nocte ardet, eoliae siue vulcaniae dicitur. Ex his quaedam ab initio non fuerunt, quaedam postea mari editae videntur; nunc permanent. Stoechades insulae massiliensium. lxx. milium spacio a continenti in fronte narbonensis

provinciæ qua rhodanus fluuius in mare exit. Dicitur autem græce stoechades, quasi opere in ordinem sint posite. Sardis hercule procreatus, cum magna multitudine a libya profectus sardiniam occupauit & ex suo vocabulo insule nomen dedit. Hæc in africo mari facie vestigii humani in oriente; in occidente latior prominet, ferme paribus lateribus quæ in meridiem & septentrionem vertunt, ex quo ante commercium a nauigantibus græcorum ichnos appellata est. Tetra patet in longitudine milia, cxi. in latitudine, xl. In ea neque serpens gignitur, neque lupus. sed solifuga tantum animal exiguum hominibus perniciosum. Venenum quoque ibi non nascitur nisi herba per scriptores plurimos & poetas memorata apiastro similis quæ hominibus rictus contrahit, & quasi ridentes interimit. Fontes habet sardinia calidos infirmis medelam præbentes, furibus cecitatem, si sacramento dato oculos aquæ eius tetigerint. Corsicæ insule exordium incolæ ligures dederunt appellantes eam ex nomine ducis. Nam quedam cora nomine ligus mulier, cum taurum ex grege quem prope littora tegebat transnatare solitum, atque per intervallum corpore aucto remeare videret, cupiens scire incognita sibi pabula. taurum a ceteris digredientem usque ad insulam nauigio profecta est. cuius regressu insule fertilitatem cognoscetes ligures ratibus ibi profecti sunt eamque nomine mulieris auctoris & ducis appellauerunt. Hæc autem insula græce cyrene dicitur, a cyrno herculis filio habitata. de qua Virgilius cyreneastaxos. Diuiditur autem sardinia, xx. milium, fretis cincta ligustici æquoris sinu ad prospectum italiam. Est autem multis promontoriis angulosa gignens lætissima pabula & lapidem quem cacocitem græci vocant. Ebissus insula hispaniæ dicta quæ a zomo non procul sit, quasi ebozos. Nam lxx. stadiis ab ea distat. Cuius terram serpentes fugiunt. Huic contraria est colubraria, quæ referta est anguibus. Baleares insule hispaniæ duæ sunt, aphrosiades & gymneside maior & minor. Vnde & eas vulgus maioricam nuncupat. In his primam insulis inuenta est funda qua lapides emittuntur, vnde & baleares dicitur. βαλλειν ei græce emittere dicitur, vnde & balista, quasi missa, & fundibulum Virgilius. Balearis verbera funde.

De promontoriis.

Cap. vii.

Commune est insulis ut promineant. Inde & loca earum promontoria dicitur. sic Salustius de sardinia. In oriente latior prominent quam in occidente. Sigeum promontorium asiæ ubi hellepontus apertius dilatast. Dicitur autem sigeum propter herculis taciturnitatem, quia prohibitus hospitio a laomedonte troianorum rege simulauit abscessum & inde contra troiam cum silentio venit, quod dicitur σιγη. Maleum promontorium græce quod intrat mare & per milia quinquaginta protenditur ubi vnde ita sua est, prosequi nauigantes videatur. Hoc autem promontorium a maleo rege argiuorum nomen accepit. Pelorum promontorium siciliæ respiciens aquilonem, secundum Salustium dicitur a gubernatore han-

nibalis illic sepulto. Pachynum promontorium siciliæ austrum spectans ab aeris crassitudine dicitur. Nam παχυς est pinguis & crassus. Austro enim perflatur. Lilybeum promontorium siciliæ, solis occasum intendens vocatum ab eiusdem nominis ciuitate, quæ ibi sita est. Borion promontorium numidiæ, vocatum ita quæ aquilonem intendat. Hoc imponere regium postea dicitur pro eo quæ sit æquore interruptum. Calpis hispaniæ promontorium.

De montibus ceterisque terre vocabulis. Cap. viii.

Montes sunt tumore terrarum altissimi dicitur quæ sint eminentes. Quidam autem propriis ex causis vocati sunt, ex quibus notandi sunt qui opinione maxime celebrantur. Mons caucasicus, ab india usque ad taurum porrectus pro gentium et linguarum varietate quoque versum vadit, diuersis nominibus nuncupatur. Vbi autem ab orientem in excelsores confurgit sublimitatem, propter nimium candorem caucasicus nuncupatur. Nam orientali lingua caucasicum significat candidum. id est niuibus densissimis candicantem. Vnde et eum scythæ qui eidem monti iunguntur croacis inuocauerunt. Casin enim apud eos candor siue nix dicitur. Mons taurus a plærisque idem vocatur qui & caucasicus. Libanus mons phœnicum altissimus, cuius meminerunt prophetæ, dicitur a thure, quia ibi colligitur. Cuius ea pars quæ est super eum ad orientalem plagam respiciens, antilibanus appellatur. id est contra libanum. Ararath mons armenie in quo archam hystorie post diluuium resedisse testatur. Vnde et usque hodie ibidem lignorum eius videtur vestigia. Acroceraunii montes propter altitudinem et fulminum iactus vocati sunt. Græce enim fulmen ceraunios dicitur. Sunt autem inter armeniam & hiberiam incipientes a portis caspiis usque ad fontem tigridis fluuii. Hiperborei montes scythiæ dicitur supra. id est ultra eos flat boreas. Siphæi montes in capite germaniæ sunt a perpetuo ventorum flatu nominati. Nam σιφεῖς græce impetus & ορηῖς dicitur. Olympus mons macedoniæ, nimium precessus, ita ut sub illo nubes esse dicantur. De quo Virgilius. Nubes excessit olympus. Dicitur autem olympus quasi ololampus. id est quasi celum. Hic mons macedoniam diuidit a thracia. Athos mons macedoniæ & ipse altior nubibus, tantoque sublimis ut in lemnum umbra eius pertendat, quæ ab eo. lxxxviii milibus separatur. Parnasus mons est thessaliæ iuxta boetiam, qui gemino vertice est erectus in celum. Hinc in duo finditur iuga cirrha & nisa, vnde & nuncupatus, eo quæ in singulis iugis colebantur apollo et liber. Hæc iuga a duobus fratribus citheron et helicon appellantur. Nam helicon dicitur ab helicone fratre citheronis. Item ceraunii sunt montes epiri a crebris dicitur fulminibus. Græce enim fulmen ceraunos dicitur. Apenninus mons appellatus quasi alpes, poenice quia hannibalvemens ad italiam easdem alpes aperuit, vnde et Virgilius. Alpes imittit aper-

tas. Has enī hāniba!, post bella hispaniē aceto rupit. Iuuenalis. Et monrē rupit aceto. Et inde loca ipsa quę rupit a pœninię alpes vocātur. Mons etna ex igne sulphure dictus, vnde & gehenna. Constat autem hunc ab ea parte qua eurus & africanus flat habere speluncas plenas sulphuris, & vsq; ad mare deductas, quę speluncę recipientes in se fluctus vētum creant, qui agitated ignē gignit ex sulphure, vnde fit quod videtur incendium. Pyrrheneus & ipse a crebris fulminū ignibus nūcupatus. Gręce enim ignis pyro vocatur. Iste est qui inter galliā atq; hispaniā, quasi de industria munimentū interiacet. Solurius a singularitate dicitur, q̄ oibus hispaniē mōtibus solus altior videat, siue q̄ oriente sole ante radius eius in eo q̄ ipse cernatur. Calpes mōs in vltimis finibus oceani qui dirimit europam ab africa, quę atlantis finē esse dicūt, de quo Lucan⁹. Hesperia calpem summūq; impleuit atlantem. Atlas promethei frater fuit & rex africae, a quo astrologiē artē primū dicunt excogitatam. Ideoq; dictus est sustinuisse cęlum. Ob eruditionē igitur eius disciplinę & scientiā cęli nomē eius in mōtem africae deriuatū est, qui nunc carlas cognominatur qui propter altitudinē suā quasi cęli machinam, atq; astra sustentare videtur. Alpes autē proprie montes galliæ sunt. De quibus Virgilius. Aereas alpes Et dicēdo æreas, verbum expressit a verbo. Nam galloꝝ lingua alpes, montes alii vocantur. Hęc sunt enim quę italię murorū exhibent vicem. Colles sunt præminētiora iuga montium quasi colla. Iuga autem montiū ex eo appellata sunt, q̄ propinquitate sui iungantur. Tumulus est mons breuis, quasi tumens tellus. Itē tumulus, terra congesta, vbi nulla memoria est. Valles sunt humilia loca, quasi vulsa. Hinc & conualles depressa loca terrarū inter montes. Cāpus est terrarum planicies. Dictus autē campus q̄ breuis sit pedibus nec erectus vt montes, sed patens & spacio suo porrectus & iacens, vnde & gręce pedion dicitur. Sumpsit autē nomen ex gręca ætymologia. Cane enim gręce breue dicit. Solū est omne quod sustinet, soliditate dictum scilicet, vnde & de mari Virgilius ait. Subtrahiturq; solū. Salus sunt vasta & siluestria loca vbi arbores exiliūt in altū. Fauces sunt in angustorum locorum aditus inter arduos montes loca angusta & breuia, dicta a fauciu similitudine, quasi foces, Cōfrages loca in quę vndiq; venti currunt, ac sese frangunt, vt Neuius ait. In montes vbi venti frangebant, locū. Scabra sunt loca situ aspera, vnde & scabies dicit a corporis asperitate. Lustra obscura latibula ferarum & luporum cubilia sunt, vnde & lupanaria lustra dicuntur per contrarium videlicet, quia parum illustrantur. Lucus est locus densis arboribus septus, solum lucem detrahēs. Potest & a collucendo crebris luminibus dici, quia ibi ppter religionē gentilium cultumq; fiebant. Deserta vocata, quia non

ferūtur. et ideo quasi deserūtur, vt sunt loca siluarum & montiū, cōtraria vberrimarū terrarū, quę sunt vberrimę glebæ. Deuia sunt loca secreta & abdita quasi extra viā. Ipsa sunt & inuia. Inde & auitaria secreta loca & a via remota, aut tantū adibilia auibus. Vnde est illud. Inculta rubēt auitaria bacis. Amœna loca Varro dicta ait, eo q̄ solum amorē præstēt. & ad se amāda alliciāt Veri⁹ Flaccus q̄ sine munere sint, nec quicq; his officia, quasi a munia hoc est sine fructu, vñ nullus fruct⁹ exoluitur. Inde etiā nihil præstantes imunes vocantur. Aprica loca, quę sole gaudēt, quasi ἀνευ φρικῆς id est sine frigore, siue q̄ sint aperto cęlo. Opaca vero loca quasi opta, cęlo aprico cōtraria. Lubricum dici cōstat locū, ab eo q̄ ibi qs labitur. et lubricū dicitur, nō q̄ labitur, sed in quo labit. Estiua sunt loca vmbrosa, quibus per æstatē vitāt peccora solis ardorem. Statius. Et vmbrosi patuere æstiuua licei. Naualia sunt loca vbi naues fabricantur. Hoc & textrinū vocatur. Statio est vbi ad tempus stant naues. Portus vbi hyemant Importunū autem in quo nullū est refugium quasi nullus portus. Portus autē locus est ab accessu ventorum remotus, vbi hiberna opponere solēt. Et portus dictus a deportandis cōmercijs. Hunc veteres a baiulandis mercibus baias vocabāt. illa declinatiō a baia baias, vt a familia familias. Littus est terra quę & mari vicina. Et dictū littus quia fluctu eliditur, vel q̄ aqua alluitur. Cicero in topicis. Litt⁹ est aqua qua fluctus eludit. Circuluuiuz locus quē aqua circūluit. Alluuiū cōsumptio riparū ex aqs. Margo est pars cuiuslibet loci, vtputa maris, vnde & nomen accepit Maritima quasi maris itima. Ostia ab ingressu & exitu fluminis dicta in mari. Continens perpetua terra nec vllō mari discreta, quem gręci pyron vocant.

¶ De inferioribus terræ.

Capi. IX.

Specus est fossa sub terra qua prospici pōt. Spelea gręce, spelunca latine, Spiracula appellata oīa loca pestiferi spūs, quę gręci paronia appellant, vel acherontea. Etiam Varro spiraculū dicit huiusmodi locū, & spiracula ex eo dicūtur loca, quę terra spiritum edit. Hiatus præruptio terre profunda, quasi hitus. Proprie autem hiatus est hominis oris apertio translata a feris, quarū auidioris ad apertione monstratur. Profundū pprie quasi cui⁹ porro sit fundus, Abusiue autē profundū vel sursum vel deorsum dicitur, vt mare ac terra cęlūq; pfundū, Baratrū nimie altitudinis nomē est, & dictum baratrū quasi vorago atra scilz a profuuditate, Herehus inferorū pfunditas atq; recessus. Styx ἀποθησ στυτος. id est a tristitia dicta, eo q̄ tristes faciat vel q̄ tristitiam gignat. Cocytus locus inferi, de quo Iob ita loquitur, dulcis fuit glāreis cocyti. Cocyt⁹ autem nomē accepit gręca interpretatione, a luctu & gemitu. Tartarus vel quia illic omnia turbata sunt. ἀπο

του ταραττειν. vel quod veri⁹ est. απο της τρησεος. Na tremore frigoris quod est algere & rigere. s. quia luce soleq; caret. Na neq; illic vapores sūt qui ex solis luce gignunt, neq; flatus, qui eiusdem motibus incitantur, sed perpetuus stupor Tartarizi ei horrere & tremere apud grecos legit. Illic erit fletus & stridor dentiū. Gehenna est locus ignis & sulphuris que putant ita noiatum a valle idolis cōsecrata, que iuxta murū hierusalem, repleta oli ca daueribus mortuorū. Ibi enim hebrei filios suos imolabāt demonibus, & appellabatur loc⁹ ipse gehennon. Futuri ergo supplicii locus vbi peccatores cruciandi sunt huius loci vocabulo designatur. Duplicē autē esse gehēnā & ignis & frigoris in Iob legit⁹. Inferus appellatur, eo q; infra sit. Sicut autē secundū corpus si pōderis sui ordinem teneant inferiora sunt oia grauiora, ita secundū spiritū inferiora sunt omnia tristiora, vnde & in grēca lingua origo noīs quo appellatur inferus ex eo q; nihil suaue ab eo resonare perhibetur sicut autē cor aialis ī medio eius est, ita & infernus in medio terræ eē perhibetur. Vnde & in euangelio legit⁹, in corde terræ. Philosophi autem dicunt q; inferi pro eo dicant q; animę hinc ibi inferantur.

¶ Sequitur liber quintusdecimus

¶ De ciuitatibus.

Cap. I.

QE conditoribus vrbiū plerūq; dissentio inuenitur, adeo vt nec vrbis quidem romę origo diligēter possit agnosci. Na Salustius dicit. Vrbē romę sicuti ego accepi cōdidere atq; habitauere ī initio troiani & cū his aborigines. Alii dicunt ab euandro secundū quod Virgilius. Tunc rex Euandrus romanę conditor arcis. Alii a romulo, vt Ennius, Huius nate auspiciis, illa inclyta roma. Si igitur tantę ciuitatis certa ratio non apparet, nō mirū si in aliarum opinione dubitatur. Vñ nec historicos nec cōmētatores variā dicentes, īperitie condemnare debemus, quia antiquitas ipsa creauit errorē. Sane quasdā de quibus aut sanctę scripturę aut historie gentiū certam originem referūt, paucis admodū verbis retexere oportet. Primus ante diluuiū cham ciuitatem enoch ex noie filii sui in india cōdidit, quā vrbe sola multitudine suę posteritatis impleuit. Primus post diluuiū nemroth gigas babilonē vrbe mesopotamię fundauit, hanc semiramis regina assiriorū ampliāuit, murumq; vrbis bitumine & cocto latere fecit Vocabulū autē sumpsit a confusione, eo q; ibi confuse sint atq; permixtę lingue edificantiū turrim. Hui⁹ turris altitudo quę milium centū septuagintaquattuor passuū. fuit Iudei asserunt sem filium Noe quem dicunt melchisedech primum post diluuiū in syria condidisse vrbe salē, in qua regnū fuit eiusdez melchisedech. Hanc tenuerunt iebusei, ex quibus & sortita est vocabulū iebus, sicq; duobus noibus copulatis ieb⁹

& salem, vocata est hierusalē, que postea a salomone hierosolyma, quasi hierosalomonia dicta ē. Hęc & corruptę a poetis solyma nuncupata est, & postea ab helio adriano helia vocitata est. In ipsa est & syon, quę hebraice speculatio interpretatur, eo q; in sublimi constructa sit, & de longe veniētia cōtempletur. Hierusalē autē pacifica in nostro sermone transfertur. Oppida autē nobilia, qui vel que cōstituerunt. Dionysius qui & liber pater, cū indiā victor perambulasset, nysam vrbe ex suo noie iuxta indum fluuiū condidit & l. milibus hominū impleuit. Medus autē egei filius mediā construxit, vnde & regio eius, medię nomen sortita est. Parthinopolī vrbe caput persie regni perseus indię filius cōdidit, famosissimā confertissimāq; opibus, a quo & persida dicta est. Hictefontem quoq; parthi apud parthiam condiderunt, in emulationē babilonię vrbis Susi oppidū perside aiunt mēnonis fratrem constituisse. Dictū autē susi q; immineat fuisse fluuiū, ibi est regia cyri, lapide cādido & vario, cū colūnis aureis, & lacunaribus gemisq; distincta, continens ē simulacrum cęli, stellis micatibus presignatū, et cętera humanis mentibus incredibilia. Bactruz oppidū bactriani condiderunt ex proprio amne euz cognominantes qui bactr⁹ vocatur. Carra ciuitas mesopotamię, transedissam conditā a parthis, vbi quondā romanus est cęsus exercitus & crass⁹ dux captus. Edissam vrbe mesopotamię condidit nēroth filius chus postq; de babilone migrāuit, ī qua & regnauit, que ante iare cognominata est. ipse & cōstruxit & calānā q; postea verso noie a seleuco rege dicta est seleucia. Philadelphiā vrbe arabię, cōdidit raphaim gēs antiquissima, quā interfecerunt filij loth. Seleucus vn⁹ ex pueris alexandri post mortē eiusdē alexandri occupato regno orientis vrbes in syria condidit, eāq; & antiochi patris sui noie antiochiam nuncupauit, & syrię caput instituit. ipse quoq; laodaciā & seleuciā, ipse apamiā & edissam vrbes construxit, Damascus vrbs syrię cōdita & nūcupata a damasco dispensatoris abrahę filio. Hęc antea in omni syria tenuit principatum. Necdum enī florebant ibi antiochia, laoditia & apamia, quę vrbes post alexandrum constructas esse cognoscimus. Hic est damascus quem abraham futurum sibi heredem dixerat anteq; esset illi promissus Isaac. Gazam oppidum palestinię condiderūt euei in qua habitauerunt cappadoces pristinis cultorib⁹ interfectis. Vocata autem gaza eoq; ibi cambyses rex persarū thesauros suos posuit cū bellū ægyptiis intulisset, Persarū enim lingua thesarū gaza noiatur. Philistin vrbe condiderunt allophili, ipsa ē ascalō, de qua superius memorauimus, nuncupata ex nomine cesloim qui fuit nepos cham, & filius melchisedech. Dor vrbs fuit quondam potentissima & veravice stratonis turris, postea ab Herode rege iudeę in honorem cęsaris augusti cęsarea nuncupata. In qua cornelij dom⁹, Christi ē ecclesia, & phi

lippi edicule, & cubiculū quatuor virginū & pphetaꝝ. Ioppe oppidū palestine maritimū iudē palestinī edificauerunt, vbi saxū ostenditur, quod vinculo rū andromade adhuc vestigia retinet, cuius beluæ forma eminentior elephātis fuit. Hiericho a iebuseis cōdita traditur, a quibꝰ & nomen traxisse perhibetur, hanc subuertit Iesus, post quā instruxit ailiā ozā de bethel ex tribu effraim. Sed & hæc eo tēpore quo hierusalē oppugnabatur a romanis propter perfidiā ciuiū capta atq; destructa ē, post quā tertia edificata est vrbs q̄ vsq; hodie permanet. Sichem Samarię vrbe q̄ latine & grece sichima vocat̄ ædificauit emor, appellauitq; eā noie sichem filij sui. Ipsa est nunc neapolis ciuitas samaritanorum Bethel vrbe samarię condiderunt iebusei, quę priꝰ vocabat̄ luza, sed postq̄ dormiēs ibi iacob vidit scælē innitentem cælo & dixit, vere hic domus dei ē & porta celi, hac ex causa locus nomē accepit bethel i. domus dei. Quādo aut̄ ibi ab hieroboā vituli aurei fabricati sunt, vocata est bethauen. i. domꝰ idoli, quę antea vocabatur domus dei. Bethleem iuda ciuitas dauid quę mūdi genuit saluatorē a iebuseis cōdita fert̄, & vocata primū effrata, qñ aut̄ ibi iacob pecora sua paut. eidē loco bethleē nomē quodam vaticinio futuri iposuit, quod domus panis interpretatur, propter eum panē qui ibi de cælo descendit. Ebron ciuitas iudæe quę quondā vocabat̄ arbe concita est a gigantibus ante septē q̄ ab eis thanis vrbs ægypti conderetur. Ipsa est arbe, a numero ita vocata q̄ ibi tres patriarchę sepulti sunt & quartus adā. Ipsa est & membre vocata ex vno amico abrahæ. Samariam a qua omnis regio q̄ circa eā fuit nomē accepit, sennacherib rex assyriorū construxit, vocauitq; samariā. i. custodiā, quia quādo israel transtulit medos ibi custodes cōstituit. hęc obsidione captā antiochus solo coequauit. Quam postea herodes a fundamētis instaurans, in honore augusti augustā. i. sebastiā greco sermone vocauit, ibi sepulti sunt heliseus & abdias prophete, & quo maior inter natos mulierꝰ non fuit baptista iohannes. Tiberiadē vero herodes alius in iudæa in nomine tiberii cesaris condidit. Tyrus vrbs phœnicū condita a phœnicibus fuit. Hęc est ciuitas ex qua aurū regi salomoni deferebatur, i qua optima purpura tingitur. Vnde & tyria dicitur nobilis purpura. Phœnices a rubro profecti mari sidoneꝰ vrbem opulentissimā condiderūt, quā a pisciū copia sidō appellauerūt. Nā piscem phœnices sidon vocant. Ipsi etiā tyrū in syria, ipsi vticā in africa, ipponem leptim aliaq; vrbes in ora maritima condiderunt. Ipsi thebas in boetia duce cadmo, ipsi postremo i vltima orbis tendētes vrbe in oceano cōdiderunt eāq; lingua sua gades noiauerūt. Nā mos erat antiquę phœnicū gētis, multis, simul mercādī causa domo proficisci, & cū incolarum animos commercio rerū his ante incognitarum sibi conciliaissent, loca quę condendis vrbibus idonea videbātur ca-

pere. Ex his profecta & dido in littus africæ, vrbe cōdidit, & carthadā nominauit quod phœnicea lingua exprimit, ciuitatē nouam mox sermone verso carthago est dicta, hanc scipio deleuit. Quę autē nunc est postea a romanis est condita. Carthago aut̄ antea byrsa postea tyrus dicta est, deinde carthago. Mēphin ciuitateꝰ ægypti edificauit epaphꝰ iouis filius, cum in secunda ægypto regnaret. Hęc est vrbs in qua charta nascitur vbi etiā optimi mathematici fuerunt. Nā hanc vrbe magicis artibus deditā pristini vsq; ad presens tēpus vestigia erroris ostendunt. Thanis metropolis ægypti vbi pharao fuit, & moyses cuncta signa fecit, quę in exodo scibuntur. Hanc construxisse perhibentur titanes. i. gigantes & ex suo noie nuncupauerūt. Eliopolis vrbs ægypti quę latine interpretatur solis ciuitas. sicut. lxx. interpretes arbitrantur. Edificata est autē a filiis israel in qua phutifares sacerdos fuit cuiꝰ meminit ezechiel. Vrbē alexandriā cōdidit alexander magnus, cuius et nomen detinet. Hanc ei ideꝰ in terminis regionis africę & ægypti constituit, et caput esse regionis ægypti iussit. Interiacet autē inter ægyptum & mare. quasi claustrum importuosa. Hęc est vrbs ægypti, postea versa in alexandriam Thebas ægyptias condidit cadmus, quę inter ægyptias vrbes numero portarum nobiliores habētur ad quas commercia arabes vndiq; subuehunt. hic regio ægypti thebaica dicta est. Thebę aut̄ et boetia sunt & ægyptiæ, vno tamen auctore sunt conditę. Prolomais & beronice a regibus ægyptiis noiate a quibus & edificatę fuerūt. Cesariā cappadocię philippus in honorem cesaris edificauit. Tarsū cilicię danaes proles perseus edificauit, de qua ciuitate fuit paulus apostolus. Natus inquit tarso cilicię. Quidam etiam locus indiae tarsus vocatur. Seleuciam insaurię condidit seleucus, qui et antiochiam. Ilus autem apollinis filius, in phrygia iliuꝰ condidit. Ammazones ephesum in asia construxerunt. Thescus vero smyrnam construxit, quę Homero poetæ patria extitit, & smyrna vocata, q̄ eiꝰ campos hermus fluuius secat. Dioscoria calchorū vrbem amphitus & circius aurigę castoris & pollucis fabricauerunt, ex eorum nomine eam cognominantes. Nam castor & pollux græce dioscori appellantur. Nicomedia a nicomede rege bithinyę edificata est. Bithynia condita a phœnice quę primum mirandina vocabatur. Constantinopolim vrbem thracię constantinus ex nomine suo instituit. solam romę meritis et potentia adęquatam. Hanc conditam primum a Pausania rege spartanorum et vocatam bizantium. vel quod tantum pateat inter adriaticum mare & propontidem, vel q̄ sit receptaculum terre, marisq; copiis. Vnde & eam constantinus aptissimam condere iudicauit, vt receptaculum sibi terra marisq; fieret. Ex quo et nunc nuncupatur Romani imperii sedes, & totius caput est orientis, sicut & roma occidentis. Epirus

ciuitasthacię cōdita ē a pyrro & cognoīata. Athenas in hellade cecrops cōdidit ex suo noīe cecropi am noīauit. Hāc anfixion qui in gręcia tertius post cecropē regnauit, mineruę sacrauit & nomen ciuitati athenas dedit. Nā minerua gręce athenas dicitur, vñ & mineruā gręci inuētricē multarū artiū afferūt, quia & litterę & artes diuersorū studiorū & ipsa phia, veluti tēplū athenas habuerunt. Corinthum in achaia cōdidit corinthus orestis fili⁹. Hāc gręci corintheā vocāt hoc est administratione rei publice. Thebas boetię cadmus a phoenicib⁹ cōdidit. Thebis egyptiis prius ab eo cōstructis Mycenās lacedæmonia cōdita a lacedæmone semele filio. Sparta a sparto filio foronei vocata, qui fuit filius machi. Ipam autē esse spartā, quā & lacedæmonia ciuitatē, atq; inde lacedæmonios spartanos dicit. Achaia ab acheo cōstructa. Pelops qui apud argos, regnauit pelopōnensum vrbez cōdit, Cecrops in insula rhodo rhodū edificauit. Carpatum cum. Aeos tiphonis filius paphū. Angeus licurgi fili⁹ samū. Dardanus autē cōdidit dardaniā. Thessalonica thessalus gręci filius edificauit, in qua etiam regnauit. Brundisium cōstruxerunt gręci. Brundisium autē dictū gręce q̄ brūda caput cerui dicit, sic ē ei vt & cornu videantur, & caput & lingua in positione ipsius ciuitatis. In italia autē a iano ianiculum, a saturno saturnia, atq; latinū conditū eo q̄ ibi fugiens latuisset cognominatū. Ab hercule in cāpania pōpeiā qui victor ex hispania pōpaz boū duxerat. Eneas autē post excidiū troiæ, in eandē italiā ueniens, ab yxoris noīe lauiniā cōdidit. Ascanius uero relicto lauinię nouerę suę regno albā longā cōdidit. Alba autem uocata propter colorē suū, lōga quia longū oppidū est, iuxta plixitatē collis i quo positum est. Ex hac etiā vrbe reges albanorū appellari cōeperunt. Capuā capis filius rex albanorū cōstruxit appellata noīe cōditoris, lz sint qui dicāt a capacitāte eā capuā dictā, q̄ eius terra omnē vitę fructū capiat, alii a locis cāpestribus in quibus sita est. Est autē caput vrbiū cāpanię iter maximas romā carthaginēq; numerata ex qua & prouincia italię cāpania dicta est. Romulus cū interfecto apud albā amulio, auū munitorē in regnū restituisset, & in eū locū ubi nunc roma est deuenit ibiq; sedes posuit. mœnia cōstruxit, vrbezq; ex noīe suo romā uocauit. Hāc autē antea euāder dī cōdidisse. vt est illud. Tūc pater euandrus romanę conditor arcis. Ancus Marcus ex filia numę pōpili. natus hic vrbe in exitu tyberis cōdidit. q̄ & peregrinas merces exciperet & hostem moraret, quam ab ipso situ hostiā appellauit. Galli quidā intestina discordia & assiduis dissensionibus suorū permoti sedes nouas querētes italiā profecti sunt, sedibusq; propriis tuscis expulsis, mediolanū atq; alias vrbes condiderūt. Vocatū autē mediolanū ab eo q̄ ibi sus medianea perhibet inuenta. Historiis placet a mesapo græco, mesapię datā originē, uersa postmodū i no

onē calabrę quā in exordio enotri frater peuceci⁹ peuceciā nōminauerat. Manto tires le filia post interitū thebanorū dī delata in italiā mantua condit se. Est autē in uenetia, quę gallia cisalpina dicitur. Et dicta mātua q̄ manes tueatur. Partenopia a partenope uirgie quadā illic sepulta appellata, quod oppidū postea augustus neapolī esse maluit a promontorio leucate in quo actis apollinis tēplū fuit bellū augustus cōtra antoniū gessit. Quouictorem vrbe in actiaco sinu cōdidit, quā a uictoria nicopolim appellauit. Palantus partheniorū dux parthenios constituit. Taras neptuni filius fuit, a quo tarantū ciuitas & cōdita & appellata est. Cuz Cyrus maritias vrbes gręcię occuparet, & focēses ab eo expugnati oībus angustiis premerent, iurauerunt vt profugerēt q̄ longissime ab iperio persarū ubi nec nomen quidē eorū audirent, atq; ita in ultimos gallię sinus nauibus profecti armisq; se aduersus gallicā feritatē tuentes, massyliā condiderūt. & ex noīe ducis nūcuparunt. Hos Varro trilingues dicit, q̄ & gręce loquantur & latine & gallice. Narbonā & arelatū, & pictanis coloni pprii cōdiderūt Burdegali appellatū ferunt, burgos gallos primū colonos habuerit quibus antea cultoribus adimpleta est. Terraconā in hispania scipiones cōstruxerūt, ideo caput est terraconensis prouincię. Cēsaraugusta terra conēsis hispanię oppidū a cēsare augusto & sitū & noīatū, loci amoenitate & delitiis prestantius ciuitatibus hispanię cunctis atq; illustrius florens sanctorū martyrum sepulturis. Afri sub hānibale maritima hispanię occupātes, carthaginem spartariā construxerūt, quę mox a romanis capta & colonia facta, nomen etiā prouincię dedit. Nūc autē a gotthis subuersa atq; in desolationē redacta est, Saguntum gręci ex insula zacynto profecti in hispaniā cōdiderunt, quā afri postea bello impetita deleuerunt. Emeritā cēsare augustinus edificauit, postq̄ lusitaniā, & quasdā oceani insulas cepit dās ei nomen ab eo q̄ illi milites ueteranos constituisset. Nā emeriti dicuntur ueterani, solutiq; militia. Vlixbona ab vlixte est condita & nuncupata, quo loco sicut historiographi dicunt cælum a terra & maria disiunguntur a terris. Hispalim cēsare iulius cōdidit. quam ex suo nomine et romę vrbis uocabulo iuliam romulam nuncupauit. Hispalis autē a situ cognominata est, eo q̄ in solo palustri suffixis profundo palis locata sit, ne lubrico atq; instabili fundamento caderet, Gades oppidum a penis conditum, qui etiam & carthaginē sartariam condiderunt. Septem oppidum a montibus. vii. quia similitudine fratres uocati, gaditano imminent fretto. Tingis & lixis ciuitates anteus auctor est, quem hercules fertur luctę certamine superatum interfecisse. Lix autē a lixo flumine mauritanie nūcupata, ubi antea regia fuit, & fala q̄ imineat sale flumī Cēsareā mauritanie oppidū iuba rex mauroꝝ i honore cēsaris augusti cōdidit, quā ex eius nomine cę

fareā appellauit, sicut herodes aliā cesariā in palestina quę nunc vrbs est clarissima. Icosiū cesariensis mauritanie oppidū hercule illuc trāseunte, viginti a comitatu eius discedentes cōstruxerūt. hanc ne quis imposito a se noīe priuatim gloriaretur, de condentiū nūero vrbi icosium nomen est iposituz Cyrene regina fuit lybie, que ex suo noīe ciuitatez cyrenē cōdidit, ex qua & lybiā cyrenēsem vocauit.

¶ De ædificiis publicis.

Cap. II.

Ciuitas est hoīm multitudo, societatis vinculo adunata, dicta a ciuibus. i. ab ip̄is incolis vrbs pro eo q̄ plurimoz cōciscat & cōtineat vitas. Nā vrbs ipsa menia sunt, ciuitas aut nō, saxa sed habitatores vocātur. Tres aut sunt societates, familiarz, vrbiū, gentiū. Vrbs vocata ab orbe, q̄ antiquę ciuitates in orbe fiebāt, vel ab vrbo parte aratri quo muri designabantur, vnde est illud. Optauitq; locū regno & cōcludere fulco. Loc⁹ enī futurę ciuitatis fulco designabatur. i. aratro. Cato Qui vrbe inquit nouā cōdidit, tauro & vacca aret vbi arauerit murū faciat, vbi portā vult eē aratruz sustollat & portet, & portā vocet. Ideo autē aratro circūdabatur disparti sexu iuuenoz propter commixtionē familiarū, & imaginē ferentis, fructūq; redētis. Vrbs aut aratro cōditur, aratro vertitur. Vnde Horatius. Imprimeretq; muris hostile aratrum Oppidū quidā ab oppositione muroz dixerūt alii ab opibns recondendis, eo q̄ sit munitū, alii q̄ sibi in eo cōuentus habitantiū opem det mutuā contra hostē. Nā primū hoīes tanq̄ nudī & iermes, nec cōtra bella hęc præsidia habebāt, nec receptacula frigoris & coloris, nec ipsi inter se hoīes ab hoībus satis erāt tuti. Tandē naturali solertia spelūcis siluestribusq; tegumētis tuguria sibi & casa virgultis arūdinibusq; cōtexuerunt, quo esset vita tutior, ne his qui nocere possent aditus esset. Hęc ē origo oppidoz quę q̄ opē darent iccirco oppida noīata dixerunt. Oppidū aut magnitudine & menib⁹ discrepare a vico & castello & pago. Ciuitates aut aut colonię, aut municipia, aut vici, aut castella, aut pagi appellātur. Ciuitas proprie dī quā nō aduenēsz in ea nati solo condiderūt. Ideoq; vrbes a propriis ciuib⁹ cōditę ciuitates non colonię nuncupāt. Colonia vero est quę defectu indigenaz nouis cultoribus adīpletur, vñ & colonia a cultu agri est dicta Municipiū est quo manēte statu ciuitatis ius aliquod minoris aut maioris officii a principe impetratur. Dictū aut municipiuz a muniis. i. officiis, q̄ tm̄ munia. i. tributa, debita, vel munera reddāt. Nā liberales & famosissime cause & quę ex p̄cipe p̄ficiscūtur ibi nō agunt. Hęc enī ad dignitatē ciuitatū pertinent. Vici & castella & pagi sunt, q̄ nulla dignitate ciuitatis ornantur. sed vulgari hoīm conuentu incolunt, & propter paruitatē sui, maiorib⁹ ciuitatibus attribuūtur. Vicus aut dictus a vicinis tm̄ habitationib⁹, vel q̄ vias habeat tm̄ sine muris Est aut sine munitione muroz licet & vici dicātur

ipse habitationes vrbs, Dictus aut vicus eo q̄ sit vice ciuitatis, vel q̄ vias habeat tantum sine muris. Castrū antiqui dicebāt oppiduz loco altissimo sitū, quasi casam altā, cuius pluralis numerus castra, diminutiū aut castellū est, siue q̄ castrabat licentia inibi habitantiū ne passim vaga hosti pateret. Pagi sunt apta edificiis loca inter agros habitantibus. Hęc & cōciliabula dicta a conuentu & societate multoz in vñ. Cōpeta sunt vbi vsus est cōuetus fieri rusticoz, & dicta cōpeta q̄ loca multa in agris eodē cōpetant, & quo cōuenit a rusticis. Suburbana sunt circūiecta ciuitatis edificia, quasi sub vrbe. Menia sunt muri ciuitatis dicti ab eo qd̄ muniāt ciuitatē, q̄si mūimēta ciuitatis. i. tutamēta Munū aut dictū q̄si manu factū, sic & muri a munitio ne dicti, quasi muniri, eo q̄ muniāt & tuāt interiora vrbs. Menia aut duplicē hnt̄ significationē. Nā interdū menia abusiue dici solēt oīa ædificia publica ciuitatis, vt diuidimus muros & menia pandim⁹ vrbs. Proprie aut menia sunt tm̄ muri. Mur⁹ aut turribus propugnaculisq; ornat. Turres vocatę q̄ teretes sint & lōgę. Teres ei est aliquid rotundū cū p̄ceritate vt colūna. Nā & quis quadratę at late cōstruantur, procul sp̄vidētibus rotūde existimatur, iō quia oē cuiusq; anguli simulacrū p̄ lōgū aeris spaciū euanesct̄ atq; cōsumit, & rotundū videt. Propugnacula pinę muroz sunt dicte, quia ex his propugnat. Promurale vero, eo q̄ sit pro munitioe muri. Est ei murus proximus añ murū, Porta dī, quia pōt̄ ip̄portari vel exportari aliquid. Proprie aut porta aut vrbs aut castroruz vocat, sicut superius dictū est. Vicus vt p̄dictū est, ipse habitationes vrbs sunt, vñ & vicini dicti. Vię ip̄a spacia angusta quę intervicos sunt, Plateę perpetuę ac latiores vię ciuitatū sunt, iuxta pp̄rietatē lingue gręce a latitudine nūcupatę. Platos enī greci latū dicunt. Quintanę pars plateę quinta est, qua carpētū progredi pōt. Cloacę dicte q̄ his percolāt aque Has primū romę fecisse dicunt. tarquiniū priscuz vt quotiens pluuię inundatio existeret, per eas a quę extra ciuitatē emitterētur, ne maximis perpetuisq; tēpestatibus planiciē vel fundamēta vrbiuz strages aquarū subuerterēt. Imbuli, vel quia sub uolumina sunt, vel quia sub his ambulant. Sunt ei porticus hinc inde platearū. Forus est exercendarū litiū locus a fando dictus, siue a foroneo rege q̄ prim⁹ leges gręcis dedit. Hęc loca et prorostra vocātur, ideo q̄ ex bello punico captis nauibus cartaginensiū rostrata ablata sunt, & in foro romano p̄fixa vt esset huius insigne victorie. Curia dicitur eo q̄ ibi cura per senatū de cunctis admistretur. Prętoriū eo q̄ ibi prętor sedeat ad discutiēdū. Gymnasiū gñalis est exercitiōrū locus. Tñ apud athenas locus erat vbi discebatur philosophia & sapiētię exercebat studiū, Nā gymnasiū gręce vocatur quod latine exercitiū dī hoc est meditatio. Sz & balnea & loca cursoz & athletaz gymnasia sūt

eo q̄ illic oēs in suę artis studiā exercitētur. Capitoliū rome vocatū, eo q̄ fuerit romanę vrbis & religionis caput summū. Alii aiunt cū tarquinius prisc⁹ capitolii fundamenta rome aperiret in loco fundamētī caput hoīs literis tulsis notatū inuenit, & proinde capitolii appellauit. Arces sunt partes vrbis excelſę, atq; minutę. Nā quęcūq; tutiſſima vrbium sunt, ab arcēdo hostē arces vocantur. Vñ & arcus & arca. Circū romani dictū putant a circuitu equorū eo q̄ ibi circū metas equi currant. Theatrū autē a spectaculo noiatum ἀπο τοῦ θεασθαι q̄ in eo populus stans desuper atq; spectās ludos scēnicos contēplaretur. Amphiteatrum vero vocatū q̄ ex duobus sit theatris cōpositum. Nā āphiteatruꝝ rotundū est, theatrū vero ex medio amphiteatri ē semicirculi figurā habēs. Labyrinth⁹ ē perplexis parietib⁹ edificiū, qualis est aqud cretā a dedalo factus, vbi fuit minotaurus inclusus, in quo si quis introierit sine glomere lini exitū inuenire non valet. Cuius edificiū talis est situs, vt aperientib⁹ fores tonitruū terribile intus audiaſ. Descēditur centenis vltra gradibus, intus simulacra, et monstrificę effigies, in partes diuersas transitus inumeri per tenebras, & cętera ad terrorē ingredientiuū facta, ita vt de tenebris eius ad lucē venire ipossibile videatur. quatuor sunt autē labyrinthi. primus egyptius, secundus creticus, tertius in lēno, quartus in italia, oēs ita cōstructi vt dissoluere eos nec vlla sęcula q̄dē possunt. Pharū turris est maxima, quā gręci & latini cōmune ex ipi⁹ reisu pharū appellauerunt eo q̄ flāmarū iudicio lōge videatur a nauigantibus qualē ptholemeus iuxta alexandriā cōstruxisse octi gentis talentis traditur. Vfus eius est nocturno nauiuū cursui ignes ostendere, ad pronuciandavada portusq; & introitus, ne decepti tenebris nauigantes in scopulos incidant. Nā alexandria fallacibus vadis insidiosus accessus habet. Hinc igitur in portibus machinas ad prelucendū ministeriū fabricatas pharos dicūt. Nā phos lux est, oros visio dī. Vñ & lucifer gręce phosphoros appellatur. Cocleę sūt altę & rotundę turres, & dictę cocleę quasi cycleę q̄ in eis tanq̄ per circulū orbēq; conscēdatur, qualis est rome. clvii. pedibus. Therme appellatę q̄ caleant. Gręci enī thermon calorē vocāt. Balneis vero nomen inditū a lauatione meroris. Nā gręci balanion dixerunt q̄ anxietatē animi tollat. Hęc & gymnasia dñr, quia ibi athletę vincto corpore & perfricato manib⁹ exercitātur. Nā gymnasiū gręce latine exercitiū dī, gymnos vero nudus. Apoditeriū vbi lauantiū vestimenta ponunt, ab exuēdo dictum ἀπο Δυειν enī gręce exurere dī. Popina gręc⁹ sermo est qui apud nos propina corrupte dī. Est autē locus iuxta balnea publica vbi post laucrū a fame & siti reficiuntur. Vñ & propina et propinare dī. Pina ei gręce famē significat, eo q̄ hic locus famē tollat. Taberne olivocabāſ edicule plebeiorū parue & simplices invicis, axibus & tabulis

clausę, & tabernarię q̄ soleāt cōsedere. Dictę autē tabernę q̄ extabulis lignisq; erāt cōstructę q̄ nunc et si nō speciē, nomē tñ pristinū retinēt. Macellū dictū q̄ ibi mactētur pecora q̄ mercatib⁹ vendantur. Mercatū autē a cōmercio noiatū, ibi ei res vēdere vel emere solitū est, sicut et telonē dicif vbi merces nauiuū et nautarum emolumēta redduntur. Ibi ei vectigalis exactor sedet, preciū rebus impositurus et voce a mercatoribus flagitās. Carcer est a quo prohibemur exire, et dictus carcer a coerendo. Hinc fronto vt pergręcari potius amoenis locis q̄ coerceri carcere viderentur.

¶ De habitaculis.

Cap. iiii.

Habitatio ab habendo vocata, vt habitare casas. Domus ex gręca appellatione vocat. Nā domata gręci tecta dicunt. Est autē dom⁹ vni⁹ familię habitatio, sicut vrbis vni⁹ populi, sicut orbis domiciliū totius gñishūani. Nā edificiū antiqui edē appellauerūt. Alii edē ab edēdo quidē sumpsisse nomē existimāt, dantes exēplū de plato. Si vocassem vos in edē ad pradiū. Hinc et edificiū, eo q̄ fuit prius ad edendū factū. Aula domus est regia, siue spaciosum habitaculū porticibusq; quatuor cūclusū. Atriū magna edes est siue amplior et spacioſa domus, et dictum est atrium eo q̄ addātur ei tres porticus extrinsecus. Alii atriū quasi ab igne et ligno atrum dixerunt. Atriū enī fit ex fumo. Palatiū a palāte principe archadum dictum, in cuius honore arcadas palāteū oppidum cōstruxerunt. et regiā in ipsius noie conditā vocauerunt. Thalamum hac ex causa vocatū ferunt. Cum ei raptę fuissent a romanis sabine, ex quibus cum vna añ alias specie nobilis cū magna oim admiratiōe rapereſ, thalamoni duci eā oraculo respōsum est dari, et qm̄ hę nuptię feliciter cesserāt, institutum est vt in oibus nuptiis thalami nomen iteretur. Egyptii quoq; lingua sua loca in qb⁹ nubētes succedunt et incubāt, thalamū nomināt. Cenaculum dictum a cōmunionē vescēdi, vñ cenobium cōgregatio. Antiqui enī publice et in cōmune vescēbantur, nec vllius conuiuium singulare erat, ne in occulto delicie luxuriā gignerent. Triclinium est cenaculū, a tribus lectulis discumbentiuꝝ dictum. Apud veteres enī in loco vbi cōuiuii apparatus exponebatur tres lectuli strati erāt, in quib⁹ discumbentes epulabātur. Clinon enī gręce lectul⁹ vel accubitus dī, ex quo cōfectum est vt triclinium dicereſ. Cella dicta q̄ nos occultet et celet. Cubiculum vero q̄ eo cubemus, ibiq; dormientes requeſcamus. Cubile autē cubādi locus est. Secessus, q̄ sit locus secretus. i. sine accessu. Diuersorium dictū eo q̄ ex diuersis viis ibi cōueniatur. Hospitiū sermo gręcus est, vbi quis ad tēpus hospitali iure inhabitat, et iterum inde transiens migrat. Inde et metatum, quia mutatur. Vñ et legitur. Et castramentati sunt p mutauerūt. Nō enī illic permanet exercitus, sed pertrāsīt. Meniana dicta sunt q̄ manean

mus. Mœnianus collega crassi in foro p[ro]fecit ma-
 terias vt essent loca in quibus expectantes insisteret
 que ex noie eius mœniana appellata sunt. Hec & so-
 laria quia patent soli, post hec alii lapide, alii mate-
 ria edificauere porticibus mœniana & foribus & do-
 mibus adiecerunt. Tabulata oli lingue domus fie-
 bant. Inde nomen permanet tabulatorum. Apogeeum
 est constructum sub terris ædificium, quod nos antrum v[el]
 speluncam dicimus. Solarium, quod soli et aure pateat, quod
 fuit locus in quo dauid bersabeę lauante aspe-
 xit & adamauit. Cum hierosolimam anthiochus obsi-
 deret hircanus princeps iudeor[um] referato dauid se-
 pulchro tria milia auri talento inde abstraxit, ex quibus
 300. anthiocho dedit vt obsidionem relinque-
 ret, atque vt facti inuidiam demeret. Fertur ex reliqua
 pecunia instituisse primus xenodochia quibus adue-
 tum susciperet pauperum et peregrinor[um]. vnde et vo-
 cabulum suscipit. Nam ex greco in latinum xenodochi-
 um peregrinor[um] susceptio nuncupatur. Vbi autem
 egrotantes de plateis colliguntur, nosocomium grae-
 ce dicitur in quo consumpta languoribus atque in-
 diis miserorum membra fouentur.

¶ De edificiis sacris. Cap. iiii.

Sacra sunt loca diuinis cultoribus institu-
 ta, vtpote ea in quibus altaria litantibus
 de more pontificibus consecrantur. Sancta
 iuxta veteres exteriora templi sunt. Sancta au-
 tem sanctior locus templi secretior, ad quem nulli erat ac-
 cessus nisi tantum sacerdotibus. Dicta autem sancta san-
 ctior, quia exteriori oraculo sanctiora sunt, vel quia
 sanctior comparatione sanctiora sunt sicut cantica
 canticor[um], quia canticum vniuersa precellunt. Sanctum
 autem a sanguine hostie nuncupatum. Nihil enim sanctum
 apud veteres dicebatur, nisi quod hostie sanguine
 esset consecratum aut conspersum. Item sanctus quod
 extat esse sancitum. Sancire autem est confirmare & ir-
 rogatione pene ab iniuria defendere, sic & leges san-
 ctę & mores sancti esse dicitur. Propitiatorium, oraculum
 inter duo cherubin. Et dictum propitiatorium, quasi
 propitiationis oratorium. Propitiatio enim placatio est.
 Oracula dicta eo quod inde responsa redduntur, et ora-
 cula ab ore dicta. Penetralia secreta sunt oraculo-
 rum, et penetralia dicta sunt ab eo quod est penitus,
 hoc est pene intus. Oratorium orationi tantum est con-
 secratum in quo nemo aliud agere debet, nisi ad
 quod est factum, vnde et nomen et nomen ac-
 cepit. Monasterium vnius monachi habitatio est.
 Mono enim apud grecos solus, sterium statio. i. solita-
 ri habitatio. Cenobium ex greco et latino videtur
 esse compositum. Est enim habitaculum plurimorum
 in comune viuentium. Ceno enim grece com-
 p[er]tinet. Templi nomen generale, pro locis enim quibuscumque
 magnis antiqui templa dicebant. Et templa dicta quasi
 tecta apla, sed et locus designatus ad orientem, a
 contemplatione templum dicebatur. Cuius partes
 quatuor erant, antica ad ortum, postica ad occasum,
 sinistra ad septentrionem, dextra ad meridiem spectans.
 Vnde et quoniam templum con-

struebant, orientem spectabant æquinoctiale, ita vt
 lineae ab ortu ad occidentem missę fierent partes celi,
 dextra sinistra æquales, vt qui consuleret ac depræca-
 retur, rectum aspiceret orientem. Fana dicta a fau-
 nis quibus templa error gentiliu[m] constructe, vnde et con-
 sulentes demonum responsa audiret. Delubra vete-
 res dicebant templa fontes habentia, quibus ante
 ingressum diluebantur, et appellari delubra a diluendo.
 ipse nunc sunt edes cum sacris fontibus in quibus
 fideles regenerati purificantur et bene quodam præsa-
 gio delubra sunt appellata, sunt enim in ablutione
 peccatorum. Fons autem in delubris, locus regenerato-
 rum est in quo septem gradus in spiritu sancti myste-
 rio formantur, tres in descensu, et tres in ascensu.
 Septimus vero is est qui et quartus. i. similis filio ho-
 minis, extinguens fornacem ignis, stabilimentum pe-
 pedum fundamentum aquę, in quo plenitudo diuinitatis
 habitat corporaliter. Basilicę prius vocabantur
 regum habitacula, vnde et nomen habent. Nam et ba-
 fileus rex, et basilicę regie habitationes. Nunc ideo
 diuina templa basilicę nominantur, quia ibi regi omni
 deo cultus et sacrificia offeruntur. Martyrium locus
 martyris greca deriuatione, eo quod in memoriã mar-
 tyris sit constructum, vel quod sepulchra sanctorum ibi
 sint martyrium. Aram quidam vocatam dixerunt quod ibi
 censę victimę ardeat. Alii aras dicunt a prece-
 rationibus. i. quas greci aras vocant, vnde contra imprecationem
 fatura dicitur. Alii volunt ab altitudine aras sed male.
 Altare autem ab altitudine constat esse nominatum, quasi
 alta ara. Pulpitum quod in eo lector vel psalmista posi-
 tus in publico conspicitur a populo possit quo liberius
 audiatur. Tribunal, eo quod inde a sacerdote tribuantur
 precepta viuendi. Est enim locus in sublimi constitu-
 tus, vnde vniuersa exaudiri possint. Alias tribunal a
 tribubus denominatum, quod ad illum tribus conuocentur.
 analogium dictum, quod sermo ideo predicetur. Nam logos
 grece sermo dicitur, quod et ipsum altius situm est.

¶ De repositoriis. Cap. V.

Sacrarium proprie est locus templi in quo sa-
 cra reponuntur, sicut donarium est in quo
 collocantur oblata, sicut letisternia dicuntur
 vbi homines sedere consueuerunt. Ab inferendis igitur
 et deportandis sacris sacrarium nuncupatur. Dona-
 ria vero eo quod ibi dona reponantur, quod in templis offerri
 consueuerunt, sacrarium vocatum, quia prius es signa-
 tum ibi recodebatur. Hoc enim olim in usu erat, auro
 argentoque nondum signato, ex quorum metallis quic-
 quis postea facta fuisset pecunia, nomen tantum ærarii pre-
 misit, ab eo metallo vnde pecunia initium sumpsit.
 Armarium locus est vbi quarumcumque artium instru-
 menta ponuntur. Armamentarium vero vbi tantum tela ar-
 morum. vnde Iuuenalis. Quicquid habet telorum ar-
 metaria celi. Dicta autem vtraque ab armis. i. brachiis
 quibus exercetur. Bibliotheca est locus vbi reponuntur
 libri. Biblio enim grece liber, theca repositorium dicitur.
 Proptuarium dictum eo quod in necessaria victui pro-
 munant. i. pferunt, Cellarium dictum, quod in eo colligantur

ministeria mensarum vel que necessaria victui super sunt. Inter proutuarium autem & cellarium hoc interest, quod cellarium est paucorum dierum, promptuarium vero temporis longi. Apotheca autem vel horrea a greco verbo ex verbo repositoria vel reconditoria dici possunt. eo quod in his homines elaboratas fruges reponunt. Vnde & enthicam greco sermone repositam rei copiosam substantiam appellamus

¶ Deo perariis.

Cap. VI.



Ergasterium locus est ubi opus aliquod fit. Greco enim sermone erga opera sterio statio. i. operaria statio. Ergastula quoque & ipsa a greco vocabulo nuncupantur, ubi deputantur noxii ad aliquod opus faciendum, ut solent gladiatores et exules qui marmora secant, & vinculorum custodiis alligati sunt. Gynecium grece dictum eo quod ibi conuentus foeminarum ad opus lanificii exercendum conueniat. Mulier enim grece τυυε nuncupatur. Pistrinum quasi pististrinum, quia pilo antea tundeant granum. Vnde & apud veteres non molitores sed pistores dicti sunt quasi pinsores a pinendis granis frumenti. Mole enim vsus nondum erat, sed granum pilo pinsebant unde & Virgilius. Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo. Clibanus fornax a cliuo dictus, ab eo quod in erectione sit collectus. Clium enim ascensum dicimus flexuosum. Furnus per derivationem a farre dictus, quoniam panis ex eo factus sibi coquitur. Torcular dictum eo quod ibi vites calcantur atque extortem exprimantur. Forus est locus ubi vicia calcantur, dictus quod ibi feratur vicia vel propter quod vicia feriatur pedibus unde & calcatorium dicitur. Sed hoc nomen multa significat. Prima species fori locus est in ciuitate ad exercendas nundinas relictus. Secunda ubi magistratus iudicare solet. Tertia quam supra diximus, quam calcatorium nominamus. Quarta spatia plana in nauibus, de quibus Virgilius. Laxatque foros. Lacus dictus quod ibi decurrit frugum liquor.

¶ De aditibus.

Cap. VII.



Aditus ab eundo dictus, per quem ingredimur & admittimur. Vestibulum est vel aditus domus priuatae, vel spatium adiacens edibus publicis. Et vestibulum dicitur, eo quod eo vestiuntur fores aut quod aditum tecto vestiatur, aut ab stando. Porticus dictus quod transitus sit magis quam ibi standum sit quasi porta & porticus eo quod sit aperta. Ianua a iano quodam appellatur cui gentiles omnem introitum vel exitum sacrauerunt. unde Lucanus. Ferrea belligeri compescant limina iani. Est autem ianua primus domus ingressus cetera inter ianuam ostia vocantur generaliter. Ostium autem est per quod ab aliquo arcemur ingressu ab ostando dictum, siue ostium quia ostendit aliquid intus. Alii aiunt ostium appellari, quia ostem morantur. Ibi enim aduersariis nos obiciunt. Hinc et hostia tyberina, quia hostibus sunt opposita. Fores & valvae claustra sunt. Sed fores dicitur quae foras, valvae quae in

tus reuoluntur, et duplices complicabilesque sunt, sed generaliter vsus vocabula ista corrumpit, claustra ab eo quod claudantur dicta. Fenestrae sunt quibus pars exterior angusta & interior diffusa est quales in horreis videmus, dicitur eo quod lucem fenerentur. Lux enim grece fos dicitur, quia vel per eas intus positus, homo foras videt. Alii fenestras putant dictas eo quod domui lucem ministret, compositum nomen ex greco latinoque sermone. Fos enim grece lux est. Cardio est locus in quo ostium vertitur & semper mouetur, dicitur καρδιο κερδιστος. i. quod quasi cor hominem totum, ita ille cuneus ianuam regat ac moueat. Vnde & proverbiale est, in cardine rem esse. Limina ostiorum dicta eo quod transfusa sint vt limes, & per ea sicut in agro aut introeatur aut foris eatur. Postes et antes quasi post & ante stantes. Et antes quia ante stant, vel quia antea ad eas accedimus priusquam domum ingrediamur. Postes eo quod post ostium stant.

¶ De partibus edificiorum.

Cap. VIII.



Dictum est fundamentum quod fundus sit domus. Idem & cementum, a cedendo dictum, quod crasso lapide surgat. Parietis nuncupatus, quia semper duo sunt pares vel a fronte vel a latere. Siue enim tetragonum siue hexagonum sit, qui se conspiciunt ex pari erunt. Alter enim structura facta deformis est, Parietinas dicimus, quod si parietum ruinas, sunt enim parietes stantes sine tecto, & sine habitantibus. Angulus quod duos parietes in unum coniungat. Culmina dicta sunt, quia apud antiquos tecta culmo tegebantur, vt nunc rustica. Hinc tecti summitas culmen dicitur. Camere sunt volumina introrsum respicientia, appellatae a curuo. Camur enim grece curuum est. Laquearia sunt, quae camerae subtegunt & ornant quae et lacunaria dicitur quod lacos quosdam quadratos vel rotundos ligno vel gypso vel coloribus habeant depictos cum signis intermicantibus. Principaliter autem lacus dicitur, vt Lucilius. Resultant edesque lacusque. Cuius diminutio lacunar facit, vt Horatius. Neque aureum mea renidet in domo lacunar. Inde fit alia diminutio lacunarium & per antisticon lacunarium facit. Absida greco sermone latine interpretatur lucida, eo quod lumine accepto per arcum resplendeat. Sed vtrum absidem dicere debeamus, hoc verbi genus ambiguum quidam doctorum existimant. Testudo est camera templi obliqua. Nam in modum testitudinis veteres templorum tecta faciebant quae ideo sic fiebant vt caeli imaginem redderet, quod constat esse conuexum. Alii testudinem volunt esse locum in parte atrii aduersum venientibus. Arcus edificiorum dicitur quod sint arca conclusionem curuati. Ipsae & fornices. Pauimenta originem apud grecos habent elaborata arte picturae. Lithostrata puuliscrustis, ac testellis tinctis in varios colores, vocata autem pauimenta, eo quod pauantur. i. ceduntur. Vnde et pauor, quia cedit cor. Ostracus est pauimentum testaceum, eo quod fractis testis calce admixto feriatur. Testa enim greci ostracum dicunt. Copulium dicitur, quia aquae partes quae circa

funt conueniunt. Tefelle sunt e quib⁹ domicilia ster-
nuntur, a tesseriis noīata. i. quadratis lapillis per di-
minutionē. Bases future sunt colūnae, quae a fun-
damento confurgunt & suppositae fabricae sustinent
pondus. Bases aut nomen petrae est fortissime syro
sermone. Colūnae pro longitudine & rotūditate vo-
cate, in quibus totius fabricae pondus erigitur. An-
tiqua ratio erat colūnarum altitudinis, tertia pars
latitudinū. Genera rotundae quatuor, dorice, ionice,
tuscanice, corintheae, mensura grossitudinis & al-
titudinis inter se distantes. Quintū genus est earū
quae vocantur attice, quaternis angulis, aut ampli⁹
paribus laterum interuallis. Capitoria dicta quae sint
colūnarum capita, sicut super collū caput. Epysti-
lia sunt quae super capitella colūnarum ponuntur, &
est graecū. i. supermissa. Tegulae quae tegant edes, & i-
brices quae accipiant imbres. Lateres a laterculi la-
ti formantur circūactis vndiq; quatuor tabulis. Ca-
nalis dicta ab eo quod caua sit in modū canae. Sane ca-
nalē melius gñe foeminino quā masculino pferimus.
Fistulae aquarū sunt dictae, quae aquas fundant & emit-
tant. Nā stola graece mittere est. Formae earū pro
magnitudine aquae et capacitatis modo fiunt.

¶ De munitionibus.

Cap. ix

Munitū vel munimentū dictū quia manu ē
factum. Coors vocata, vel quae coartet cun-
cta quae interi⁹ sunt. i. cōcludat, vel quae coar-
ceat obiectu suo extraneos et adire prohibeat Val-
lum est quod mole terrae erigitur, vt custodia pretē
datur. Dictū aut vallum a vallis. Nā valli fustes sūt
quibus vallū munitur. Et valli dicti quae figantur et
euellantur, interualla spacia sunt inter capita val-
lorū. i. stipitum quibus vallū fit, vnde et cetera quo-
que spacia dicuntur a stipitibus scz. Agger est cuius
libet rei aceruatio vnde fossae aut valles possunt re-
pleri. Agger proprie dicitur terra aggesta quae vallo fa-
cto propius ponitur, sed abusiue et muros et muni-
menta oīa aggerem dicimus. Maceriae sunt parie-
tes longi, quibus vineae aliquae clauduntur. Longū
enī graeci macron dicunt. Formatū siue formatiū
in africa vel hispania parietes de terra appellant,
in forma circūdatis duabus vtrinque tabulis inferū-
tur magis quā instruuntur. Eiusmodi durant incorru-
pti ventis ignibusque, omni cemetō fortiores. Sepes
munimenta satorū sunt vnde et appellatae. Caulas
munimenta ouium vel sepimenta ouilium. Est enī
graecum nomen c detracta. Nam graeci aulas vo-
cant animalium receptacula.

¶ De tentoriis.

Cap. x.

Abernacula tentoria sunt militū quibus
in itinere solis ardores tēpestatesque ibriū
frigorisque iniurias vitāt. Dicta aut taberna-
cula quae cortinae distentae funibus tabulis appende-
rentur quae tentoria sustinerent. Tentoriū vocatur
eo quod tēdatur funibus atque palis, vñ et hodie pretē
dere dicitur. Papiliones vocantur a similitudine par-
uuli animalis volātis, quod maxime abundat flo-

rentibus maluis. Hae sunt auiculae quae lumine ac-
censo conueniunt, et circavolitantes ab igne pro-
xime interire coguntur.

¶ De sepulchris.

Cap. xi.

Sepulchrū a sepulto dictū. Prius aut quif
in domo sua sepeliebatur. Postea vetitū
est legibus fetore ipso corpore a iuentiū
cōtacta inficerentur. Monumentū iō nun-
cupatur eo quod mentē moneat ad defuncti memoriā
Cū ei non videris monumentū obliuisceris mortuū
hoc est illud quod scriptū est. Excidi tanquā mortu⁹
a corde. Cū aut videris monet mentē et ad memo-
riā te reducit, vt mortuū recorderis. Monumenta
itaque et memoriae, pro mentis admonitiōe dictae. Tu-
mulus dictus quasi tumens tellus. Sarcophag⁹ grae-
cū nomen est eo quod ibi corpora assumantur. σαρχή
ei graece caro. φαγειν comedere dicitur. Mausolea sūt
sepulchra seu monumenta regū a mausoleo rege
egyptiorū dicta. Nā eo defuncto vxor eius mirae ma-
gnitudinis et pulchritudinis extruxit sepulchrū, i
tantū usque hodie oīa monumēta p̄ciosa ex noīe ei⁹
mausolca nūcupantur. Pyramides est gen⁹ sepul-
chorū quadratū et fastigiatū vltra oēm celsitudinē
quae fieri manu possit, vñ et mēsurā vmbrae egres-
sū nullā habere dicitur. Tali aut edificio surgunt, vt a
lato incipiant et in angusto finiant, sicut ignis. Pyr-
ei dicitur ignis, has egypt⁹ habet, Apud maiores ei po-
tētes aut sub montibus aut in montibus sepeliebā-
tur. inde tractum est vt super cadauera aut pyrami-
des fierent, aut ingentes columnae collocarentur.

¶ De edificiis rusticis.

Cap. xii.

Asa est agreste habitaculū palisatū virgul-
tis arundinibusque cōtextū quibus possint ho-
mines tueri a vi frigoris vel caloris iniuria
Tuguriū casula est quā faciūt sibi custodes vinea-
rū ad tegimē sui, quasi tuguriū siue ppter ardorē
solis et radios declinādos, siue vt inde vel hoīes vel
bestiolas quae infidiari solent natis frugibus abigāt.
Hanc rustici capānā vocāt, quā vnū tñ capiat. Tes-
ca quidam putāt esse tuguria, quidam loca prerupta
et aspera. Magalia edificiā numidarum agrestium
oblonga in curuis lateribustecta, quasi nauū cari-
nae sint, siue rotunda in modum furnorū. Et maga-
lia dicta quasi magaria, quia magar punici nouā vil-
lā dicūt, vna littera cōmutata l pro r magaria te-
guria.

¶ De agris.

Cap. xiii.

Ager latine appellari dicitur eo quod in eo agāt a-
liquid. Alij agrū ex graeco noīari manife-
stius credūt, vñ et villa graece coragros dicitur
Villa a vallo. i. agere terrae nūcupata quā p̄ limite
cōstitui solet. Possessiones sunt agri late patentes
publici priuati que; quos initio non mācipatione, sed
quisque vt potuit occupauit atque possedit, vñ et nun-
cupati. Fundus dictus quod eo fundatur vel stabiliat
patrimoniū. Fundus aut et vrbānū edificium et ru-
sticū intelligendū est. Prēdiū dictū quod ex oībus pa-

trifamilias maxime p̄uidetur. i. apparet, quasi p̄uidiū, vel q̄ antiqui agros quos bello ceperāt vt p̄ de noie habebāt. Ois aut̄ agervt Varro docet quadrisarius diuidit̄. Aut ei aruus est ager. i. sationalis aut cōsitus. i. aptus arboribus aut pascuus qui herbis tm̄ & aīalibus vacat, aut flore⁹, qđ sunt orti apibus cōgruētes & floribus. qđ etiā Virg. in quatuor libris georgicor̄ secutus est. Rura veteres icultos agros dicebāt. i. siluas & pascua, agrū vero qui colebañ. Nā rus est quo mel, quo lac quo pecus haberi potest, vñ & rustic⁹ noiatur, Hęc agrestiū prima & ociosa felicitas. Seges ager est in quo feritur. vñ & Virg. Illa seges demū votis respondit auari agricolę. Cōpascu⁹ ager dictus, quia diuisorib⁹ agrorū relictus est, ad pascēdū cōter vicinis. Alluui⁹ ager est quē paulatī fluiū in agrū reddit. Arcifini⁹ ager dictus est, quia certis linear̄ mensuris nō continet̄ s̄ arcenē fines ei⁹ obiectu fluminū montiū, arborū vñ & i his agris nihil subseciuor̄ iteruenit. Noualis ager ē primū p̄cissus, siue quia alternis annis vacat nouādarū sibi viriū cā. Noualia ei semel cū fructu erāt, & semel vacua. Squalidus ager quasi excolidus q̄ iā a cultura exitit, siue excōsul q̄ a cōsulatu discesserit. Vliginosus ager est vuidus. Naz vuidus dī qui aliqñ siccañ. Vligo ei humor terre est naturalis ab ea nuq̄ recedēs. Subseciua sunt proprie quę sutor de materia p̄cidens quasi superuacua abiicit. Inde & subseciui agri quos in p̄tica diuisos recusant quasi steriles vel palustres. Itē subseciua q̄ in diuisura agri nō efficiūt centuariā. i. iugera. cc. Area dī tabularū equalitas. Dicta aut̄ area a planicie atq; equalitate, vñ & ara. Alii areā vocatā dicunt q̄ pro trituradis frugibus eradañ, vel q̄ non triturantur in ea nisi arida. Pratu⁹ est cui⁹ feni copia armēta tuentur, cui veteres romani nomē indiderunt, ab eo q̄ p̄tinus sit paratu⁹, nec magnum laborē culturę desideret. Prata aut̄ sunt quę secari p̄nt. Paludes dicte a pale pastorali dea q̄ paleas id est pabula nutriant iumentorum.


De finibus agrorum. Cap. viii.

Dicti fines eo q̄ agrifuniculis sint diuisi. mēsurar̄ ei lignę in terrar̄ partiōe tendūt vt dimētionis equalitas teneañ. Limites appellati antiquo verbo trāsuerfi. Nam tranūersa oīa antiq̄ lima dicebāt, a quo & limina ostior̄ p̄ quę foras & introit̄, & limites q̄ p̄ eos in agros foras eatur. Hinc & limus vocabulum accipit cigulū quo ferui publici cingebāt obliqua purpura. Terminī dicti q̄ terre mēsuras distingūt atq; declarant. His ei testimonia finiū intelligūt, & agrorū cōtentio & certamen auferit. Limites maximī i agris duo sunt, cardo & decuman⁹. Cardo qui a septētrione directus a cardine celi ē. Nā sine dubio celū vertit i septētrionali orbe. Decumanus est qui a oriente in occidentē per trāsuerfus dirigit̄, qui pro eo q̄ formā. x. faciat decumanus est appellat⁹ Ager enī bis diuisus figurā denarii numeri efficit.


Arca ab arcendovocata. Fines ei agri custodit eos q; adire prohibet. Trifiniū dictū eo q̄ triū possessionū fines astringit. Hinc & quadrifiniū q̄ quatuor. Reliqui limites angustiores & inter se distant i paribus interuallis et nominibus designatis.

De mensuris agrorum. Cap. xv.


Mensura est quicquid pondere capacitate longitudine, latitudine, aīoq; finitur. Maiores itaq; orbē partibus, partes in prouinciis, prouincias in regionibus, regiones in locis, loca in territoriis, territoria in agris, agros in centuriis, centurias in iugeribus, iugera in clematib⁹, deinde dimata in actus. p̄ticas. passus, gradus, cubitos, pedes, palmos, vncias, & digitos diuiserūt. Tāta ei fuit eor̄ solertia. Digitus est pars minima agrestiū mensurar̄. Indevncia hñs digitos tres. Palmus aut̄ quatuor digitos habet, pes sexdecim digitos, passus pedes quinq; p̄tica passus duos. i. pedes. x. Pertica aut̄ a portando dicta, quasi portica. Oēs aut̄ precedentes mensurę in corpore sunt vt palmus, pes, passus, et reliqua, sola pertica portat̄. Est enim. x. pedum instar calami in ezechiele, templum mensurantis ita.




Actus minimus est latitudine pedum. iiii. longitudine. c. xl. ita




Climata quoq; vndiq; verum habent pedes. lx. ita.




Actus quadratus vndiq; finitur pedibus c. xx. ita



Hunc bethyci arpenne dicunt, ab arado scilicet. Actus duplicat⁹ iugerū facit et ab eo ce. xl. q̄ ē iūctū iugerū nomē accepit



Iugerū aut̄ cōstat lō longitudine pedū. cc. xl. latitudine. c. xx. ita



Actum prouincię bethycę rustici agrum vocant. Porcā. i. bethyci. xxx. pedum latitudine et lxxx. longitudine difiniunt ita.

Sed porca est quę in arando extat, quod defosum ē lyra. At galli candetū appellant in areis urbanis spaciū. c. pedū, quasi centecū. In agrestibus aut̄ pedū. cl. quadratoꝝ iustū candetū vocāt. Por-

ro stadiasager habet passus. cxxv. i. pedes. ccccc
xxv. cui⁹ mēfura octies cōputata miliarium facit, qui
cōstat. v. milia pedib⁹. Centuria aut ager est ducen-
torū iugerū quia apud antiquos a centū iugeribus
vocabat, sed postea duplicata est mensura, nomē
q; pristinū retinuit, In numero enim centuriæ mul-
tiplicate sunt, nomen tamen non perdiderunt.

¶ De itineribus.

Cap. xvi.

Mensuras viarū nos miliaria dicimus, græ-
ci stadia, galli leuvas, egyptii signes, per-
sæ pasangas. Sunt aut p̄prio quęq; spacio
Miliarium mille passib⁹ terminat & dictū miliarium
quasi mille adiū, habēs pedes quinq; milia. Leuua
finit passib⁹ mille quingentis. Stadiū octaua pars
miliarii est, cōstans passibus, cxxv. Hoc primū her-
culē statuisse dicūt eūq; eo spacio determinasse qđ
ipse subvno spū cōfecisset, ac proinde stadiū appel-
lasset, qm̄ in fine respirasset, simul & steterisset. Via ē
qua pōt ire vehiculū, & via dicta a vehiculorū icur-
su. Nā duos actus capit propter euntiū & venienti-
um vehiculorū occursum. Ois aut via aut publica ē
aut priuata. Publica est quę in solo publico est quę
inter actus populo patent. Hęc aut ad mare, aut
ad oppida pertinet. Priuata est quę vicino munici-
pio data est. Strata dicta quasi vulgi pedibus trita
Lucretius, Strataq; iā vulgi pedibus deritaviarum
Ipsa est & dilapidata. i. lapidibus strata. Primi aut
poeni dñr lapidibus vias strauisse, postea Romani
eas per oēm pene orbē disposuerūt, propter recti-
tudine itinerū, & ne plebs esset ociosa. Ager est me-
dia strate eminētia coaceruatis lapidibus strata,
ab agere. i. coaceruatione dicta, quā historici viam
militare dicūt, vt qualis. sæpe vię deprensus in ag-
gere serpens. Iter velit⁹ est via qua iri ab hoīe qua
qua versum pōt. Iter aut & itiner diuersam hñt si-
gnificationē. Iter ei est locus transitu facilis, vñ et
appellamus aditū. Itiner aut est itus longē vię & ip-
se labor ambulādi, vt quovelis puenias. Semita iti-
neris dimidiū est, a semī icū dicta. Semita aut ho-
minū est, callis ferarū & pecudū. Callis est iter pe-
cudū inter mōtes angustū & tritū, a callo pedū vo-
catū siue callo pecudū perduratū. Tramites sunt
trāsuerfa in agris itinera siue rectavia dicti qđ trās-
mittāt. Diuortia sunt flexus viarū, hoc est vię in di-
uersa tēdentes, eadē diuerticula sunt, hoc est diuer-
sę ac diuersę vię siue semite trāsuerfę, quę sunt al-
tere vię. Biuiū quia duplex est via. Cōpeta quia plu-
res in ea cōpetunt vię. quasi triuię, quadriuię. Am-
bitus intervicinorū ēdificia locus duorū pedū & se-
mipedis, ad circūeundi facultatē relictus, & ab am-
bulādo dictus. Orbita vestigiū carri ab orbe rotę
dicta. Porro actus quo pecus agi solet. Cluosū iter
flexuosum. Vestigia sunt pedum signa primis plā-
tis expressa vocata qđ his vię p̄currentium insti-
gentur, idest cognoscantur.

¶ Incipit liber sextusdecimus.

¶ De pulueribus & glebis terrę.

Cap. i.

Puluis dictus qđ vi & venti pellat. Tolli-
tur enī eius flatu nec resistit nec stare
nouit sicut ait propheta. Tanq̄ puluis
quē proiicit ventus a facie terrę. Linus
vocat⁹ qđ lenis sit. Coenum est vorago
luti. Cinis ex incendio dicitur. Ab eo enī fit fauilla
qđ per ignē effecta sit. Nā fos ignis est. Gleba, qđ sit
globus. Pulueris enim collectione compingit & in
vno glomere adunat. Terra autē ligata gleba est,
soluta puluis. Labina eo qđ ambulātibus lapsum
inferat, dicta p̄deriuationē labe. Lutū vocatū qđ
dam per antiphrasin putāt, qđ sit mundū. Nā om-
ne lotum mundū est. Volutabra appellata, qđ ibi
apri voluētur. Vligo fordes lini vel aque sunt. Sa-
bulum leuissimū terrę genus. Argylla ab argis vo-
cata apud quos primum ex ea vasa cōfecta sunt.
Creta ab insula creta vbi melior est. Creta cymolia
candida est, a cymea italię insula dicta, quarū alte-
ra vestimentorū p̄ciosos colores emollit, & con-
fricato sulphurē, quodam nitore exhilarat, altera
geminis nitore p̄stat. Creta argentearea, & ipsa
candida appellata, eo qđ nitorem argēto reddat.
Terra samia a famo insula dicta, glutinosa, & can-
dida & linguę lenis, medicamentis & vasculis ne-
cessaria. Puluis puteolan⁹ in puteolanis italię col-
ligitur collibus. opponiturq; ad sustinēda maria,
fluctusq; frangēdos. Nā mersus aquis protinus la-
pis fit, vndisq; quotidie fortior effectus in saxū mu-
tatur, sicut agrylla igne i lapidē vertitur. Sulphur
vocatū quia igne accēditur. Vt enim ignis est. Nā
vis eius in aquis fruētibus sentitur, nec alia res fa-
cilius accēditur. Nascitur in insulis eoliis inter sic-
liam & italiam, quas ardere dicūt. Inuenitur & in
alijs locis effosum, Huius genera quatuor. Vnum
qđ foditur translucetq; & viret, quo solo ex oibus
medici vtūtur. Alterū qđ appellant glebā, vsibus
tantū fullonū familiare. Tertiū liquor est. vsus ei⁹
ad lanas suffiendas, quoniā candorem mollicieq;
p̄stat. Quartū ad lychina cōficiēda maxie aptū.
Sulphuris tāta vis est vt morbos comitiales depre-
hēdat nitore suo ipositus ignib⁹ ardescēs in calice
vini, prunaq; subdita circūferēs exardescētib⁹ re-
pculso pallorē dirū velut defunctorum effundit.

¶ De glebis ex aqua.

Cap. ii.

Bitumen in iudeę lacu asphaltide emer-
git, cuius gleba supernatātes nauē sca-
phis appropinquātes colligunt. in syria
aut lim⁹ est passim a terra exestuās. Spis-
satura aut vtraq; & dēfite coeunt, et vtraq; grę-
ci spissa asphalton appellant. Natura eius ardens
et ignium cognata, et neq; aqua neq; ferro rūpitur
nisi solis mulieribus inquinamentis, vtilis ad com-
pages nauū. Alumen vocatū a lumine qđ lumen
colorib⁹ p̄stat tingēdis. Est aut falsugo terrę, ef-
ficaturq; hyeme ex aqua et limo, & estiuis solib⁹ ma-
tura. Huius species duę sunt, liquiduz & spissum.

Sed quidā dictū putant q̄ in igne exiliat. Fugit eī ignē dū sit igneus, sed naturā sequitur quia ignis & aqua sep̄ inter se inimica sunt. Alij sal a sale & solevocatū existimāt. Nā aquis maris sponte gignit spuma in extremis littoribus vel scopulis derelicta & sole decocta. Sunt & lacus & flumina & putei e quib⁹ haurit, dehinc in salinis inde gestus sole siccat, sed & flumina desant in sale, amne reliquo sub gelu fluente. Alibi quoq; detrahit harenis colligit crescēs cū lunę noctibus, nā in cyrenea hāmoniacus sub harenis inuenit. Sunt et montes natiui salis in quibus ferro ceditur, vt lapis renascens mai⁹ tantē alicubi duricię, vt muros domosq; massis salis faciant, sicut in arabia. In natura quoq; salis differentie sunt. Nā alibi suavis alibi salissimus, cōmune sal in igne crepitat. Tragaseū, nec crepitat in igne nec exilit. Agrigentinū sicilię flāmis patiens in qua exilit, in igne fluit contra naturā. Sunt & colorū differentie. Mēphiticus rufus est. In pte quadam sicilię vbi ętna mōs est purpureus. Itē in eadē sicilia in pachyno adeo splēdidus & lucidus vt imagines reddat. In cappadocia crocinus effodit. Salis natura necessaria est ad oēm escā. Pulmentis eī saporē dat, excitat auiditatē, & appetitū in oib⁹ cibis facit. ex eo quippe ois victus delectio & sūma hilaritas. Hic & salus nomen accepisse putat. Nihil enī vtilius sale & sole. Deniq; corneavidemus corpora nauticorū, quinetiā pecudes, armenta et iūnta sale maxime prouocatum ad pastū, multū largiores lacte multoq; grauiores casei dote. Corpora etiā sal etiā astringit siccat & alligat. Defuncta etiā a putrescendi labe vindicat vt durent. Nitrum a loco sumpsit vocabulū. Nascit enī in oppido vel regione ęgypti nitria, ex quo et medicinę fiunt, & sordes corporū vestiūq; lauant. Huius natura non multū a sale distat, habet enī virtutes salis, & similiter oritur canescentibus littorib⁹ siccitate. Aphronitru græce latine spuma nitri est, de quo quidam ait Rusticus es nescis quid græco noīe dicat, spuma vocor nitri. Græcus es & aphronitru Colligitur aut in asia in speluncis distillans, dehinc siccat sole. Optimū putatur si minime fuerit ponderosus & maxime friabile, colore pene purpureo. Calchathū dictū, quia chalcidis est thimū. i. slos, vnde & apud latinos aeris flos appellat. Fit aut nunc in multis regionibus oli in hispania de puteis vel stagnis id genus aq̄ habētib⁹ quā decoquebāt, & in piscinas ligneas fundebāt appendētes sup eas restes lapillis extētas qbus lim⁹ in similitudine viteis acinis adherebat, sicq; eiectū siccabat dieb⁹. xxx. Fit autē nūc alibi in spelūcis, qd̄ liq̄de collectū dehinc diffusū in quosdā botros solidat, fit & in scrobib⁹ cauatissimarū e laterib⁹ decidētes a guttę coalescūt fit & salis mō ex flagrantissimo sole. Adeo aut cōstrictę virtutis est, vt in leonū & visorū ora spum tātā vim habeat ad stringendum vt non valeat mordere.

¶ De lapidibus vulgaribus.

Cap. iiii.

Lapis a terra tanq̄ dēsior etiā vulgo discer nitur. Lapis aut dictus q̄ ledat pedē. Lapis mollis est & sparsus. Saxa herent & a montibus excidūtur. Petra gręcū est. Silex est lapis durus, eo q̄ exiliat ignis ab eo dictus. Scopulus a saxo eminēti quasi a speculādo dictus, siue a tegimento nauū σκεπασειν. Spelea gręce spelūca latine. Est autē rupis cauata. Crepido est extremitas saxi abrupti, vñ & crepido vocata q̄ sit abrupti saxi altitudo, sicut heret pede pes desusq; vnde & vocat. Cauta aspera saxi in mari, dictę a cauēdo quasi cautę. Nurices petrę in littore, similes nuricis viuis acutissimę & nauibus pnciosę Iconfaxum est qd̄ humane vocis sonū captans etiā verba loquentiū imitatur. Icon autē gręce latine imago vocat, eo q̄ ad vocē respōdens, alieni efficitur imago sermonis, licet hoc quidē & locorū natura eueniat, ac plerūq; conualliū Calculus est lapillus terre admixtus, rotundus atq; durissimus & omni puritate lenissim⁹. Dicitur autē calculus q̄ sine molestia breuitate sui calcetur, cui contrarius est scrupus, lapillus minutus & asper, q̄ si inciderit in calciamentum nocet, et molestia est animo, vñ & molestiā animi scrupulū dicimus, hinc et scruposa saxa. i. aspera. Cos nomē accepit q̄ ferrū ad incidendū acuat. Cos enī gręco sermone incisio noīat. Ex his alie aquarię sunt, alię oleo indigēt in acuēdo, sed oleū lenē, aque acie acerrimā reddunt. Punex vocat eo q̄ spumę desitate cōcretus fiat, & est aridus, candore paruus, tantāq; naturā refrigerandī habēs. vt in vase missus musta deferuere desinat. Rudos artifices appellāt lapides cōtusos & calci admixtos, quos in pauimētis faciēdis supfundūt, vñ et rudera dicunt. Gypsum cognatū calci est, & est gręcū nomē, plura eius genera. Omnīū autem optimum lapis specularis. Est eī in ignis edificiorū & coronis gratissimus. Calx viua dicta, quia dū sit tactu frigida, intus occultū continet ignē. Vnde et perfusa aqua statim latens ignis erumpit. Natura eius mirū aliquid facit. Postq̄ enī arserit aquis incenditur qbus solet ignis extingui, oleo extinguit quo solet ignis accendi. Vfus eius structuris fabricę necessarius. Nam lapis lapidi non potest adherere fortius, nisi calce cōiunctus. Calce e lapide albo et duro melior structurę, ex molle utilis tectoriis. Arena ab ariditate dicta non ab adherēdo in fabricis vt quidam volunt. Huius probatio, si manu impressa stridat, aut si in vestem candidā aspersa nihil sordis relinquat.

¶ De lapidibus insignioribus.

Cap. iiii.

Agnes lapis indic⁹ ab inuētore vocatus. Fuit aut in idia primū reptus clavis crepidarū baculiq; cuspidi herens cū armenta idē magnes pasceret, postea & passim inuētus. Est autē colore ferrugineus, sed pbatur, cum ferro adiunctus eius fecerit raptū. Nam adeo apprehendit ferrū vt catenam faciat annulorū, vnde &

cum vulgus ferrū viuum appellat. Liquorē quoq; vitri vt ferrū trahere creditur. Cuius tātavis est vt refert beatissimus Augustinus q; quidā eundē magnetem lapidē tenuerit sub vase argēteo, ferrūq; sup argētum posuerit, deinde subter mouente manu cū lapide ferrum cursim desup inouebat. Unde factū est vt in tēplo quodā simulacrū ex ferro pēdere in aere videret. Est quippe & alius i ethiopia magnes qui ferrū nō ambit, sed respuit. Omnis autē magnes tāto melior est, quātomagis ceruleus est. Gagates lapis primū inuētus est in sicilia gagatis fluminis fluore reiectus, vñ & noiatus, licet in britānia sit plurimus. Est autē niger planus, leuis, & ardēs ignis admotus. Fictilia ex eo scripta non delent incēsus serpentes fugat, demoniacos p̄dit, virginitatē deprehēdit mirū qđ accenditur aqua, oleo restinguit. Abeston arcadię lapis ferrei coloris ab igne nomē sortitus eo q; accēsus semel nūq; extinguit. De quo lapide mechanicū aliqd hūana ars mollita est, q; gētiles capti sacrilegio mirarentur. Deniq; in tēplo quodā fuisse veneris fanum dicūt, ibiq; candelabrū & in eo lucernā sub diuo sic ardentē vt eā nulla tēpeestas nullus imber extigueret. Pyrites p̄ficus lapis fuluus, aeris similis qualitatē, ita est dictus qm̄ plurimū illi sit ignis, siquidē facile scitillas emittit, hic tenētis manū si vehementius premat adurit, p̄pter qđ ab igne nomē accepit. Est alius pyrites vulgaris quē viuū lapidē appellāt, q; ferro vel lapide p̄cussus scitillas emittit, quæ excipiunt sulphure vel alijs fungis vel folijs, & dicto celerius p̄bet ignē. Hūc vulgus focarem petrā vocat. Selenites latine lunaris interpretat, eo q; interiorē ei candorē cū luna crescere atq; deficere aiūt, gignit in p̄fidia. Dionysius lapis fuscus & rubētibus notis sparsus. Vocat autē ita, q; si aq; mixtus cōteratur vinū fragrat, & q; in illo mirū est ebrietati resistit Tracicus niger & sonorus nascit in flumie, cuius nomē est pōtus in equitia. Phrygius lapis ex loco traxit vocabulū. Nascit ei in phrygia, colore pallidus, mediocriter grauis. Est autē gleba punicosa. Vritur anteavino p̄fusus, flatusq; folliis donec rubescat, ac rursus dulci vino intigitur ternis vicibus tingēdis vestib; tantū utilis. Syrius lapis a syria vbi reperit appellat, hic niger fluctuari traditur, cōminutus mergi. Arabicus similis est ebori sine vlla macula. Hic defricat ad cutē succū dimittit croco similē. Iudaicus lapis albus est, atq; in scemate grādis scriptaris subinuicē modulatus, quas grēci grāmas appellāt. Samius a samo īsula vbi reperitur vocat, & est grauis & cādīdus, poliē di aurū utilis. Mēphitis vocat a loco egypti. & ē gē mantis nature. Hic trit atq; in his quę vtēda sunt & secanda ex aceto illinitus ita obstupescere facit corpus vt nō sentiat cruciatū. Sarcophagus lapis dictus eo q; corpora defunctorū cōdita in eo infra xl. dies absumuntur. σαρκίς enim grēce caro dicitur φάγειν comedere. Nascit autē in troade, fissiliq;

vena sciditur. Sūt & eiusdē generis in oriēte saxa, quę etiā viuētibus alligata erodūt corpora, mitiores autē seruādis corporibus nec absumēdis. Hematites appellatus eo q; cote resolutus i colorē veniat sanguinis. Est autē admodū liuidus. Est & ferrugineus. Nascitur in vltima egypto, babylonia & hispania. Andromātus colore niger, pōdere & duricia īsignis, vñ & nomē traxit, p̄cipuus reperit in africa. Trahere autē in se argētū velēs dicit, q; attritus vt hematites in colorē redigitur sanguinis. Isistos iuenitur i vltima hispania, croco similis cū leui fulgore, facile fricabilis, Amāthon appellat a veteribus, eo q; si ex ipso vestis fuerit cōtracta cōtra ignē resistat, & igni īposita nō ardeat, sed splendore accepto nitescat, & est scissi-aluminis similis, veneficijs resistēs oibus, specialiter magorū. Batrachites lapis similis est testē lamiosę scissibilis Galactites colore cinereus, gustu suauis, sed ideo vocatus q; quidā de se lacteū attritus dimittat. Obsius lapis niger est trāslucidus, & vitri habēs similitudinē, & ponitur i speculis parietū p̄pter imaginum ymbras reddēdas. Gēmas multas ex eo faciūt. Nascitur in india & in samo italię. Mitridas lapis euphratis sole repcussus coloribus micat varijs. Ethites lapides reperiūtur i nidis aquilarū. aiūt binos inueniri, marē & foeminā, nec sine his parere aquilas. Horū masculus durus similis galę subrutilis foemineus vero pusillus ac mollis. Alligati partus celeritatē faciunt, etiā aliquibus vuluę excidūt nisi cito parturiētibus auferātur. Fingites cappadocię lapis, duricia marmoris. cādīdus atq; trāslucēs, ex quo quondā templū cōstructū est a quodā rege foribus aureis, quibus clausis claritas intus diuturna erat. Emites lapis ebori similis in quo dariū cōditū fertur parioq; similis candore & duricia, minus tantū pōderosus, q; purus vocat. Ostracites vocat q; similitudinē testē habeat, vsus eius pro punice. Melanites lapis dictus eo q; melleū & dulcē succū emittat. Hisniris lapis asper & idomitus, & oia atterens, ex quo lapide gēme terūtur. Chrysites colore similis ocreę inuenit in egypto Amites similis nitro, sed durior, gignitur in egypto & arabia, nascitur in ethiopia veluti viridis, sed lacte cū resoluuitur, remordēs vehementer. Coranus albus est duriorq; pario. Molotius veluti viridis & grandis, inuenitur in egypto. Tusculanus a loco italię dictus, dissiliri igne traditur. Sauinus lapis fuscus, addito oleo etiā lucere fertur. Est & quidā viridis lapis vehementer igni resistens. Sifinius mollis & cādīdus, sed calefactus oleo nigrescit atq; durefcit. Lapides quoq; medicinaliū mortariorū & pigmentorū vsibus apti, edesius p̄cipuus, & inde colaticus. Thebaicus quoq; & basanites lapides nihil ex sese remittētes. Specularis lapis vocatus est q; vitri more trāsluceat, repertus primū in hispania citeriore, & circa segobricā urbē. Inuenitur em̄ sub terra et effossus excidit atq; findit in quilibet tenues crustas.

De marmoribus.

Capi. v.

Quod est lapidū genere veniem⁹ ad marmora. Nā inter lapides & marmora differentia est. Nā marmora dicuntur eximij lapides qui maculis & colorib⁹ cōmendātur. Marmor sermo gręcus est, a viriditate vocatus, & quāvis postea & alij colores inveniātur, nomen tñ pristinū a viriditate retinuerunt. Marmorum colores & genera innumerabilia sunt. Non tamen oīa e rupibus excidunt, sed multa sub terra sparta sunt et præciosissimi generis, sicut laedemoniū viride cunctisq; ilariis, repertū prius apud lacedæmones, vñ & vocabulum traxit. Ophites serpentiū maculis simile est, vnde et vocabulū sumpsit. Duo eius genera, molle candidū, nigrum durū. Augusteū & tiberiū in egypto augusti et tiberij primū principatu reperta sunt. Differentia eorum est ab ophite, cū illud vt prædixim⁹ serpentiū maculis sit simile, hæc maculas diuerso modo colligūt. Nā augusteū vndatim est crispū in vertices, tiberiū sparsa nō cōuoluta canicie. Purpurites ex egypto est rubēs cādidis interueniētibus punctis. Noīs eius causa q̄ rubeat vt purpura. Basanites ferrei coloris sine duricie, vnde & nomē ei datum est, inuētus in egypto & æthiopia. Alabastrites lapis candidus, intertinctus varijs coloribus, ex quo euangelici illius vnguētū vasculū fuit. Cauant em̄ hunc ad vasa vnguētaria, qm̄ optime seruari incorrupta dicūt. Nascūt circa hebes egyptias & damascum syrie, ceteris cādidior, probatissimus vero in india Parus cādoris eximij, lychnites cognomen to, hic apud paron insulā nascūt, vnde & parus nūcupatus. Magnitudo eius qua lāces craterasq; nō excedat. Vnguētis et ipse aptus. Coralliticus i asia repert⁹ mēsurā nō vltra cubitos binos, cādore pximo eboris, ad quandam similitudinē e diuerso niger. Alabādicus terrę suę noīe nūcupatus purpure aspectui similis. Iste in oriēte igne liquatur, atq; ad vsum vitri fundit. Thebaicus intertinct⁹ aureis guttis inuenitur in parte egyptia, script⁹ coticulis ad terēda collyria quadā vtilitate naturali conueniēs. Sienites circa sienē vel thebas nascūt, trabes ex eo fecisse reges phibētur. Marmora aut̄ que in officinis sunt, rupib⁹ gignunt, ex qbus iste sienites diuersi coloris maculis distinctus est, cuius primū vsum insulę cyclades dederūt. Lesbicus liuidior est paulo huic, sed & ipse diuersi coloris maculas habēs. Coritheus ammoniacę guttę similis cū varietate diuersorū colorū coritho primū repertus, ex eo colūnæ ingētes liminaq; fiunt ac trabes Charysteum, viride optimū nomē ab aspectu habēs eo q̄ gratū sit his q̄ gēmas sculpunt, eius em̄ viriditas reficit oculos. Numidicū marmor numidia mittit ad cutē succum dimittit, croco similem. vnde & nomē accepit, nō crustis, sed in massa, & liminū vsū aptum. Luculleū marmor nascitur in chio insula cui lucullus cōsul nomē dedit, q̄ delectatus illo primū romā iuexit, solūq; pene hoc marmor ab ama-

tore nomē accepit. Est & limēsis, tephria appellatus, colore cineris cuius lapidis alligatio cōtra serpentes laudatur. Ebur a barro. i. elephāto dictū. Ho. Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris

De gemmis.

Capi. vi.

Quod est marmorū genera gēme sequunt, quæ multū auro decorē tribuūt venustate colorū. Primordia earū a rupe caucasii. Fabulę ferunt pmetheū primū fragmēta saxi eiusdē inclusisse ferro ac digito circūdasse, hisq; initiū cōepisse anulū atq; gemmā. Genera gēmarū innumerabilia esse traduntur, e quib⁹ nos ea tātū quę principalia sunt siue notissima annotabimus. Gēma vocatę q̄ istar gūmi tranfluēat Pręciosi lapides ideo dicti sunt, quia care valēt, siue vt a vilibus discerni possint, seu q̄ rari sint. Omne em̄ qd̄ rarum est, magnum & præciosum vocatur, sicut & in samuelis volumine legitur. Et sermo domini præciosus erat in israel, hoc est rarus.

De viridioribus gemmis.

Capi. vii.

Omniū gēmarū virentiū smaradus principatum habet. Cui veteres tertiā post margaritas & vniones tribuūt dignitatē. Smaradus animi viriditate dicit. Omne enim satis viride smaradū dicit. Nullis em̄ gēmis vel herbis maior q̄ huic austeritas est. Nā herbas virētes frondesq; exuperat, inficiēs circa se viriditate repcussum aerē. Sculpētibus quoq; gēmas uulla gratior oculorū refectio est. Cuius corpus si extentū fuerit sicut speculū ita imagines reddit. Quippe Nero cęsar gladiatoris pugnas in smaragdo spectabat. Genera ei⁹. xij. sed nobiliores scythici, q̄ in scythica gēte reperiunt. Secundū locū tenēt bactriani. Colliguntur em̄ in cōmissuris saxorū flante aquilone. Tunc em̄ tellure deoperta intermicāt. quia his vētis harenæ maxime mouent. Tertiū egyptij habēt. Reliqui in metallis ærarijs inueniuntur, sed viciosi. Nā aut ere aut plumbo aut lapillamētis, vel salis similes notas habēt. Smaragdi autē mero & viridi pfi ciūt oleo quāvis natura imbuanē. Calcosmaragdus dicta q̄ viridis sit, & turbida aeris venis. Hæc in egypto vel cypro insula nascitur. Prasius viridante colore dictus, sed vilis. Cuius alterū genus sanguineis punctis abhorret. Tertium distinctuz virgulis tribus cādidis. Berillus in india gignitur, gētis suę lingua nomen habens, viriditate similis smaragdo, sed cū pallore. Politur autē ab indis in sexāgulas formas, vt hebetudo coloris repcussione angulorū exciteē. Alter polit⁹ nō habet fulgorem. Genera eius nouē. Crisoberillus dictus eo q̄ pallida eius viriditas in aureū colorē respōdeat, & hunc india mittit. Crisopassus indicus est colore porri succum referēs, aureis interueniētibus guttis, vñ & nomē accepit, quē quidā berillorū generis iudicauerūt Iaspis de gręco in latinū viridis gēma interpretat. Iasq; ppe viride, pinnasin gēma dī. Est autē smaragdo subsimilis & crassi coloris Species ei⁹ decē & septē. volūt aut̄ qd̄ i iaspidē gēma &

thiē gēma; ceruleo coruscās nitore purpura interdum & punctualis intermicātibus auratis puluisculis variās Roditis rosea est & eo nomē accepit.

¶ De candidis.

Cap. x.

Margarita prima candidarū gēmarū, quā inde margaritā aiunt vocatā, q̄ in cōculis marinis hoc genus lapidū iueniatur. Inest enī in carne cochleæ calculis natus. sicut in carne ostreæ præciosissima margarita reperiri dicat̄, vel sicut in cerebro piscis lapillus. Gignitur autē de cœlesti rore, quē certo anni tēpore cōculē hauriunt. Ex quibus margaritis quēdā vniones vocantur. aptū nomē habētes, q̄ tm̄ vnus nunq̄ duo vel plures simul reperiātur. Meliores autem candidę margaritę, q̄ quę flauescunt. Illas enī aut iuuetus, aut matutini roris cōceptio reddit candidas, has senectus, vel vespertin⁹ aer gignit obscuras Pedorus secūda post margaritā candidarū gemmarū, de qua quęritur in quo colore numerari debeat totiens iactati p̄ alienas pulchritudines noīs adeo vt decoris prerogatiua vocabulo facta sit. Asterites gēma candida est inclusum lucē continens, veluti stellā intus ambulantē, redditq; solis candidantes radios, vñ et nomē accepit. Galacites lactea ē quę attrita reddit succum albū, ad lacteū saporē fœminis nutriētibus illigata fœcūdat vbera, Infantum quoq; collo suspēsa saliuā facere fertur, in ore aut liquefcere & memoriā adimere. Mittunt eā nilus & achlaous amnes. Sunt qui smaragdū albis venis circūligatū glactiten vocāt. Galatias grandinis & candorē præfert & figurā. duricia quoq; inuicta vt adamas, etiā in igne posita manet suū frig⁹. Solis gēma candida est, traxitq; nomen q̄ ad solis speciē in orbē fulgētes spargit radios. Solētes trāflucet candido melleoq; fulgore cōtinens lunę imaginē quā iuxta cursum astri ip̄ius perhibētī in dies singulos minui atq; augeri, nascit̄ in p̄sida. Cymedia inuenitur in cerebro piscis eiusdē noīs, cādida & oblonga. Pręsagite his ferunt magi signa tranquillitatis vel tēpestatis. Beloculus albicans pupilam cingit nigrā e medio aureo fulgore lucentē, & propter speciem assyriorū regi belo dicatā, vnde & appellata. Emipelas dicitur, cum in cādida gēma supne enigricat color, vñ & nomē habet. Exebenus speciosa & cādida q̄ aurifices aurū poliunt.

¶ De nigris.

Cap. xi.

Achates reperta primū in sicilia iuxta flumen eiusdē noīs, postea plurimis i terris. Est autē nigra habēs in medio cirrulos nigros & albos iunctos & variatos similis hęmatiti. Magi suffitu earū si crediūt tēpestates auertūt, flumina sistunt. Absictos nigra & ponderosa distincta venis rubētibus. Hęc excalesfacta igni septē dieb⁹ calorē tenet Egypti illa nigra est radice cærulea facie, ex egypto vbi iuenitur vocata. Medea nigra est, a medea illa fabulosa inuēta. Habet venas aerij coloris, sudorem reddit crocū saporē vini. Ve-

ientana italica gēma est a veiētibus reperta, nigra facie, albis intermicātibus notis. Baruptos nigra est cū sanguineis & albis notis. Meramelas nigra vena, quēlibet colorē secans p̄ mediū. Veneris crinis nigerrimi nitoris, cōtinens in se speciē rufi crinis. Tricun⁹ ex africa nigra est, sed tres succos reddit, ab radiante nigrū, e medio sanguineū, e summo ocreę. Dionysia nigris mixtis rubentib⁹ notis, ex aqua trita, vinum fragrat, & odore suo ebrietati resistere putatur Pyrites nigra quidem sed attritu digitos adurit.

¶ De varijs.

Cap. xij.

Angus varius ex oībus pene coloribus cōstans vñ & nominatur Olea barbari noīs ex fuluo, & nigro viridiq; & candido est. Mitridax sole p̄cussa, coloribus micat varijs gignitur in p̄sida Droselitus, varius noīs causa, quia si ad ignem applicet̄, velut sudorē mittit. Opallus distinct⁹ diuersarū colore gēmarū. Est enī in eo carbūculi tenuior ignis, amethysti fulgēs purpura, smaragdi nitens viriditas & cuncta pariter sub quadā varietate lucētia. Nomē habet ex patria, solo enī eū parturit india. Pōticę a pontio dicūtur. genere diuerso, nunc sanguineis, nunc auratis guttis micātes, alię habētes stellas, alię lōgis chorū ductibus lineatę. Hexocōthalthus in parua magnitudine multicolor, vñ & hoc nomen sibi adoptauit. Tam diuersis enī notis sparsus est, vt sexaginta gēmarū colores in paruo eius orbiculo dephendātur, nascitur autē in libya apud troglodytas. Murina apud parthos gignit̄, sed p̄cipua in germania, humorē sub terra putant calore densatum. vnde & nomē sumpsit. Varietas eius in purpurā cādorēq; & ignē cum quibusdā colorum repercussionibus quales in cœlesti arcu spectantur. Cuius contraria causa crySTALLū facit, gelu concreto vehementiore.

¶ De crySTALLIS.

Cap. xij.

CrySTALLUS resplēdēs & aquosus colore tradit̄ q̄ nix sit glacie durata p̄ ānos, vñ & nomen ei gręci dederūt. Gignit̄ aut in asia & cypro maxie in septētionū alpibus, vbi nec estate sol feruētissimus iuenitur. Ideoq; ipsa diuturna & annosa duricia reddit hęc speciem quę crySTALLUS dicit̄. Hic oppositus radijs solis adeo rapit flāmā, vt aridi fungis vel folijs ignem præbeat. Vfus eius etiā ad pocula destinatur. Nihil aut aliud q̄ frigidum pati potest. Adamas indicus lapis paruus & id decorus ferrugineū habēs colorē & splendorē crySTALLI. Nunq̄ aut vltra magnitudine nuclei auellaneę repertus. Hic nulli cedit materię, nec ferro qdē nec igni, nec vnq̄ incalescit, vñ & nomē gręca interpretatiōe indomita vis accepit. Sed dū sit iuictus ferri ignisq; contēptor, hircino rumpitur sanguine recēti et calido maceratur, sicq; multis ictib⁹ ferri perfringitur. Cuius fragmētī sculptores pro gemmis insignēdis p̄forādilq; vtuntur. Hic autē disti-

gratia & tutele esse gestatibus quod credere non fidei sed superstitionis est. Topazion, ex virēti genere est omniq; colore resplendēs, inuēta primū in Arabia insula in qua troglodyte p̄dones fame & tēpestate fessi, cū herbarū radices effoderent eruerunt. Quę insula postea quęsita nebulis cooperta tandē a nauigantibus inuenta est. Sed ob hoc loc⁹ & gemma nomen ex causa accepit. Nam topazin trogloditarum lingua significationē habet querēdi. Est autē amplissima gēma, eadē sola nobiliū lī mā sentit. Genera ei⁹ duo. Callaica colore viridisq; pallens & nimis crassa, nihil iocundius, aurū decēs vñ & appellata. Nascit̄ in india vel germania in rupibus gelidis oculis modo extuberans. Molochites spissus virens, & crassior q̄ smaragdus, a colore malū nomē accepit, i reddēdis laudata signis nascit̄ in arabia. Eliotropia viridi colore & nubilo stellis puniceis superparsa cū sanguineis venis causa nois de effectu lapidis est. Nā deiecta in labris eneis radios solis mutatur sanguineo percussu. Extra aquā autē speculi modo solem excipit. deprehēditq; defectus eius subeuntē lunā ostendēs magorū ipudentie. Manifestissimū in hoc quoq; exēplū est, q̄ admixta herba eliotropio quibusdā additis p̄cantationibus gerentē conspici negant. Gignitur in cypro & in africa, sed melior i aethiopia. Sagda gēma prasini coloris apud chaldeos. Cuius tantavis est vt permeantes naues e profundo petat. & carinis ita tenaciter adhereat, vt nisi abrasa parte ligni vix separetur. Myrrhites dicta est q̄ i eo myrrhevis est. Cōpressus autē vsq; ad odorē nardi spirat suauitatē aromatis. Reperitur in arabia vel aegypto. myrrhē coloris & odoris, vnde & nomē accepit. Melecros, bicolor ex vna parte viridis, ex altera melli similis. Coaspis a flumine persarū dicta est ex viriditate fulgoris aurei.

¶ De rubris gemmis

Cap. viii.

Corallius gignit̄ in mari rubro forma ramus colore viridis, & maxime rubens. Baccę eius vel vię candidę sub aqua & molles, de tractę cōfesti durant̄ & rebescūt tactuq; p̄tinus lapidescūt. Itaq; occupari euelliq; retibus solet aut a cri ferramento p̄cedi, qua de causa corallius vocatur. Quantū autē apud nos margaritū indicū p̄ciosum est, tētum apud indos coralliū. Hunc magi fulminibus resistere affirmāt, si creditur. Sardi⁹ dicta, eo q̄ primū reperta sit a sardis bec rubruz habet colorē, marmoribus p̄stās, sed inter gēmas vilissima. Genera eius quinq;. Onyx appellata q̄ habeat in se permixtum candorem in similitudinē vnguis humanę. Gręci enim vnguem onycem dicunt. Hanc india vel arabia gignit, distans autē in uicem. Nam indica igniculos habet albis cingētib; zonis, arabica autem nigra est cum candidis zonis. Genera eius quiq; Sardonix ex duū nois societate vocata ē. Est ei⁹ ex onycis cādore & sardo. Constat autem trib⁹ coloribus. subterius nigro me-

dio candido, superius minio. Hęc sola in signando nihil cerę auellit. Reperitur autē apud indos & arabes detracta torrentib⁹. Genera eius quinq;. Hęmatites rubore sanguineus ac propterea hęmatites vocatus. Hęma quippe sanguis est. Gignitur in aethiopia quidē, sed principalis in arabia & in africa inuenitur. De qua promittunt magi quidaz ad coarguendas barbarorū infidias. Succinus quem appellant gręci electron fului cereiq; coloris, ferē arboris succus esse, & ob id succinū appellari. Electrum autē vocari fabulosa argumentatio dedit. nā q; phœtonte fulminis ictu interempto, sorores ei⁹ luctu mutatas in arbores populos lachrymis electrū omnibus annis fundere iuxta eridanū amnez & electrū appellatum, quoniam solvocitatus sit electrum plurimi poetę dixerūt. Constat autē non esse succū populis sed pineę arboris. Nā accensus tēde nidori fragrat. Nascitur autē in insulis oceani septētrionalis, sicut gūmi, dēaturq; vt crystallū rigo revel tempore. Ex ea fiunt decoris gratia agrestium fęminarū monilia. Vocati autē a quibusdā harpaga eo q̄ attritu digitorū accepta caloris anima folia paleasq; & vestium fimbrias rapiat, sicut magnes ferrū. Quocūq; autē mō libeat tingit̄. Nā auctuse radice cōchylisq; inficitur. Ligurius vocatus q̄ fiat ex vrina lyncis bestię tempore indurata. Est autem sicut & succidum fulua, attrahens spiritu folia propinquantia.

¶ De purpureis.

Cap. ix.

Inter purpureas gēmas principatū amethystus indicus tenet. Amethyst⁹ purpureus est, permixto violaceo colore, & quasi rore nitore & leniter quasdā flammulas fundens. Alterū eius genus descendit a hyacinthis. Causam nominis eius asserit, quasi sit quidā in purpura illius non ex toto igneū sed vini colorē habens. Est autē sculpturis facilis. Genera eius quinq;. Saphirus cęruleus est cū purpura, habens pulueres aureos sparsos, optimus apud medos, nusq; tamen perlucidus. Hyacinth⁹ ex nominis sui floris vocatur. Hic in aethimologia inuenitur, cęruleum colorem habens optim⁹ qui nec rarus est, nec densitate obtusus sed ex vtroq; temperamento lucens purpuraq; refulgens, hic autē non rutilat equaliter, sed cum facie cęli mutatur. Sereno enim perspicuus est atq; gratus, nubilo corā oculis euanescit atq; marcescit. in os missus frigidus est, in sculpturis durissimus, nec tamen inuisctus. Nam adamante scribitur & signatur. Hiacyinthizōto indicus est, hiacyinthū prope referēs. Quidā autē eorum crystallis similes capillamētis intercurrentibus obscurantur ex quo etiam viro nomen illorū est. Amethystizōtas appellatur, quia ei⁹ extremus igniculus in amethysti violam exit. Cęlido nia ex hirundinū vocata colore. & duorum est generum, quarū vna ex altera parte purpurea, & alia purpurea nigris iterueniētib⁹ maculis. Cyanea scy

det cū magnete lapide, intantū vt iuxta posit⁹ fer-
rū nō patiatur abstrahi magneti. aut si admotus
magnes cōprehenderit, rapiat atq; auferat. Fertur
quoq; in electri similitudine venena deprehendere
metusanos expellere, maleficis resistere artibus.
Genera eius sex. Galatias grādinū & candorē & fi-
gurā adamantinā duricię habet. Etiā in igne posi-
tus manet suū frigus Cerauniorū duo genera sūt
Vnū quod germania mittit crySTALLINI simile splē-
det tñ ceruleo, & si sub diuo positū fuerit fulgorez
rapit sidereū. Cerauniū alterū hispania i lusitanis
littoribus gignit cui color pyropo rubentiet qua-
litas vt ignis. Hęc aduersus vim fulgurū opitulari
fertur, si credim⁹. Dicta autē ceraunia, qm̄ alibi nō
inuenitur q̄ in loco fulminis ictui proximo. Gręce
ei fulmen ceraunos dī. Iris apud arabīā in mari ru-
bro nascitur coloris crySTALLINI, sexangulata dicta
ex argumento ignis. Nam sub tecto percussa sole
spēs & colores arcus cęlestis i p̄ximos parietes imi-
tat. Astrion ex india est crySTALLO p̄pinqua, in cui⁹
centro stella lucet fulgore lunę plenę. Sūpsit autē
nomen q̄ astris opposita, fulgorē rapit ac egerit.
Electria quasi electoria. In vētriculis ei gallinatis
inuenit, crySTALLINA specie, magnitudine fabę. Hac
in certaminibus inuictos fieri magivolunt, si credi-
mus. Enidros ab aqua vocata. Exundat enī aqua
itavt clausam in ea putes fontanā scaturiginē. Om-
niū ardentū gēmarū principatū carbunculus ha-
bet. Carbunculus autē dictus q̄ sit ignitus vt carbo
cuius fulgor nec nocte vicitur. Lucet ei in tenebris,
adeovt flāmas ad oculos vibret. Gñā ei⁹ duodeci
sed p̄stātiores quidentur fulgure & velut ignem
effundere. Carbūculus autē gręce anthrax dicitur.
Gignitur in libya apud troglodytas. Anthracites
vocatus q̄ sit & ipse coloris ignei vt carbunculus,
sed cādida vena p̄cinctus, cuius p̄prium est, q̄ ia-
ctatus in ignē, velut inter mortuose xtinguit, at cō-
traquis perfusus exardescit. Sandasirus nascit i in-
die loco eiusdē noīs. Species eius q̄ veluti intra lu-
cido igne intus fulgente aureę guttę. Constat in-
ter oēs quātus numerus stillarū accedit, tāto & p̄-
ciū accedere. Lychnis ex eodē gñe ardentū est, ap-
pellata a lucernorū flagrantia, gignit in multis lo-
cis, s; p̄batissima apud indos. Quidā eā remotio-
rē carbunculū esse dixerūt. Huius duplex facies,
vna quę purpura radiat, altera q̄ cocci rubore a so-
le excalecta, aut digitorū attritu paleas & car-
tharū fila ad se rapere dicit. Sculpturis resistit, ac si
qn̄ sculpta fuerit, dū signa i primit, quasi quodā a-
nimali morfu partē cęre retentat. Genera ei⁹ qua-
tuor. Carcedonia hoc est quod & lychnis facere di-
cit, q̄q̄ multo vilior p̄dictis, nascit apud nasamo-
nas, ibre vt ferūt diuino, inuenit ad repercussū lu-
nę plenę. Oīa autē gñā sua sculpturę resistunt. Ala-
bādina dicta ab alabāda alię regiōe, cui⁹ color ad
calcedoniū vadit, sed rarus. Dracōtidē sex cerebro
draconis eruit quę nisi viuenti abscisa fuerit non

ignescit. Vñ & eā magi dormientibus draconibus
amputāt. Audaces ei viri, explorant draconū spe-
cus & spargūt ibi gramina medicata ad incitādū
draconū soporē, atq; ita somno sopitis capita dele-
cant & gēmas detrahunt. Sunt autē cādore translu-
cido. Vsu earū oriētis reges p̄cipue gloriant. Cbry-
sopassus ethiopic⁹ ē quē lapidē lux cęlat, prodit
obscuritas. Nocte enī igneus est, die aure⁹. Phlogi-
tes ex perfida est ostentās intra se quasi flāmas æ-
stuātes quę nō exeant. Syrtires vocata, qm̄ in litto-
re syrtiū inuēta primū est i parte lucanię. Color ei⁹
croceus intus stellas cōtinēs elāguidas, & sub nubi-
lo renitētes. Ermiscion inter gratissimas gēmas a-
spicit & ex igneo colore radians auro, portās secū
in extremitatibus candicam lucem.

¶ De aureis.

Cap. xiiii.

Sunt quędā gēmarū gñā spē metalloꝝ vel
lapidū cognominata. Chrysopis aurū tñ
videtur esse. Chrysolit⁹ auro similis ē, cuz
marini coloris similitudine, hūc æthiopia
gignit. Crysolectrus similis est auro, sed in colorez
electri vergens matutino tñ aspectu iocūd⁹. rapa-
cissimus igniū, & si iuxta fuerit celerrime ardescēs
Chrysolansis ex auro & igne vocata. Aurea est enī
die & nocte ignea, hanc æthiopia gignit. Ammo-
chrysus harenis auro intermixtus nūc brachtearū
nūc pulueris habet quadrulas, gignit in perfida.
Leochrysus, colore aureo interueniēte cādida ve-
na. Melectrisis dicta, q̄ veluti per aurū sincerū, sic
hęc gēma transluceat Chryfocolla gignitur in india
ybi formice eruūt aurū. Est autē auro similis & ha-
bet naturā magnetis, nisi q̄ augere aurū traditur
vnde & nuncupat. Argirites similis argēto habēs
stigmata aurea. Androdoma argenti nitorem ha-
bet, & pene adamas quadrata semper tesseriis. Ma-
gi putant nomen impositū ab eo q̄ aīoꝝ ipet⁹ vel
iracūdias domare & refrenare dicit, si credimus.
gignitur in mari rubro. Calcitis aerii coloris ē. Cal-
cofanus nigra est, sed lapidi illisa çris tinnitū red-
dit. Balanites duo sunt gñā, subuiridis & corinthę
çris similitudinē mediā secāte flāme vena. Sede-
ritis a cōtēplatione ferri nihil dissonat. In malefici-
is quoquō si inferat discordias excitat. Ideus da-
ctylus ex insula creta est ferrei coloris, causa nomi-
nis ei⁹, quia pollicē humanū exprimit. Ethiopicus
ferrei coloris est, qui dū teritur nigrū succū emit-
tit. zimilianicius in euphratis alueo legit̄ proconi-
sio marmoris similis medio colore glauco, veluti o-
culi pupilla internitens. Arabica ex patria dicta,
aspectu eburnea est. Efestitis speculi naturā habet
in reddēdis imaginibus q̄q̄ rutilet, experimentum
eius, si feruētī aque addita statī refrigeret, aut si so-
li opposita aridā materiā accendat, nascitur in co-
rico. Ostracites lapidosus colore testaceo durior.
Altera achati similis nisi q̄ achates politura pin-
guescit, duriori tanta inest vis, vt alię gēme sculpā-
tur fragmentis eius. Glossa petra similis est liguē

humane, vñ & nomen sumpsit. Fertur autem deficere luna e celo cadere, cui non modicam magi tribuunt potestatem. Nam ex eo lunares motus excitari putant. Sunt & quedam gemarum genera cognominata ab animalibus. Echites viperas maculas exprimit. Carcine marini caeri coloris est. Scorpiter scorpionum colore & effigie refert. Mirmicites formice raptantis effigie imitatur. Taopauoni est similis. Hieracites accipitris coloris. Ethites aquile. Egoptalmus caprino oculo similis. Licoptalmus quatuor colorum ex rutilo sanguineum in medio nigrum, candidum circumgitur luporum oculus. Meconites papauer exprimit. Sunt & quedam gemarum quibus gentiles in superstitionibus quibusdam uentis. Liperia suffita omnes bestias euocare tradunt. Anancitide in necromantia demonum imagines euocare dicitur. Sinocitide umbras inferorum euocatas tenere pagani aiunt. celonites oculus est indicis testudinis, varius & purpureus. Per hunc magi impositum lingue futura prenuunciari fingunt. Bronia a capite testudinum et tonitruis cadiputatur & restringere fulminis ictus. Hienia lapis in oculis hienis bestie inuenitur. Qui si sub lingua hominis subditus fuerit, futura eius precinere dicunt. Sed et corallius tepestati et gradini resistere fertur. Potica est gemma quedam liuore perlucida, habens stellas rubeas, interdum & aureas. Dicunt per eam interrogare demones et effugare. In quibusdam gemmarum generibus veras a falsis discernere magna difficultas est, quippe cum inuentum sit ex vero genere alterius in alia falsa transducere, ut sardonices que ternis glutinatur gemmis ita ut deprehendi non possint. Figunt enim eas ex diuerso genere nigro candido minioque colore. Nam et pro lapide preciosissimo smaragdo quidam vitrum arte inficiunt, et fallit oculos subdole quedam falsaviriditas, quoad usque non est qui probet simulatum & arguat, sic & alia alio atque alio modo. Neque ei est sine fraude vitra mortalium. Omnes autem non translucidas gemmas coecas appellari eo quod densitate sua obscurentur.

De vitro.

Cap. xv.

Vitrum dictum quod visui perspicuitate translucet. In aliis enim metallis quicquid intrinsecus continetur absconditur, in vitro vero qui libet liquor vel species qualis est interius, talis exterius declaratur & quodammodo clausus patet, cuius origo hec fuit. In parte syrie que fenicis vocatur finitima iudee circa radicem montis carmeli palus est ex qua nascitur belus, annis quicquid milium passuum spacio in mare fluens iuxta ptolomaidem, cuius harenam de torrente fluctu sordibus eluuntur. Hic fama est pulsa naue mercatorum nitri, cum sparsim per littus epulas pararet nec essent pro attollendis vasibus lapides glebas nitri ex nauibus subdiderunt, quibus accensis per mixta harena littoris translucens noui liquoris fluxisse riuos & hanc fuisse originem vitri. Mox ut est ingeniosa solertia non fuit contenta solo nitro sed et aliis mixturis hanc artem studuit. Leuibus ei aridif-

que lignis concoquitur adiecto cupro ac nitro continuo isque fornacibus ut res liquatur massaque fit. Postea ex massis rursus funditur in officinis, et aliud flatu figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo celatur. Tingitur etiam multis modis ita ut hiacynthos saphirosque et virides imites & onyces, vel aliarum gemmarum colores, neque est alia speculis aptior materia vel picturae accommodatior. Maximus tamen honor in candido vitro proximoque in chrystalli similitudine. Vñ & ad potandum argenti metalla & auri repulit. Vitrum oli fiebat & in italia, & per gallias & hispaniam harena alba et molissima pilla molaque terebatur. dehinc miscebatur tribus partibus nitri potere vel mensura, ac liquata in alias fornaces transfundebatur. Que massa vocabatur admonitrum, atque haec recocta fiebat vitrum purum et candidum. In genere vitri et osianus lapis annumeratur. Est autem vires inter dum et niger aliquando et translucidus, crassiore visu, et in speculis parietum per imagine umbras reddente, gemmas multi ex eo faciunt. Hunc lapidem et in india et in italia et ad oceanum in hispania nasci tradunt, Fertur autem sub tiberio cesare quendam artificem excogitasse vitri temperamentum ut flexibile esset et ductile. Qui dum admissus fuisset ad cesarem porrexit phialam cesari. Quam ille indignatus in pavementum proiecit. Artifex autem sustulit phialam de pavemento, que complicauerat se tanquam vas aeneum, Deinde malleum de sinu protulit et phialam correxit. Hoc facto cesar dixit artifice. Nunquid alius scit hanc condituram vitrorum? Postquam ille iurans negauit alterum hoc scire, iussit eum cesar decollarine dum hoc cognitum fieret, aurum per luto haberetur et omnium metallorum precia abstraheretur. Et reuera quia si vas vitrea non frangeretur melius essent quam aurum et argentum.

De metallis.

Cap. xvi.

Metallum dictum grece απο του μεταλλου quod natura eius ea sit ut vbi vna vena apparuerit, ibi spes sit alterius inquirendi. Septem autem sunt genera metallorum, aurum, argentum, aes, electrum, stannum, plumbum, et quod domat omnia ferrum.

De auro.

Cap. xvii.

Aurum ab aura dictum. id est a splendore. quod re percusso aere plus fulgeat, vñ & Virgilius. Discolor vñ auri per ramos aura resulsit hoc est splendor auri. Naturale ei est ut metallorum splendor plus fulgeat luce alia repercussus. Hic & aurati dicti quorum fulgor splendidus reddit. Obrizum aurum dictum, quod obradiet splendore. Est enim coloris optimi, quod hebrei ophan, greci cairum vocant. Brachtea dicitur tenuissima lamina. απο του βραχειν, quod est ηχεν. id est a crepitatione.

lamina. Pecunia prius de pecudibus, & proprietatem habebat & nomen De corio enim pecudum nummi incidebantur et signabatur. Postea a saturno greus nummus inuentus est. Ipse enim signari nummos et inscribi constituit. Propterea et

erarium saturno a gentibus consecratū est. Alij vt superius pecuniā a pecudibus appellauerūt, sicut a iuuando iumēta dicta sunt. Omne enī patrimoniu apud antiquos peculū dicebatur a pecudib⁹, in quibus eoz constabat vniuersa substātia. Vnde et pecuarius vocabatur q erat diues, modo vero pecuniosus. Antiquissimi nōdū auro argētoq; inuento, ære vtebātur. Nā prius græca pecunia in vsu fuit, post argētea, deinde aurea subsecuta, sed ab ea qua cœpit & nomē retinuit. Vnde et erariū dictum, quia prius tantū in vsu fuit, & ipm solū recōdebatur, auro argētoq; nondū signato, ex quorū metallis quis postea facta fuisset pecunia, nomen t̄m erarij pmanfit ab eo metallo vnde initiū sumpsit. Thesaurū iuxta græcā proprietatē ἀποθησαυρεῖον, a positōne, hoc est a reposito noīat. Nā thesis positō dicitur & est nomē ex græco latinoq; sermone cōpositum. Nam thesis græci repositū dicunt. Latini autem qd̄ iunctum sonat repositū aurum. Auraria nomē habet ab auro. Tributa vero eo q̄ antea per tribus singulas exigebantur, sicut nunc per singula territoria. Sic autē in tres partes diuisum fuisse romanū populū constat, vt qui præerant in singulis partibus tribuni dicerētur. Vnde etiā sumpt⁹ quos dabant populi tributa noīarūt. Vectigalia sunt tributa a vehendo dicta. Stipendiū a stipe pendēda nominatū. Antiqui enī appendere pecuniā soliti erāt magis q̄ annumerare. Moneta appellata est quia monet ne qua fraus ī metallo vel pōdere fiat. Numisma est solidus aureus vel argeuteus siue græus, qui ideo numisma dicit, quia nominibus p̄cipū effigiebusq; signabatur. Prius nummus argirus nūcupabatur, quia q̄ plurimū ex argēto percutiebatur. Nūmi autē a numa romanorū rege vocati sunt qui eos primū apud latinos imaginibus notauit, & titulo noīs sui p̄scripsit. Folles dicuntur a sacculo quo cōduntur, a cōtinentē id qd̄ cōtinetur appellatū. In numismate tria queruntur, metallū, figura, & pōdus. Si ex his aliquid defuerit, numisma non erit. Tria sunt autem genera argēti & auri et æris, signatū, factū, infectum. Signatū est qd̄ in nūmis est, factum est qd̄ in vasis & signis, infectū quod in massis est, qd̄ & graue dicitur, id est massa. In noticiā autē formarum metalla ita venerunt. Dū enim quacūq; causa ardētes siluę excoquerēt terram ex calefactis venis fudit riuos cuiuscūq; structurę, siue igitur æs illud fuerat, siue aurū cū in loca terræ depressiora decurreret, sumpsit figuram in quā illud vel p̄flūens riuus vel excipiens lacuna formauerat. Quarę rerū splendore capi hoīes cū ligatas attollerēt massas viderūt in ea terrę figurata vestigia in quę excogitauerūt liq̄factas ad oēm formā posse deduci.

¶ De argento.

Cap. xviii.

Argentū non longe a græca appellatione distat. Hoc enī illi argirū vocant. Sed mirum in modū illud dū candidū sit, ipres-

sum corpori lineas nigras reddit. Argentū viuum dictū q̄ excidat materias in qbus incitur. hoc & liquidū quia pcurrit. Inuenit specialiter in metallis siue in argētarijs fornacibus guttarū concretione tectis inhærens, sæpe etiā in stercore vetustissimo cloacarū vel puteorū limo. Fit etiā & ex nimio imposito concule ferreæ patena teslea superposita, cū circūlitovasculo circūdatur carbones, sicq; argentū viuum ex nimio stillat, sine hoc neq; argentū, neq; es inaurari pōt, Tantę autē virtutis est, vt si sup sextariū argenti viui centenariū saxum superponas, oneri statim resistat. Sin vero auri scrupulū, leuitatē eius raptim sinu recipit, ex quo intelligitur nō pondus sed naturā esse cui cedit. Seruatur autē melius in vitreis vasis, nā ceteras materias perforat. Potui autē datū, interficit ponderis causa. Argēti purgamēta, litargyros, quā nos spumā argenti appellamus. Fit autē ex argento et plūbo mixta.

¶ De ære.

Cap. xix.



Es a splendore aeris vocatū sicut aurum & argētum. Apud antiquos autē priore æris q̄ ferri cognitus vsus, ære quippe primi p̄cīdebāt terrā, ere certamina belli gerebāt, eratq; in precio magis æs, aurū vero & argentū p̄pter inutilitatē reiciebantur. Nunc versa vice iacet es, aurū summo cessit honore. sic voluenda æris cōmutat tēpora rerū. & qd̄ fuit in precio, fit deniq; nullo honore. Vfus æris postea transiit in simulacris, in vasis, in ædificiorū structuris, maxime & ad perpetuitatē monumentorū, etiā publicę in eis cōstitutiones scriptæ sunt. Cypriū es in cypro insula prius repperit, vnde & vocatū, factum ex lapide eroso, quē cathmiā vocāt, & est ductile, huic si addatur plumbum colore purpureo fit. Auricalcū dictum q̄ & splendore auri et duriciā æris possideat. Est autē nomē compositū ex lingua latina et græca. Es enī sermone græcorū calco vocatur. Fit autē ex ere et igne multo ac medicaminibus pducitur ad aureū colorē. Corintheū est omniū cōmixtio metalloz, qd̄ casus primū miscuit corinthe cū caperetur incensa. Nā dum hanc ciuitatē hānibal cepisset oēs statuas enneas & aureas & argēteas in vnū rogi congeffit, et eas incēdit. Ita ex hac cōmixtione fabri sustulerunt et fecerunt parapsides. Sic corinthea nata sunt ex omnibus in vnū, nec hoc nec illud. Vnde et vsq; in hodiernū diem, siue ex ipso, siue ex mixtione eius, es corintheū vel corinthea vasa dicuntur. Huius tria genera, vnum candidū ad argenti nitore accedens, alterū in quo ipsius auri fulua natura est, tertiu in quo equalis cunctoz tēperies. Coronariū, ex ductili ære tenuatur in laminas, taurorumq; felle tinctū speciem auri in coronis histrionū præbet. Vnde et appellatū. Pyropū igneus color vocauit. Nāq; in singulas vncias æris aditis auri scrupulis senis p̄ tenui brachtea igne-

scit flāma q̄zimitatur, vñ & pyropum dī. Regulare ēs dī, quod ab aliis ductile appellatur, quale omne cyprium est. Ductile aut dicitur eo q̄ malleo producat, sicut cōtra fusile quod t̄m funditur. Nam malleis fragile est. Siquidē omne ēs diligentī purgatis igne viciis excoctisq̄ regulare efficitur. Campanū quoq̄ inter oīa genera ēris vocatur a campania prouincia, quē est in italiē partibus, vtenfilibus & vasis oībus probatissimū. Es oē frigore magno melius fundit. ēs rubiginē celerius trahit nisi oleo perungatur, seruari aut id optime etiā in aliqua pice tradunt. Inter oīa metalla ēs vocalissimū est, & maxime potestatis, ideo & ēnea limina. vñ & Virg. In foribus cardo stridebat ēneis. Origo æris catmia & calciteus. Purgamenta ēris catmia & origo & ēris flos. Catmia gignitur in metallorū ēris atq̄ argenti fornacibus insidente nitore. Nāq̄ vt ipse lapis ex quo fit ēs catmia vocatur, sic rursus in fornacibus existit, & noīs sui originem recepit, ēris flos fit seu gigni cōflationib⁹ resoluto atq̄ reliq̄to ēre perfusa frigida aqua. Repētina ei densatione tanq̄ de succo reparatur flos. Eruginē ēs quoq̄ creat. Nā lamine ēree supervas aceti asperrimi samentis superpositē atq̄ ita distillatibus quod ex eo cecidit in ipsum acetum teritur & cribratur.

¶ De ferro.

Cap. xx.

Ferrū dictū q̄ farra. i. semina frugū terræ cōdat. Idē & calybs, a calybe flumine vbi ferrū optima acie tēperatur. Vñ & abusiue dī calybs ipsa materies vt vulnificusq̄ calybs. Ferri vsus post alia metalla repertus est, cuius postea versa in opprobriū species. Nā vnde prius telus tractabatur, inde mō cruor effundit. Nullū aut corpus tā densis inter se cohērentibus & implicitis elemētis q̄ ferrū. vñ inest illi duricia cū frigore Ferri aut metallū pene vbiq̄ reperitur, sed ex omnibus generibus palma serico ferro datur. Seres enī hoc cū vestibis suis pellibusq̄ mittunt. Secunda p̄ thico, neq̄ alia genera ferri ex mēra acie tēperantur. Ceteris enī admiscetur mollior cōplexus. Differentia ferri plurima, iuxta terrē genus. Nam aliud molle, plumboq̄z vicinū, rotarū & clauū vsibus aptū. Aliud fragile & grosū culture terre cōueniēs. Aliud sola breuitate placet, clauisq̄ calligariis. Aliud rubiginē celerius sentit. Tricūre vocāt hē omnes q̄ in alijs metallis a stringendo apte vocabulo iposito. Aquarū vero summa differentia est, quibus ferrū candens imergitur quo vtilior fiat, sicut birbilis in hispania et thiras sonacomus in italia, in acuendo ferro oleo delectatior fit acies, vñ & tenuiora ferramenta oleo restringi mos est, ne aqua in fragilitatē durentur. A ferro sanguis human⁹ se se vlciscitur. Contactū nāq̄ celerius rubiginē trahit. Cū ferro magnes lapis concordia habet. Sola ei hęc materia vim ab hoc lapide accipit, retinetq̄ longo tēpore. Ex eodē lapide architectus quidam alexandriē templū concamerauerat, vt in eo simu-

lacrū ferro in aere pendēte videretur. Ferrū accēsum igni nisi duretur icibus corrupit. Rubens nō est habile ad tundendū, neq̄ anteq̄ albescere incipiat. Acetovē alumine illitum ferrū fit ēris simile. Purgamenta ferri rubigo & scoria. Rubigo est vicium rodens ferrū vel segetes, quasi rudigo mutata vna littera, hęc et erugo ab erodendo. Nā erugo viciū est ferri ab erodendo dicta, non ab æramento. Scoria vero purgamēta et sordes sunt quē igne excoquuntur. Et dicta scoria, quia de ferro excutit. Rubiginē aut caret ferrū si cerusa et gypso et liq̄da pice perungitur. Item rubigo ferramentum nō viciat, si eadem medulla ceruina vel cerusa mixta rosaceo vngatur.

¶ De plumbo.

Cap. xxi.

Plumbum dictū, q̄ ex eo primum pilis factis maris altitudo tentata est. Huiusvero gna sunt nigrum et cādidū, sed meli⁹ candidū, quod prius in insulis atlantici maris inuentum est. Siquidē et in lusitania et in gallicia gignitur sumpta terra harenosa et coloris nigri et ponderis grauis interueniunt et minuti calculi maxime de torrentibus siccatis, lauant eas harenas. et quod subsidit coquunt in fornacibus. Inueniuntur et in aurariis metallis aqua missa calculi nigri et graues. et dum aurū colligitur cū eo remanent. Postea separati conflētur, et in plumbū albū resoluuntur. Inde et eadem grauitas plumbū q̄ aurū. Nigrum plumbū circa cantabriā abundat, cui⁹ origo duplex est. Aut enī solū ex sua vena prodit, aut cum argento nascitur. mixtisq̄ venis conflāt. Huius primus in fornacibus liquor stannum est, secundus argentum quod remanet superaddita vena rursusq̄ conflata fit nigrum plumbum. India neq̄ plumbum neq̄ ēs habet gemis t̄m et margaritis hęc permutat. Nigro plumbo fistulis laminisq̄ vtimur. Laborosius in hispania et gallia eruitur plumbum. Nā in britannia summo terre corio.

¶ De stanno.

Cap. xxii.

Stannus dicitur a πρὸ χρύσεω. i. separans dī et secernens. Mixta enī et adulterata inter se per ignem metalla dissociat et ab auro et argento ēs plumbūq̄z secernit, alia quoq̄ metalla ab igne defendit, et cū sit natura ēris ferriq̄ durissima, si absq̄ stāno fuerit vritur et crematur. Sannum illitum ēreis vas saporē facit gratiorem et compescit virus eruginis. Specula etiam ex eo temperantur. Cerusa quoq̄ ex eo sicut ex plumbo conficitur.

¶ De electro.

cap. xxiii.

Electrū vocatum q̄ ad radiū solis clarius auro argentoq̄z reluceat. Sol enī a poetis electrū vocatur. Defecati⁹ ē enim hoc metallū oībus metallis. Hui⁹ tria genera. Vnum quod ex pinī arboribus fluit quod succinū dī. Alterum metallū q̄ naturaliter inuenitur, et in precio habetur Tertiu

q̄ fit de tribus partibus auri & argenti vna. Quas partes etiā si naturale soluas inuenies. Vñ & nihil interest, natū sit an factū, utrūq; enī eiusdē nature est. Electrū quod est naturale eiusmōi nature ē, vt in cōuuiō & ad lumina clarius cunctis metallis fulgeat et venenū prodat. Nam si ei infundas venenum stridorem edit & colores varios in modū arcus cęlestis emittit.

¶ De ponderibus.

Cap. xxiiii.

Ponderū ac mensurę iuuat cognoscere modū. Nam oīa corporalia sicut scriptum est a summis vsq; ad ima in mensura & numero & pōdere disposita sunt atq; formata. Cunctis corporeis rebus pondus natura dedit, suū quoq; regit oīa pondus. Primus moyses in heremo filiis israel pōdera & mensuras dedit. Primus sidō argutus ponderū rationē in gręcia constituit, & licet alii antiquiores extiterint, sed iste hac arte experientior fuit. Pondus dictū eo q̄ in statera librarę pendeat, hinc & pensum. Abusiue autē pōdus, libra vna est. Vñ etiam dipondium dictū est quasi duo pōdera, quod nomen adhuc in vsu retinetur, Trutina est gemina ponderū lances æquali examine pendens facta propter talenta & cętenaria appendenda sicut momētana pro parua modicāq; pecunia. Et hæc monetavocata. Eadem & statera nomē ex numero habens q̄ duabus lancib⁹ & vno in medio stilo librata æqualiter stet. Examen est filū mediū quo trutinę statera regitur & lances equantur. vnde & in lanceis amentum dī. Campana regione italię nomen accepit vbi primū eius vsus repertus est. Hęc duas lāces non habet sed virga est signata libris & vnciis & vago pondere mensurata. Vnciuq; autē ponderi certus est modus noībus proprijs designatus. Calcus minima pars pōderis quarta pars oboli est, cōstans lentis germinis granis, Appellatur autē calculus, q̄ sit paruulus sicut & lapis calcul⁹ qui adeo minimus est. vt sine molestia sui calcetur. Siliqua vicesima quarta pars solidi est, ab arboris femine vocabulū tenens. Cerates oboli pars media est habens siliquā vnā semis. Hunc latinitas femi obolū vocat. Cerates autē gręce latine siliqua cornu interpretatur. Obolus siliquis tribus appendit habens cerates duos, calcos quattuor. Fiebat enīz oli ex ere ad instar sagittę, vnde & nomen a gręcis accepit, hoc est sagitta, Scrupulus sex siliquarū pōdere cōstat. Hic apud gręcos grāma vocatur. Scrupulus autē dictus per diminutionē a lapillo breui q̄ scrupus vocatur. Drachma octaua pars vnciæ est, & denarij pondus argenti tribus cōstans scrupulis i. xviii. siliquis. Deuarius autē dictus, quia pro decē numis imputatur. Solidus nūcupatur, quia nihil illi deesse videtur. Solidū eī antiqui integrū dicebāt et totū. Ipse quoq; numisma vocatur, pro eo q̄ nominibus principū effigiebusq; signetur. Ab initio vero vnū numisma vnus argenteus erat. Hoc enīz ab assiriis cepit. Dicūt enī iudei q̄ abraham in ter

rā chanaan primus hanc aduexerit formā. Solid⁹ apud latinos alio noīe sextula dī, q̄ de his sex vnciis cōpleatur. Hunc vt diximus vulgus aureū solidū vocat, cuius tertiam partē ideo dixerūt tremissā, eo q̄ solidū faciat tremissus. Sextula bis assumpta duellā facit, ter posita staterā reddit. Stater autēz medietas vnciæ est, appendēs aureos tres, vñ & vocatur stater q̄ tribus solidis stet. Hic & semiuncia quia semis habet de vncia. Hic & semissis quia pōderis semis est, quasi semiassis. Quadrantē hebrei similiter quadrantē vocant, & vocatur quadrās, q̄ vncię quartā partem appendat. Sicel qui latino sermone siclus corrupte appellatur, hebreū nomē est habens apud eos vncię pondus. Apud latinos autē & gręcos quarta pars vncię est, & stateris medietas drachmas appendens duas. Vnde cū in litteris diuinis legitur siclus vncia est, cū vero in gentiliū, quarta pars vncię est. Vncia dicta q̄ vniuersitatem minorū ponderū sua vnitatem vinciat. i. cōplectatur Cōstat autē drachmis. viii. i. scrupulis. xxiiii. Quod proinde legitimū pondus habetur, quia numerus scrupulorū ei⁹ horas diei noctisq; metitur, vel quia librā efficit duodecies cōputatus. Libra. xii. vnciis perficitur, et inde habetur perfecti ponderis gen⁹ quia tot cōstat vnciis, quot mensibus annus. Dicta autē libra q̄ sit libera & cuncta intra se pondera p̄ dicta cōcludat. Mna in pōderibus centū drachmis appenditur, et est nomen gręcū. Talentū autē summum esse pōdus perhibetur in gręcis. Nā nihil est calco minus nihil talento maius. Cuius variū apud diuersas gentes pondus habetur. Apud romanos enī talentum est septuaginta duarū librarū, sicut Plautus ostendit qui ait duo talenta esse. c. xliiii. libras. Est autē triplex. i. minus, mediū, summum, minus. l. mediū. lxxii. librarū, summū. c. xx. cōstat. Cętenariū numeri nomen est eo q̄ centū librarū pōderis sit. Quod pondus propter perfectionem centenarij numeri instituerunt romani.

¶ De mensuris.

Cap. xxv.

Mensura est res aliqua mō suo vel tempore circūscripta. Hęc autē corporis est aut, tēporis. corporis est vt hoīm, lignorū et colūnarū longitudo vel breuitas. Sed et solē istū ppriā sui orbis habere mēsurā quod geometrici perscrutari audēt. Tēporis vt mēsurā horarū et dierum et annoꝝ. Vnde et metiri pedes horaꝝ dicim⁹ hoc ē mēsurare. Proprie autē mensura vocata, q̄ ea⁹ fruges metiuntur atq; frumentū. i. humida et sicca & modios, arrabones, urnas, & amphoras. Mensurā pars minima cochlear quod est dimidia pars drachmę, appendēs siliquas. ix. Qui triplicatus cōculā facit. cōcula drachma vna et dimidia adiplecyathi pondus. x. drachmis appendit qui etiā a quibusdā causatus dī. Oxifalus fit, si quinq; drachmę adduntur ad. x. Acitabulus quarta pars emine est xii. drachmas appendens. cotula emina est habens cyathos. vi. quę iccirco cotula vocat, quia gręco ser

mone cotę incisso dicitur, et emina sextarij in duo equa inciditur & cotulā facit. Emina autē appen- dit librā vnā, quę geminata sextariū facit. Sexta- rius duarū librarū est qui bis assumpt⁹ bilibris no- minatur, assumptus quater fit gręco noie chenix. Quinquies cōplicatus, quinarē, siue gomor facit. Adice sextū congiū reddit. Nā congius. vj. meti- tur sextarijs a quo & sextarij nomen dederūt. Cō- giū autē a congiēdo. i. per augmentū crescēdo vo- catur. Vnde postea pecunia beneficij grā dari cō- pta congiariū appellatū est. Vnusquisq; em sui tē- poris imperator fauorē populi captans adijciebat vt largior videretur in donis. Coogiariū autē spe- cialiter mēsurā est liquidorū, cuius & rē simul & no- men a romanis impositū inuenimus. Metreta est mensura liquidorū. Hęc a mēsurā accepit nomen. Metron em mēsurā dicunt gręci, & inde appella- ta metreta, licet & vna & amphora, & reliqua hu- iusmodi noia mēsurarum sint, tamen ista hoc no- men a denarij numeri pfectione accepit. Metrum ad omnē mēsurā pertinet. Metron enī gręce, lati- ne mensura dicitur. Nā & cyathum mensura est, & amphora mensura est, et quicqd plus minusve ca- pit mensura est. Sed ideo hoc nomē specialiter si- bi assumpsit, q̄ sit mēsurā perfecti numeri. i. dena- rij. Modius dictus ab eo q̄ sit suo modo pfectus. Est autem mensura librarū. xliij. id est sextarioꝝ xxij. Cui⁹ numeri causa indetraha est eo q̄ in pri- cipio deus. xxij. opera fecerit. Nā prima die septē opera fecit, id est materiam iformē, angelos, lucē, celos superiores, terrā, aquam atq; aerē. Secūda die firmamentū solum. Tertia die quatuor maria, semia, fationes atq; plantaria. Quarta die tria, so- lem & lunā & stellas. Quinta die tria, pisces & re- ptilia aquarū, & volatilia. Sexta die quatuor, be- stias, pecudes, reptilia terræ, & hominem. Et facta sunt oia. xij. genera in diebus sex. Et. xxij. genera- tiones sunt ab adam vsq; ad iacob, ex cuius semi- ne nascitur ois gens israhel. Et. xx. libri veteris testa- menti vsq; ad Hester. et. xxij. literarum elementa sunt quibus constat diuinę legis doctrina. His igi- tur extrmplis modius. xxij. sextarioꝝ a Moyse se- cundū sacrę legis mēsurā effectus. Et quis diuer- sę gētes huic mēsurę pōdus vel adijciāt ignoran- ter vel detrahant apud hebręos cōstitutione diui- na tali ratione seruať. Modius enī a modo dictus. Hinc & modica. i. moderata. Modicis enī modius nomē imposuit. Nā modica p paruis abusiue non proprie dicimus. Satum genus est mēsurę iuxta morē prouincię palestinae, vnū et dimidiū modiū capiens. Cuius nomen ex hebręo sermone tractuz est. Satum enī apud eos nomiatum sumptio siue le- uatio, eo q̄ qui metitur eandē mēsurā sumat ac leuet. Est & aliud satum mensura sextarioꝝ. xxij. capax quasi modius. Batus vocatur hebraica lin- gua ab olearia mola quę bath apud eos vel bata noiat, capiens quinquaginta sextaria, quę men-

sura vna molę vice proteritur. Amphora vocata q̄ hinc & inde leuetur. Hęc gręce a figura sui di- cta dicitur, q̄ eius anse geminatae, videātur aures imitari. Recipit aut vni vel aque pedē quadratū, frumenti vero modios italicos. Cadus gręca am- phora est continens vnas tres. Vna mensura est. quem quidā quartariū dicunt. Proprie autē vna vas est qđ pro condēdis defunctorū cineribus adhi- beri solet, de quo poeta. Cælo tegitur, qui non ha- bet vnā: Medimna est mēsurā quinq; modiorum. Medimna autē latina lingua vocatur, id est dimi- dia eo q̄ quinq; modijs metiatur qui est dimidijs numerus a perfecto denario. Artabo mensura est apud egyptios sextarioꝝ. lxxij. composita ex nu- mero propter. lxxij. gentes vel linguas, quę orbem impleuerunt. Gomor. xv. modioꝝ onus appendit. Corus. xxx. modijs impletur. Hic ex hebraico ser- mone descendit, qui vocatur cora a similitudine collis. Coria enim hebraice colles appellātur. Co- aceruat enim modijs. xxx. instar iollis videntur, et onus cameli efficiunt.

¶ De signis.

Capit. xxvi.



Onderis signa plerisq; ignota sunt & inde errorē legentibus faciunt. Qua- propter formas corū & caracteres ita vt a veterib⁹ signata sunt subiiciam⁹.

Q

Littera significat dimidium obolum

U

Virgula æqualitar iacens et porrecta simpliciter significat obolum

UU

Geminata virgula duo oboli sunt.

UUI

Latinum significat obolos tres

UUUI

Latinum significat obolos quattuor.

UUUII

Latinū demōstrat obolos. v. Oboli ve- ro sex propterea caracterē non habēt eo q̄ vnā drachma sexueniant, quod est pondus denarij argentei.

UUUIII

Littera significat siliquas. viii. id est tremissem.

UUUIIIU

Latinum significat numisma gręcum id est solidum.

UUUIIIUU

Iota adiuncta beta significat dimidiū solidum.

UUUIIIUUU

Virgulę duę ex vno angulo a leua i de- xtrā sediidentes, significat drachmā quam etiam olcem appellant.

UUUIIIUUUU

N latinum adiuncto gamma gręco si- gnificat semiunciam.

UUUIIIUUUUU

TO

Gammę autem gręcę litterę o latinũ in fine adiunctum significat vnciam.

LA

Lauda gręcum, per medium sui latinũ abiunctũ significat libram.

KO

kappa gręcum circa finē cornuũ ad iuncto v gręcico significat cyathum

KO

Si vero o latinũ habuerit adiunctum, eminam demonstrat quam gręci cōtylem vocant.

ZE

Xi gręcum si acceperit iunctum e latino significat sextarium.

ZO

Si o latinum adiunctum habuerit, indicat acitabulum, quod gręci oxiphalon vocant.

N

u gręcum superposito n latino significat mna.

AA

A latinum in fine habens lauda gręcum significat talentum.

A

Alpha gręcũ in dextro brachio superiori o littera coniuncta chenix est.

Incipit liber decimusseptimus.

De auctoribus rerum rusticarum. Cap. I.

Scribendi rusticarũ rerum solertiam apud gręcos primus Hesiodus Boeti⁹ humanis studiis cōtulit. Deinde Democritus magn⁹ quoq; carthaginensis in. xxviii. voluminibus studiũ agriculturę cōscripsit. Apud romanos autē de agricultura primus cato instituit, quam deinde marcus terentius expoliuit, mox Virgilius laude carminũ extulit. Nec minus studiũ habuerũt post modum Cornelius celsus & Iulius acticus, emilianus siue columella insignis arator, qui totũ corp⁹ eiusdē discipline cōplexus est. Primũ ad aratrũ boves iunxisse ferunt quędam priuatũ hominē & fulminatũ noie homogyrũ. Quidã autē osirim dicũt esse artis huius inuentorē quidã triptolemō. Et hic questio est quō prima ceres ferro in gręcia vertere terrã instituit, sed ferro qualicũq; non specialiter vomere aut aratro. Stercorandi agri rationē primus induxit quidã noie stercus in italia, cuius arapico dedicata est romę. Hic plura instrumenta agriculturę repperit, Primusq; agros firmavit. Eũdem quidã saturnum putauerunt vt maiorē illi nobilitatem facerent hoc nomine, quo splendide sonaret et dignitatem tituli compararet.

De cultura agrorum. Cap. II.

Cultura est qua frumęta vel vina magno labore querũtur, ab incolędo vocata Diuitię aut antiquorũ iu his duobus erant, bñ pascere et bene arare. Cultura agri cinis, aratio, iter-

missio, incensio stipulę, stercoratio, occatio, runcatio. Cinis est incendiũ per quod ager inurilē humore exsudat. Aratio dicta, quia de ere prius terrę culturã exercebant, anteq̃ ferri fuisset vsus reptus. Duplex est aut aratio, vernalis et autũnalis. Intermissio est, qua alternis annis vacuus ager vires recipit. Stercoratio est lætaminis aspersio. Sterc⁹ autē rē vocatũ vel quia sternitur in agris, vel extergi oporteat quicquid sordidũ in ciuitate redundat, siue quod verius est ad stercen qui et stercutus dict⁹. Idē & fimus est, qui per agros iacitur. Et dictus fimus q̃ fiat imus. i. stercus, qui vulgo lætamen vocatur eo q̃ suo nutrimento læta faciat germina, reddatq; pingua arua & fecũda. Occatio est cũ rusticatione facta bobus, dissimilis grandes glebas cędunt, & ligonibus fręgũt & dicta occatio, quasi ob cęcatio, q̃ operiat semina. Occare igitur est operire terrã semina, vites et arbores. Runcatio est a terra herbas euellere. Nã rus terra est Sulc⁹ a sole vocatus, q̃ proficissus solem capiat. Veractuz dicitur quasi vere actũ. i. verno aratum. Proficissio est aratio prima cũ adhuc durus est ager. Satio dicta est quasi semis actio, vel quasi satorũ actio, ferere autē tem vocatũ quia hoc sereno celo faciendũ est, non per imbres. Hinc est et illud virgilianũ. Nudus arare nudus. Messis a metendo id est a recidendo dicta. Seges autē de semie dicta quia cĩm siue a sectione

De frumentis.

Cap. III.

Prima ceres cępit vt i frugibus in gręcia & habere segetes translatis aliunde seminibus. Huius meminit Ouidius dicēs. Prima ceres vno glebã dimouit aratro. Prima dedit fruges, alimenta q; initia terris. Frumenta sunt proprie quę aristas habent, fruges autē reliqua. Frumenta autē vel fruges a frumendo hoc est a vescēdo dicta. Nã frumē dicitur summa pars gula. Primitię proprie sunt quę de frugibus precerpũtur. Triticũ vel a tritura dictũ, q̃ purissimũ horreo condatur, vel quia granũ eius cōmolitur et teritur. Far dicitur eo q̃ initio fręgeretur. Apud antiquos eni mollarũ vsus nondũ erat, sed frumentũ in pila missum frangebāt, et hoc erat genus molãdi. Adoreũ tritici genus, quod idē vulgo semen dē. Adoreũ quondã appellatum ab edendo, quia primo eo vñ sunt hoies, siue quia in sacrificio ipsius generis panis ad aras offerebatur. Vñ adorea sacrificia dicuntur. Siligo genus tritici a se lecto dictũ Nam in pane species eius precipua est. Trimense triticũ ideo nuncupatũ, quia satũ post tres menses colligitur. Nã vbi propter aquã aliãve causam matura satio omissa est, presidiũ ab hoc petitur. Alica gręcũ nomen est Alicastrũ simile est alicę pondere et bonitate precipua. Ordeũ dictum q̃ pre ceteris generibus frumenti aridũ ante fiat, vel q̃ spica ei⁹ ordines habeat. Horum tria genera. Primũ hexaticuz vocatur. eo q̃ spica eius sex ordines habeat, quod quidã canterinum appellant, qm̃ aialia meli⁹ q̃ tri

ticum pascit, & hoies salubrius q̄ malū triticū. Al-
terū disticū, eo q̄ duos ordines habeat, hoc pleriq;
calaticū vocāt. Tertiū trimēse, quia dū cogit neces-
sitas verno seminatur & celeriter colligit. Scandu-
la a diuisione vocata duplex ei est, scanditur. i. diui-
dit. Centenū appellatū eo q̄ in plerisq; locis iactis
seminis eius incrementū frugibus centesimū renā-
scat. Hinc & miliū a multitudine fructus vocatum
Panitiū dictū q̄ in multis regionib⁹ ex eo panis vi-
ce hoies sustēnt, quasi panis viciū. Pistū a pasto.
Sifaniū grēcū nomen est. Farrago a farre dicta est
enī herba ordeacea adhuc viridis, nec duz grauis
ad maturitatē turgentibus. Spicā de matutis fru-
gibus abusive dicim⁹. Nā proprie spica est, cū per
culmi folliculū. i. extremū tumorē aristæ adhuc te-
nues in modū spiculi eminet. Arista appellata. q̄
prius ipsa arescat. Culmus & ipse calamus spicę q̄
a radicib⁹ nascit. Et dictus culmus quasi calamus.
Folliculus est theca frumēti, in qua granum serua-
tur interius. Hęc super spicā vallo instructa, muni-
mē pretēdit. ne auiū minorū morsib⁹ spica suis fru-
ctibus exuatur, aut vestigiis proteratur. Stipulę sūt
folia seu vaginę quib⁹ culm⁹ ambitur atq; fulcitur,
ne pondere frugis curuetur quę ambiūt culmum.
Et dicta stipula quasi vsta & quasi vstipula, stipula
dicta abycto collecta enī messe ritur propter cultu-
ram agri. Itē stipula vel quia pars eius vris pars in-
terdū pro palea p̄ceditur. Palea a quibusdā voca-
ri dī, q̄ palaventiletur, vt frumenta purgenī. Gen-
tiles aut paleā a quadā pale frugū inuētrice voca-
uerūt. quā cererē esse volūt. De qua Virg. Te quoq;
magna pales, & te memoranda canemus. Itē alij a
pabulo nuncupatā dicunt paleā q̄ ea primū sola ī
pascēdis aīalibus p̄bebat Cuius natura ex cō-
trario tāto est frigida, vt obruptas niues fluere nō
finat, adeo calida, vt maturescere poma cōpellat.

¶ De leguminibus.

Cap. iiii.

Legumina a legēdo dicta, quasi electave-
teres ei meliora quęq; legebāt. siue q̄ ma-
nu legant, nec sectioez requirāt. Legumi-
nū plurima ḡna, ex quibus fabula, lens, pisa, fase-
lū, cicer, lupinū, gratiora in vsu hoīm videntur. Fa-
ba gręca etymologia a uescēdo vocabulū sumpsit
quasi faga. Fage ei gręce comedere dī. Primū enī
hoies hoc legumine vsi sunt. Hui⁹ species duę qua-
rū altera cōmunis, altera egyptia faba fresa dicta
eo q̄ eā hoies frendāt. i. frangāt, & molando cōmi-
nuāt. Lens vocata q̄ hūida & lenta est, vel q̄ adhe-
reat humi. Faselū aut & cicer gręca noīa sūt, s; fa-
selū vile genus leguminis, quia oē ab uodās vile est
hoc aut semen abundans inuenitur. Lupinū grę-
cum si ipsum nomē est, de quo Virg. Tristesq; lupi-
ni, quia vultū gustantis amaritudine contristāt, vñ
& illud p̄ amaritudine nec vermis nec vllū aīal co-
medit. Medica, vicia, erbū pabuloz optima sunt.
Medica dicta quia medis translata est in gręciam
tēpore quo eā xerxes rex persę inuasit. Hęc se-

mel feritur & decē annis permanet itavt quater vī-
sexies possit per annū recidi. Vicia q̄ vix ad tripli-
cē pueniat fructū cū alia legumin a prouentū ha-
beant fertilē, vñ & Virg. Vt tenuis foetus vicię. Pisa
q̄ ea p̄sa aliquid auri minutū. Nā pis aurū dicūt.
Erbū a gręco trahit vocabulū. Hoc enī illi orobā
dicūt, quod dū sit quibusdā pecorib⁹ infestuz tau-
ros tamen pingues efficit.

¶ De vitibus.

Cap. V.

Vitis plātationē primus noe instituit rudi ad
huc sęculo. Apud gręcos aut inuentorē vi-
tis liberū patrē appellari. Vñ & eū genti-
les post mortē deū voluerunt. Vitis dicta, q̄ vī ha-
beat citius radicādi. Alij putant vites dictas, q̄ iūi-
cē sevittis innectāt, vicinisq; arborib⁹ reptando re-
ligētur. Est ei eaz natura flexibilis, quia quasi bra-
chijs quibusdā quicqd cōprehenderint stringunt.
Labrusca est vitis agreslis, quę in terre marginib⁹
nascit. Tñ & labrusca dicta a labris & extremitati-
bus terre. Codex dict⁹ quasi caudex, sic ei veteres &
clodū pro claudio dixerāt. Sarmētū a ferēdo. Mal-
leolus est nouell⁹ palmes inat⁹ prioris anni flagel-
lo cognoīatusq; ob similitudinē rei, q̄ in ea parte
quā decidit ex veteri sarmento p̄minēs vtrūq; mal-
lei specię p̄bebat. Spadones sunt surculi fruge ca-
rentes, ex ipsa appellatione q̄ sint inhabiles fru-
ctu & sterilitate affecti. Sagittā rustici vocāt nouis-
simā partē surculi, siue quia lōgi⁹ recessit a matre
ex qua p̄siliit seu quia acuminis tenuitate telī spe-
ciē p̄fert. Sūmitates vitiū & fruticū flagella nūcu-
panī eo qd flatu agitenī. Palmes vitis materia mol-
lis qui p nouella brachia emissus fructū affert. Nā
ideo rustici partē vitis palmitē dicūt. Palmes enim
deriuatū nomē est, quod nomē παρὰ ὄρον dici-
tur qd a palma deruet. Palma enī habet nomen
ἀρωτοτύπον qd dī principale ab eo quod ex se
deriuatū faciat. Pāpinus est foliū cuius subsidio vi-
tis a frigore vel ardore defendit, atq; aduersū oēz
iniuriā munit. Qui ideo alicubi intercisus est, vt &
solē ad maturitatē fructus amittat & vmbra faciat
Et dict⁹ pāpinus quod de palmite p̄deat, Caprio-
li dicti qd capiāt arbores, sunt enī cincinni siue vn-
cioli, quibus se innectere vites & suspendere solent
arboribus quo aminiculo freti palmites ventos ac-
turbines continere queant, & sine lapsu periculoz
fructus suos sustineant, ac sese vaga p̄ceritate dif-
fundant. Corymbi sunt annuli qui proxima quęq;
ligant & cōprehendūt ne longius laxati palmites
ventoz flatib⁹ dissipēt. Vuę dictę qd intrinsec⁹ hu-
more sint plenesucci; & pinguedinis. Nā humidū
est qd exterius humorē habet. Vuidū quod interi⁹
Acinus botrus est. Racemus est botrionis pars, &
botrio gręcum est. Suburbanę vuę quędam dicūt
quia fructus earum ad escam veluti pomum in vrbi-
bus vēdit. Cōmendat enim eas & species et saporis
iocunditas, ex quibus sunt, p̄coquę, duracię, pur-

pureę, dactyli, rhodie, libyę, ceraunię, stephanię, tripediane, vnciarie, cidonite. Pręcoque vocatę p cito maturefcā, & ante oēs sole coquāt. Has gręci lagos dicuntq; currāt ad maturitatē velociter vt lepus. Durabiles aut per totā hyemē veniculę & numefianę. Purpureę a colore dñr. Dactilia longitudine. Rhodie & libyę a regionibus nūcupatę sūt. Ceraunię vero q; rubeāt veluti ignis, Stephanitę a rotūditate. Vnciarie a magnitudine. Genera autę vuas q; vino deferuiūt plurima. Ex quib; aminea dicta quasi sine minio. i. sine rubore. Albū eivinum reddit, quę cū sit vnus nois non vnā speciē reddit. Amineę duę geminę ab eo dicte q; duplices vuas mittunt. Aminea lagana, quia plus oibus lanescit lanugine. Rubiliana dicta, quia eius materia rubet. Feciniā minuti acini & durę cutis vuas habet, nobilitate aminiā sequitur, fęcūditate pręcedit. Quaz proinde feciniā vocāt, q; plus q; ceterę feces afferat. Apianę vinū dulce faciūt, quas nisi cito legas, pluuiis & vētis & maxime apibus infestā, quaz de pdatiōe apianę cognoiatę sunt. Balanitę a magnitudine nomē sumpserunt. Balanin eni gręce grande vocat. Biturica a regione nomē sortita est, turbies q; pluuias & colores fortissime sustinēs, nec in macra terra deficiens, huius meriti & basilica est. Argitis gręculavitis, generis albi fertilis, vastā materiā & breuē & latū foliū mittens. Cuius fructū nisi primo tēpore colligas, aut ad terrā decidit, aut humore putrescit. Inerticula nigra est quā gręci amara cion vocāt, bonivini & leuis a quo etiā nomen traxit, q; iners in tādendis neruis habeatur quīs gustu nō sit hebes. Mareoticę a regione ægypti mareotis dicte, vñ prius venerunt, sunt eni & albę & nigre. Elbole, quas quidā varias appellāt, neq; purpureę neq; nigre ab elbo colore ita dicte, subalbitū musti. Elbū est eni nigrū cādidūq; colore. Naz elbum nec albū nec nigrū est. Tertius locus vitiiū quo sola fęcunditate cōmēdanť abundātia copiosa, multū q; vini fluens. Viticionia vuas grādes magis q; multas habet. nomē aut inde hoc sumens q; multū vini fluat. Syriaca vel quia de syria allata vel quia nigra est. Multa aut generavitium sunt, quę tñ mutatione loci & qualitātē & nomē amittunt. Vitibus inter cetera magis ista conueniunt, oblaqueatio, putatio, propaginatio, fossio. Oblaqueare est circa codicem terrā aperire & velut lacus efficere. Hoc aliqui excodicare appellant. Putare est virgavitę sup uacuā refecare, cuius flagellis luxuriant. Putare ei dicitur putgare. i. amputare. Traducere transducere. Propaginare vero flagellum vitis terrę submersum sternere & quasi porro pangere. Hinc propagines ac propagare et protendere dicuntur. Fode revero est foueam facere, quasi fouere.

¶ De arboribus.

Cap. vi.

ARborū nomen siue herbarū, ab aruis inflęxū credit, eo q; terris fixis radicib; adhærēt. Vtraq; aut ideo sibi pene similia sunt,

quia ex vno alterū gignit. Nā dū sementē i terraz icceris, herba prius orit, dehinc cōfota surgit in arborē & infra paruū tēpus, quā herbā videras arbustā suspicis. Arbusta arbor nouella & tenera in qua insertio fieri pōt. Et dicta arbusta, quasi arboris hausta. Alii arbustū locū in quo arbores sunt volūt accipere, sicut salictū, sic & viretā vbi virgulę nouellę & virētes sunt. Arbor aut & fructifera & sterilis, arbor aut nō nisi fructifera. Genere aut fœminino arbores dicimus, pōmā vero neutro. Fructex breuis ē appellat, q; terrā fronde tegat, cui plurale nomē fructea, arbor alta est. Silua vero spissum nemus & breue. Silua dicta quasi xiliua. q; ibi ligna cedant. Nā gręci xilon lignum dicunt. Multa ei latina nomina gręcā plerūq; ethymologiā recipiunt. Nemus a numinibus nuncupatū, quia pagani ibi idola cōstituebāt. Sunt eni nemora arbores maiores vmbrosę frondib;. Lucus ē dēsitas arborū solo lucē detrahens, tropo antiphra sin eo q; nō luceat, siue a luce, q; in eo lucebāt funalia vel cerei, propter nemorū tenebras. Saltus est dēsitas arborū alta vocata hoc noie, eo q; exiliat in altū & in sublime confurgat. Auaria secreta nemora, dicta q; ea aues frequentāt. Recidiua arborū sunt, quę alijs sectis repullulāt. Alij recidiua a cedendo dicūt, quia post casum nascuntur. Alij recidēdo & repullulando dixerunt. Ergo recidiuū vbi mors aut casus. Insitio dñr cū fissotruco furculus fęcūde arboris sterili inserit. aut oculorū ipositio cū inciso cortice libro alię arboris germē imittitur. Plātę sunt raptę de arboribus. Plantaria vero quę ex seminibus nata sunt cum radicibus, & a terra propria transferunt. Cespites fructices sunt quasi cuspides vel quasi circa pedes. Frondes dicti q; ferant virgulta vel vmbrosas, sunt aut causa vmbrosę. Oculi nodi sunt ex qbus frondes exeūt. Radix appellat q; quasi radius qbus dā fixa terris in profunda dimergit. Nā phisici dicūt parē eē altitudinē radicū & arborū. Alii radicē a similitudine radioꝝ dictā putant, vel quia si eradat nō repullulat. Trūcus ē statura arboris insitēs radici. Corticē veteres vocabāt. Dictus aut cortex qd corio lignū tegat. Liber est corticis pars interior, dictus a liberato cortice. i. ablato. Est ei mediū qddā inter lignū & corticē. Rami sunt qui de trunco manāt, sicut a ramusculis cetera. Surculi a pęcisione ferre nūcupati. Virgultū ē, qd de radice pullulat. Ramus qui de ipso robore arboris, virga q; de ramis. Proprie aut virgultū appellatur qd ad radicē arboris nascit & quasi inutile ab agricolis amputat. Et hinc dictū virgultū, quia ex virga tollit. Virga aut a vi vel a virtute dñr, qd vim in se multā habeat, vel a viriditate, vel quia pacis indiciuz est qd vim regat. Vnde hac vntur magi ad placādos inter se serpentes & iccirco in ea hos sustinent illigatos. Hac etiam philosophi ac reges et magistri & nunciij & legati vntur. Flagella dicuntur vt pędixim; summe arborū partes ab eo qd crebros ven-

torum sustinent flatus. Cimas vocatas dicunt quasi coimas. Folia græce filia dicuntur. idē ad nos hoc nomen per derivationē translatum est. Flores nominati, q̄ cito desluant de arboribus, quasi fluores q̄ cito soluantur. In his duplex gratia coloris & odoris. Austro enī flores soluantur, zephiro fiunt. Germen dicimus furculum prægnantē a gerendo, vnde & germinatio. Fructus nomen accepit a frumine. i. eminēte gutturis parte qua vescimur. Inde & fruges. Fructus autē proprie dicuntur agros & arborū quibus utimur. In aīalibus vero abusive & trāslatiue vocari fructum, Poma dicta ab opimo. i. copie vbertate. Matura dñr quia apta sunt ad mandandū, sic & imatura. quia prius q̄ matura fiāt, dura sunt ad mandandū. Ligna dicta quia incensa cōuertuntur in lumen. Vñ & liciniū dī q̄ lumen det, astula a tollendo nūcupata quasi abstula. Fomes est abstula quæ ab arboribus excutitur, recisione aut austule ambuste, aut ligno cauata a fungis nomine accepto, q̄ ita capiat ignē de quo Virg. Rappuit in fomite flammā. Torris lignū adustū quem vulgus ticionē appellat, extractū foco semiustū & extinctū. Quisquilie stipule imixte furculis ac folijs aridis, sunt autē purgamenta terrarū. Caries putredo lignorū, dictum hoc nomine q̄ eueniat lignis virtute carentibus.

¶ De propriis noībus arborum. Cap. vii.

Quæ Alma dicta, quia manus vlticis ornat⁹ ē vel q̄ oppās est ramis, in modū palmæ hominis. Est enī arbor insigne victorię, p̄ cerōq; ac decoro vultu, diuturnisq; vestita frondibus & folia sua sine vlla successione conseruans. Hanc græci fœnicem dicunt, q̄ diu duret. ex noīe auis illius arabie quę multis annis viuere phibetur. Quę dū in multis locis nascatur, nō in omnibus fructus perficit maturitatē. Frequēter autē in ægypto & syria. Fructus autē eius dactilia digitorū similitudine nuncupati, quorū etiam noīa variantur. Nā alij appellantur palmule, similes mirabolani, alij thebaici, qui et nicolai. Alii mucales, quos græci cariatos vocant. Laurus a verbo laudis dicti. hęc enī eū laudibus victorū capita coronabatur. Apud anti quos autē laudea noīnabatur, postea d littera sublata & subrogata r, dicta est laurus vt in auriculis, quę initio audiculę dicte sunt, et medidies quæ nunc meridies dī. Hanc arborem græci daphnē vocant, q̄ nunq̄ deponat viriditatē, inde illa potius victores coronantur. Sola quoq; hęc arbor vulgo fulminari minime creditur. Malū a græcis dictū, q̄ sit fructus eius pomorum oīm rotundissimus, vnde & hęc sunt vera mala, quę vehementer rotunda sunt. Malū matianū a loco vocatum vñ prius aduectus est. Nā multę arbores noīa ex prouincijs & ciuitatibus de quibus allate sunt acceperunt. Virgilius. Amantibus qui ex malo queri soleat, ostendit. Malacdonia nomen sumpsit ab oppido quod est in insula creta, de qua græci dicere solent, vrbium cre-

tensium matrem sidoniā, ex cuius primo cidonitū conficitur. Fit quoq; ex ea et vinū, quo languentiū disideria falluntur. Nā specie & gustu & odore cuiuslibet vini veteris imaginē repręfētat. Malū melū dulcedine appellatū, q̄ fructus eius mellis saporem habeat, vel q̄ in melle seruetur, vnde & quidam Si tibi cecropio saturata cidonia melle. Ponantur dicas hęc melli mella placent. Malū punicum dicitur et q̄ ex punica regione sit genus eius translatum. Idē & malogranatum, eo q̄ inter corticis rotunditatē granorum contineat multitudinem. Arbor autē malogranata generis est fœminini, pomū vero est neutri generis. Flores malorū a græcis appellati sunt quitinas, latini caducum vocant. Agrestium autē malorum flores græci balauktion appellauerūt. Quorū alij albi, alij purpurei, alij rosei reperiuntur, similes floribus mali punici. Negāt medici mali punici cibo nostra corpora nutriri, s; eo sic opinantur vtendū vt mendicare potius non alere videatur. Malū persicū cuius breuis admodum vita concessa est, trium generum esse fertur, duracenum, armeniacum & persicum, Duracenum nuncupatur, eo q̄ pomum eius in gustu a corez referat Armeniacum dicitur, q̄ primum genus eius ab armenia sit aduectum. Persicum vocatū q̄ eam arbore primus in ægypto seuerit perseus, a quo se orundos ptolomei ferebāt. Hęc in persida fructū generat interfectoriū, apud nos autem iocundū ac suauem. Horum aliud præcox, aliud vocatur æstiuū Medica arbor cuius nomen etiā carminibus mantuanis inclaruit, asportata primum a medis, vñ & vocabulū sumpsit. Hanc græci cedromelam, latini citriā vocant, q̄ eius pomū ac folia cedri odorē referat. Malum eius inimicum venenis, & hoc est q̄ idem poeta intelligi voluit, cum tradat ex illo foueri animā. Hęc arbor omni tempore plena est pomis quę in ea partim matura, partim acerba, partim adhuc in flore sunt posita, quod in ceteris arboribus rarum est. Mella quam græci loton appellant, quę vulgo propter formam & colorē faba syrica dicitur. Arbor enim est magna fructum ferēs comestibile maiorem pipere gustu suauem vnde & mella vocata est. Coquinella, quam latini ob colorem primum vocant, alij a multitudine enixi fructū nixam appellant. Cuius generis damascena melior, a damasco oppido vnde prius asportata est dicta, cuius solum pomum stomachum mederi probatur. Nam cætera noxia prohibentur. Hęc sola arbor gummi glutinosum & compactiuum distillat quo et medici et scriptores vtuntur. Oleomella nascitur in palmaria syrie ciuitate ex eo ita appellata, q̄ ex trunco oleū desluat in crassitudine, mellis saporis suauis. Pomelida sorbo similis, mediocris arbor, et flore candido, dicta quod dulcis sit ei⁹ fructus & acuto sapore commixtus. Hęc arbor ætate durat exigua. Melosos arbor in africa punica lingua vocata, ex qua profluit lētus succ⁹, qui a loco

amoniacus noīatur. Mespila arbor spinosa, fructu similis malorū, sed paulo breuiore, vnde et appellata, q̄ pilulę formā habeant eius poma. Pyrus vocatavidetur, q̄ in ignis speciem formata. Naz hoc genus pomi ab amplo incipit & in angustū finit, sicut ignis. Pyrus aut arbor, fructus eius pyra est. Cuius multę species ex quibus crustumia sunt pyra ex parte rubētia, ab oppido crustumio noīata. Poma pyri iumētis ipositavel si pauca, vehemēter onerosa esse dñr. Cerasus a ceraso vrbe ponti vocata. nā lucullus cū cerasum ciuitatē ponti deleisset, hoc genus pomi inde aduexit & a ciuitate cerasum appellauit. Arbor aut cerasus, pomū cerasum dī. Hoc ē & ante lucillum erat in italia, sed durum, vnde & cornum appellatū est. Est autem arbor apta astilibus. Vnde et virgilius. Bona bello cornus. Ficus latine a fecunditate vocatur. Feracior est enī arboribus ceteris. Nā terq; quaterq; per singulos ānos generat fructū, atq; altero maturescente alter oboritur. Hinc & carice a copia noīatę. Ficus ægyptia fecundior fertur, cuius lignum in aqua missum ilico mergitur, & cū in limo aliquādiu iacuerit, deinde in superficiē sustollitur. versavice nature, qñ madefactū debuit humoris pondere residere. Antea athlete fecis alebātur prius q̄ eos pythagoras exercitator ad carnis vsum qui fortior cibus est transtulisset. A senibus in cibo sepius sumptę ficus rugas eorū ferunt distēdere. Tauros quoq; ferocissimos ad fici arborē colligatos repente māfuescere dicūt Caprificus appellata, eo q̄ parietes quibus innascitur carpit. Rūpīt enī & prodit ex latebris quib⁹ cōcepta est. Alii caprificū putant dictū, q̄ ficus arbor eius remedio fecūdetur. Morus a græcis vocata quā latini rubū appellant, eo q̄ fructus vel virgulta eius rubent. Est enī morsus siluestria fructus asferens, quibus in deserto pastorū fames ac penuria confouetur. Huius folia superposita serpenti ferūtur interimere eum. Sycomorus sicut & mor⁹ græca noīa sunt. Dicta aut sycomorus, eo q̄ sit folijs similis moro. Hanc latini celsam appellant ab altitudine quia non est breuis vt morus. Nux appellata q̄ vmbra vel stillicidiū foliorū eius proximis arboribus noceat. hunc alio nomine latini iuglandē vocāt, quasi iouis glandē. Fuit enī hęc arbor consecrata ioui. Cuius pomum tantā vim habet vt misfa inter suspectos herbarū vel fungorū cibos, quicquid in eis virulētū est exudet rapiat atq; extinguat. Nuces aut gñaliter dñr oīa poma tecta corio duriori, vt pineę, nuces, auellaneę, glandes, castaneę, amigdalę. hinc & uuclei dicti eo q̄ sint duro corio tecti. At contra poma omnia mollia mala dicta, s; cū adiectione terrarū in quibus antea nata sunt, vt pfica, punica, matiana, cidonia &c. Amigdala græcorū nomen est, quod latine nux longa vocatur. hanc alij nuclicam vocant quasi minorē nucem, de qua Virgilius, cum se nux plurima siluis induit in florē Cunctis enim arboribus prior se flore vestit et ad

ferenda poma arbusa sequentia præuenit. Auellana ab auellano cāpanię oppido vbi abundāt cognōiatę sunt. hęc a græcis pōtice appellatur, eo q̄ circa ponticū mare abundāt. Castaneā latini a græco appellant vocabulo. hanc enī græci castaneāvocant, propter quod fructus eius gemini in modum testiculorum intra folliculū reconditi sunt, qui dū eiiciuntur quasi castrantur. hęc arbor semel vt excisa fuerit tanq̄ silua expullulare consuevit Vel poma ex omnibus nucibus fortissima sunt. nam in cibo sumpta difficile digerūtur, virides stringunt, coctę aut minus. Ilex ab electo vocata. huius enī arboris fructum homines primū aduictum sibi elegerūt vnde et poeta. Mortales primi ructabant gutture glandē. Prius enim q̄ frumenti vsum esset, atiqui homines glandē vixerunt. Suberies arbor, ex quaualidissimus cortex notorius extrahitur. Et ideo appellata suberies, eo q̄ fructus eius sues edunt, porcorum sunt enim alimenta non hominū. Et dicta suberies quasi subedies. Fagus & esculus arbores glandifere, ideo vocatę creduntur q̄ harum fructibus olim homines vixerunt, cibumq; sumpserunt, escamq; habuerunt. Nam esculus ab esca dicta. Fagus vero a græco vocabulum traxit. Fage enī græce comedere dicitur. Silicon quam latini corrupte silicam vocant, ideo a græcis, tale nomen accepit, eo q̄ ligni eius fructus dulcis. Xilo quippe dicunt ligum, licon dulce. huius arboris pomo succus expressus acatia a græcis dicitur. Pistatia q̄ cortex pomi eius nardipistici odorem referat. Pin⁹ arbor picea, ab acumine foliorum vocata. Pinum enī antiqui acutum nominabant. Pinum autem aliam pītin, aliam græci peucem vocant, quam nos piceaz dicimus, eo qd̄ defudet picem. Nam & specie sibi differunt. In germanię autem insulis huius arboris lachryma electrum gignit. Gutta enim defluens rigore vel tepore in soliditatem durefcit, & gemam facit de qualitate sua nomen accipiens. i. succinum, eo q̄ succus sit arboris. Pinus creditur prodesse cunctis quę sub ea seruantur, sicut nux nocere omnibus. Abies dicta quod præ ceteris arborib⁹ longe eat, & in excelsum promineat. Cuius natura expers est terreni humoris, ac proinde habilis atq; leuis habetur, de qua Virgilius. Et casus abies visura marinos, quia ex ea naues fiunt. hanc quidaz gallicum vocant propter candorem. Est autem sine nodo. Cedrus quam græci cedros vocant, quasi ceomenes drioforon, id est arboris humor ardentis, cuius folia ad cypressi similitudinem respōdēt. Lignum vero iocundi odoris est, & diu durans, nec a tineavnq̄ exterminatur de qua Persius. Et cedro digna locutus, scilicet propter durabilem perpetuitatem. Vnde et in tēplis propter diuturnitatez ex hoc ligno lacunaria fiunt. huius ligni resina cedria dī, quę in conseruandis libris adeo est utilis, vt perliniti ex ea nec tineas patiebātur, nec tempore cōsenescant. Nascitur in creta africa atq; syria. Cy

pressus grece dicitur q̄ caput eius in rotunditate i acumen erigitur. Vnde & cononocatur, idest alta rotunditas. Hinc & fructus eius conus, quia rotunditas eius talis est vt conum imitetur. Vnde & coniferē cyparissi dicuntur. Huius lignū cedro pene p̄ximā habet virtutē. tēploꝝ quoq; trabibus aptum, impenetrabili soliditate nunq̄ oneri cedit, sed ea q̄ in principio fuerit firmitate perseuerat, Antiqui cypressi ramos prope rogū cōstituere solebāt vt odorē cadauerū dum vrentur comprimerent iocunditate odoris sui. Iuniperus grece dicta siue q̄ ab āplo. in angustū finiat vt ignis, siue q̄ conceptū diu teneat ignem, adeo vt si prunę ex eius cinere fuerit operte, vsq; ad annū perueniant. Pyr enī apud grecos ignis dicitur. Iuniperus aut̄ alia parua alia magna est. Hebenus in india & æthiopia nascit̄, quæ cęsa durefcit in lapidē, cuius lignū nigrū est, & cortex leuis, vt lauri, sed indicū maculosum est in paruis distinctionibus albis ac fuluis. Ethiopicuz vero qđ prestantius accipitur, in nullo est maculatus, s; est nigrum leue & corneum. Est autem mareotica palus in india, vnde hebenus venit. Lucanus mareotica inquit. Hebenus aut̄ crepundiis illigat̄, vt i fantē visu nigra non terreant. Platanus a latitudine folioq; dicta, vel q̄ ipsa arbor patula sit & ampla. Nā platos greci latū vocant. Expressit huius arboris scriptura & nomē & formā dicēs, quasi platan⁹ dilatata sum in plateis. Est aut̄ tenerrim⁹ foliis ac mollib⁹ & vitiū similis. Quercus siue quernus dicta q̄ eo soliti erant dii gentiū quęrentib⁹ responsadare arbor multū annosa, sicut legitur de quercu mābre sub qua habitauit abrahā, quę fert̄ vsq; ad constantini regis imperiū per multa sęcula perdurasse. Huius fructus glādula appellatur. E quib⁹ vna agrestis onfaticis dicta parua forma, sed firmo corpore atq; nodoso, quę medicaminibus & incaustis adhibetur, altera balanis lenis, ac leuis, ac nimiuꝝ perforata. Lucernarū tm̄ visibus necessaria. Fraxinus vocari fertur, q̄ magis in asperis locis montanisq; fragis nascatur. hinc per deriuationē fraxin⁹. sicut a monte montanus. De quo Ouidius. Et fraxinus vtilis asis. Taxis venenata arbor, vnde toxicavenenata exprimuntur. Ex hac arcus parthi & aliarū gentes faciunt, vñ & poeta. Itireos taxi torque tur in arcus. Itireos aut̄ dicit parthicos. Acer colorib⁹ ipar. Robur aut̄ gñaliter dī ex oī materia qcquid ē firmissimū. Alnus vocat̄ q̄ alaī amne. Proxima eiāq; nascit̄, nec facile extrayndas viuūt. Hinc & tenera & mollis, quia in humecto loco nutrit̄. Vln⁹ nomē accepit, q̄ vliginosi locis & hūidis melius p̄ficat. Nā i mōtanis & asperis min⁹ letata est. Larex cui hoc nomē a castello laricino in itū est, ex qua tabulę regulis affixę, flāmā repellūt, neq; ex se carbonē ambustę efficiūt, Populus dicta q̄ ex eius calce multitudo nascat̄. Cui⁹ gen⁹ duplex ē. Nā altera est alba. altera nigra. Alba aut̄ popul⁹ dicta, quia folia ei⁹ vna pte sunt alba, altera viridia. Hęc igit̄ bi-

color habēs, quasi noctis & diei notas quę tēpora ortu solis occasuq; cōstāt. Generat etiā resinā circa eridanū fluiū, vel vt alij memorant in finib⁹ syrię. Tiliā dicunt vocatā, eo q̄ vtilis sit ad vsum telorū nitore & lenitate iaculandi. Est enī genus materię leuissime. Salix dicta q̄ celeriter saliat, hoc ē velociter crescat, arbor lenta vitib⁹ vtilis vincendis. Cuius seminis hanc dicūt esse naturā, vt si quis illud in poculo hauserit liberis careat, sed & foeminas infocūdas efficit. Populus aut̄ & salix & tiliā materię sunt & ad sculpturā aptę. Vimen vocatur eo q̄ vim habeat multā viroris. Natura enī ei⁹ talis est vt etiā si arefacta abluat̄ virefcit, deinde excisa atq; in humo fixa radicib⁹ sese ipsa dimergat. Mirice. quā latini tramariciā vocāt, ex amaritudine noiata, Gustus ei⁹ eius nimis amarus est. Hęc arbor in solitudine et saxoso humo nascit̄, ex qua ē arbor maleficis artibus mistra. i. odia concitari dicunt̄. Mirtus a mari dicta, eo q̄ magis littorea arbori sit. Vñ & Virgilius. Littora myrtetis letissima & amātes littora myrtę. Hinc est qđ & a grecis myrene dicitur. Medicorum autem libri hanc arborē aptā scribunt mulierum necessitatibus plurimis. Lentiscus qđ cuspis ipsius lentus sit & mollis, Nam lentum dicimus quicquid flexibile est, vnde & lentum vimen et vites. Virgilius. Et lentę vites, pro flexibiles. Huius fructus oleuꝝ desudat, cortex resinam, quę mastix appellat̄, cuius plurima & melior in chio insula gignitur. Terebinth⁹ arbor, grecum nomen generans resinam omnium resinarū prestantiorē. Buxus grecū est nomen ex parte a latinis corruptū. Pixos enim appellatur apud eos arbor semper viuens & leuitate materię elementorū apicib⁹ apta, vnde & scriptura. Scribe buxo Rodādarum quod corrupte vulgo lorandrū vocatur qđ fit foliis lauri similis, flore vt rosa, arbor venenata. Interficit enim animalia, & medetur serpentiū vexationes. Herbitū vocauerūt pastores eo qđ vice herbę prebeatur pecoribus vbi desunt pascuę. turbiscus, qđ devno cespite ei⁹ multa virgulta surgūt quasi turba. Stipata vocata propter qđ ex ea stipetur tecta. Hinc & stipula per diminutionē. Arundo dicta qđ cito arefcit. Hanc veteres cānā vocauerūt arundinē vero postea. Varro dixit. Sane sciendum qđ latinū cāna de lingua hebrea sumptū est. Apud eos enī calamus cāna dī. Cicuta aut̄ est quod est inter cānarū nodos, dicta qđ lateat. In indicis stagnis nasci arundines calamiq; dicuntur ex quorū radicibus expressum suauissimum succū bibunt, vnde & Varro ait. Indica nō magnū in arbore crescit arūdo. Illius & lētis p̄mitur radicib⁹ humor. Dulcis cui nequeāt succo cōdere mella. Sābucus mollis & puia arbor. Rhamnus genus est rubi quod vulgo senticē vrsinā appellāt, asperū nimis & spinosū. Sētix dētā a situ qđ ē terra iculta i q̄ sētices spineq; nascūtur Maiores aut̄ nri oēm arborē spinosā veprem dicebāt, qđ vi predat. Oleaster dēt⁹ qđ sit folijs oliuę

similibus sed latioribus, arbor inculta atq; siluestris amara atq; infructuosa. Cui insertus oliuæ ramus, vim mutat radicis, & vertit eam in propriam qualitatem. Lachryma oleastri arboris duplex est. Alia enim gummi similit sine villo qualitatis morfu, alia amoniaci guttâ ex distillatione collectâ ac remordentem Oliua græce oleum dicitur, ex quo in latinum tractum est vt oliua dicatur. Olea autem ipsa arbor est fructus oliua, succus oleum. est aut arbor pacis in signedi, cuius fructus diuersis nominibus appellatur. Orcades oliuæ græca ethymologia a similitudine testicularum vocatur quos græci oros vocant. Radio læ, pro eo qd oblongæ sunt in modum radioꝝ. Paphiæ a papho insula dicitur, vnde prius allatæ sūt. Liciniæ eo qd optimū dent lumen. Nam lignus lumen est. vnde et lignum nomen accepit, quia aptum est flammis et luminibus. Pausia quâ corrupte rustici pausiam vocant viridi oleo & suauis apta. Et dicta pausia qd pauatur, i. tundatur, vnde et pauimentum. Syria dicta pro eo qd de syria est allata siue quia nigra est. Crustumia idem & volemis dicta eo qd vola complet magnitudine, hoc est mediam manū, vnde & in uolare dicimus. Quidam autem volemū gallica lingua bonum et magum intelligunt colimbades appellatæ. Oleum autem ac olea nominatur. Nam vt dicimus olea est arbor, vnde deriuatum sit oleum. Sed quod ex albis fuerit oliuis expressum vocatur spanum, a græcis onfation appellatum. Quod autem ex fuluis et nondum maturis fuerit expressum viride appellatur. Quod vero ex nimium maturis commune dicitur. Ex his adsumvitæ primum est spanum, secundum viride, tertium commune. Amurca olei pars aquosa ab emergendo dicta, i. qd ab oleo se mergat. & fex eius sit. Hanc græci amurcen vocant ex latina lingua trahentes vocabulum. Gummi græcum nomen est, hoc enim illi gummi dicunt. Resinam græci retinam vocant Rheia enim græce dicitur quicquid manat. Est enim lachryma sudore exhalata lignorum, vt cerasi, lentisci, balsami, vel reliquarum arborum siue virgultorum quæ sudare produntur, sicut & odorata orientis lingua, sicut gutta balsami, ac ferularum vel succinorum cuius lachryma durefcit in gemam. Prima est resina trebinthina oim præstantior. Affertur autem ex arabie patria atq; india et syria cypro & africa ex insulis quoq; cycladibus. Secunda est lentiscina quæ mastix vocatur hæc ex chio insula deportatur Tercia pinalis quarum alia pitines, alia peucine, alia liquida, alia arida, et afferuntur ex tyrrhena colofonia. Vnde etiam nomen colofonia resina sumpsit Pix græcum nomen est, quam illi pissam vocant. Alij volunt ex pino picem vocari. Hæc a græcis appellatur donia, nos ramalem dicere possumus, cuius probabilis splendens lenis & munda. Creandarum arborum naturaliter tria sunt genera, aut ei sua sponte nascuntur, aut ex seminibus fortuito iacentibus surgunt, aut ex radicibus pullulant. Nam ceteras sus inuenit fauente natura, Oia poma latine neu-

tri generis esse dicitur, arbores aut feminini sere sunt generis exceptis paucis, vt hic oleaster hoc filer, Virgi. vt molle filer. Item hoc buxum, licet & hæc buxus dicatur. Nam superfluum quidam volunt facere discretionem, vt hæc buxus de arbore dicam? buxum vero de ligno composito.

De arboribus aromaticis.

Cap. viii.



Aromata sunt quæque fragmentis odoris quæ india vel arabia mittit siue aliæ regiones. Nomen autem aromata traxisse videntur, siue quod aris imposita diuinis inuocationibus apta videantur, seu quod sese aeri inferere ac misceri probantur. Nam quod est odor nisi aer contactus? Tus arbor arabie imensa atq; ramosa lenissimi corticis, ramis ad aeris quietatem, amigdalæ modo succum aromaticum fundens album, & masticatione velut in puluere solutum, et cum frangitur intus pingue est & igni appositum facile ardescens. Et appellatur apud nos masculus, eo quod sit natura rotundum in modum testicularum. Reliquum planum & pene scabrosum minus optimum. Adulteratur autem admixta resina siue gummi, sed dignoscitur sua proprietate. Nam thus igni impositum ardescit, resina fumescit, gummivero liquefcit calefactum. Tus autem sine aspiratione a tundendo dicitur, quia dum gummi guttæ ex arbore cadunt in glebis miscentur. dum vero glebæ in puluerem rediguntur tus capitur & virgulis tunditur, & sic inde manibus tollitur. Hoc et libanum vocatum a monte arabie vbi sabei sunt Nam mons eorum libanus dicitur vbi tura colligitur. Myrrha arabie arbor altitudinis quinque cubitorum, similis spinæ quam achantum dicunt. Cuius gutta viridis atq; amara, vnde & nomen accepit myrrha. Gutta eius sponte manens præciosior est, elicit corticis vulnere vilior iudicatur. Sarmenta eius arabes ignibus fouent, quorum fumo satis noxio nisi ad odorem storacis occurrant plerumque insanabiles morbos contrahunt. Myrrha autem tragoditæ ab insula arabie dicta vbi melior colligitur & purior, Storax arbor arabie similis malo cedonis cuius virgulæ inter caniculæ ortum cavernatim lachrymam fluunt. Distillatio eius in terram cadens munda non est, sed cum proprii corticis scrobe seruatur. Illa autem quæ virgis & calamis inherit, munda est & albida, dehinc fulua fit solis causa & ipsa storax calamites pinguis resinosa, odoris iocundi humecta et veluti mellosum liquorem emittens. Storax autem dicta quod sit gutta arboris profluens et congelata. Nam græci stiriam guttam dicunt. Græce autem stirax latine storax dicitur. Biddella indie et arabie arbor, cuius lachryma melior arabica. Est enim lucida, subalbida, leuis, pinguis equaliter cærea, & quæ facile molliatur, neque ligno vel terræ commixta amara odoris boni. Nam ex india sordida est, nigra et maiori gleba. Adulteratur autem admixto gummi, qui non ita amarificat gu-

stu. Mastix, arboris lentici gutta est. Hęc granoma-
stix dicta est, quia in modum granorum est. Melior
autem in chio insula gignitur, odoris boni, candori-
s cere punice. Vnde & splendorem cutis pulchri-
ficat. Adulteratur autem interdum resina vel ture
Piperis arbor nascitur in india, et in latere montis
caucasi, quod soli obuersum est, folia eius ad iuni-
peri similitudinem. Cuius siluas serpentes custodi-
unt, sed incolę regionis illius, cum mature fuerint
incendunt & serpentes igne fugantur, et ide ex flā-
ma nigrum piper efficitur, Nam natura piperis al-
ba est, cuius quedam diuersus est fructus. Nam qđ
immaturum est piper longum vocatur, quod incor-
ruptum ab igne piper album. Quod vero cute ru-
gosa & horrida fuerit, ex calore ignis trahit & co-
lorem et nomen. Piper si leue est vetustuz est, si gra-
ue nouellum. Vitanda est autem mercatoruz fraus
Solent enim vetustissimo piperi humecto argenti
spumam aut plumbum aspergere vt ponderosum
fiat. Aloa in india atq; arabia gignitur arbor pon-
ris suauissimi ac summi. Deniq; lignum ipsius vice
thymiamanthum altaribus adoletur, vnde et no-
men traxisse creditur. Cynamomum dictū qđ cor-
tex eius in modum canne sit rotundus & gracilis.
Gignitur autem in indie et æthiopię regionib⁹ fru-
tice breui duorum tantum cubitorum, colore sub-
nigro vel cinereo, tenuissimarum virgularum. Nā
quod in crassitudine extenditur despectui est, quod
vero gracilius prouenerit eximium. Quod cū fran-
gitur visibile spiramentum emittit, ad imaginē ne-
bulę seu pulueris. Amomum vocatum qđ veluti o-
dorem cynamomi referat. Nascitur in syria & ar-
menia, fructus eius botruosum semen reddens sibi
connexum flore albo veluti violę, folijs similib⁹ bri-
onię, odore etiam bono somnos suauificat. Casia
nascitur in arabia, virga robusti corticis & purpu-
rei, folijs vt piperis. Est autem virtutis cynamomi
similis, sed potētia inferior, vnde pro cynamomi
vice duplex eius pondus in medicamentis admisce-
tur. Calamus aromaticus a similitudine calami
fualis vocatur. Gignitur in india multis nodis ge-
niculatus fuluus fragrans spiritus suauitate. Qui
cum frangitur in multas fit partes scissilis, similās
gustu casiam cum leua crimonia remordenti. Bal-
sami arbor in iudea intra terminos tantum. xx. iu-
gerum erat. Postea qđ eadem regione romani poti-
ti sunt etiam latissimis collibus propagata est stir-
pe similis vitis, folijs similis rute, sed albidiorib⁹, se-
perq; manentibus. Arbor autem balsamum, lignū
eius xilobalsamum dicitur, fructus siue semen car-
pobalsamū succus opobalsamū. Quod ideo cum
adiectione significatur, eo qđ percussus ferreis vn-
gulis cortex ligni per cauernas eximij odoris gut-
tā distillat. Cauerna eni gręco sermone oppe dicit^r
cuius guttam adulterant admixto cyprino oleo vt
melle. Sed sincera probatur a melle, si cū lacte co-
agulauerit, ab oleo si instillata aque aut admix-

ta facile fuerit resoluta, preterea & si laneę vestes
ex ipsa pollute non maculantur. Adulteratur qui-
dem neq; cum lacte coegulat, et vt oleum in aqua
supernatat, & vestem maculat. Balsama autem si
pura fuerint tantam vim habent, vt si sol excādue-
rit, sustineri non possint in manu.

¶ De herbis aromaticis siue cōibus. Cap. ix.

EXtant et quarundam herbarum nomina qđ
ex aliqua sui causa resonāt habentes no-
minum explanationem. Non tamen omni-
um herbarum ethymologiam inuenies. Nam pro-
locis mutantur etiam nomina. Folium dictum qđ si-
ne vlla radice innatans in indie littoribus colliga-
tur. Quod ligno perforatum siccant indi atq; repo-
nunt. Fertur aut paradisi esse herbarū gustu nardū
referens. Nardus herba est spicosa, vnde est gręcis
nardos tacos appellata, quaruz alia indica, alia sy-
riaca vocatur, non quod in syria nascatur s; quod
mons in quo inuenitur, alio latere indiam spectat,
alio syriam. Est autem indica multiformis, sed me-
lior syriaca, leuis, fulua, comosa, spicaparua, odo-
rissima cyperum similans. Quod si multum in ore
tardauerit linguam siccant. Nardus celtica a regio-
ne gallię nomen traxit. Nascitur enim sepius in li-
gurie alpibus et in syria frutice paruo radicib⁹ in
manipulo collectis ligamentis. Flos eius tantū, pp-
pter odorem bonum Tyrsi eius atq; radicle vti-
les probātur vsibus nostris. Costum radix herbe ē
nascentis in india arabia, & syria, sed melius arabi-
cum, est enim album & leue, suaue, iocundi odoris
indicum colore nigro et leue, vt ferula, syrtaeuz ve-
ro pondere graue, colore buxio, odore acro, sum-
mum tamen album, leue, aridum, gustū incendēs
& est virtutis ignee emictualis. Crocum dictum ab
oppido cicilie, quod vocatur coritiū, qđ et alibi na-
scatur, sed non tantum vel tale quale in cilicia. Vn-
de & a potiori parte nomen accepit. Nā multe res
nomina sumpserunt a locis vbi plus proueniunt &
aliquid melius. Optimum est autē quod fuerit re-
cens, odoris boni, albedine parua, porrecte longi-
tudinis, integrū, et neq; in fragmenta comminutū
in inspiratione bona, & cum carpitur manus inficiēs
et leuiter acre. Quod si eiusmodi non fuerit, aut ve-
tustum, aut infusum agnoscitur. Adulteratur autē
admixto croco magmate. Augendi quoq; ponde-
ris causa spuma argenti contrita adicitur & prodi-
tur, si puluerulentum reperitur, atq; decoctum ab
odore proprio fuerit laptum. Crocum magna ex
pressis aromatibus crocini vnguenti atq; informa-
to sedimine in pannusculos fit, et ideo sic appellat^r
Asarum nascitur in vmbrosis montibus casie simi-
libus, inter que flos iuxta radicem, p. ep. in quo
semen continetur vuarum simile, a radicibus pluri-
bus atq; tenuissimis & bene redolentibus, & ē vir-
tute similis nardo. Fū nascitur in ponto, folijs olea-
stro similib⁹. Qui parū a grecis vocatur, quod ha-
beat virtutem feruentem. Radix est iunci triangu-

li folijs porri similibus. radicibus uigris siue contiguus in similitudinem oliuarum odorissimis atq; acerrimis. Nascitur in paludib⁹ atq; vacuis locis. traditur etiam alia species qui pari q̄ in india nascitur & appellatur lingua eorum zinziber. Iris illirica a similitudine iris celestis nomen accepit. Vnde & a latinis argumen dicitur. Iris q̄ flos eius coloris varietate eundem arcum celestem imitetur. Illyrica autem dicitur, quia in illyria plurima et violentissima est, species eius folijs gladioli similibus, radice aromatica, odoris boni. Acorum folijs iridis similibus radicibus acerrimi odoris, sed iocundi propter quod et aromatica est. Meum folijs pastinace similibus. Cardamomū herba quā vulgus nasturgū vocat Squinū melius quod i euphrate nascit q̄ q̄ in arabia fuluum multiflorū, purpureum, tenue, odoris rosei, cum manu confricatur, gustu multū incendit linguam atq; mordet. Huius flos squinoantos dicitur. Antos enim græce flos nuncupatur. Thimum appellatum q̄ flos eius odorem refert, de quo Virgilius. Redolētq; thimo fragrantia mella. Epithimum græcum nomen quod latine dicitur flos thimi. Nam flos græce thimuz vocatur Est autem flos tymbre similis Sansucus est quem latini amaracum vocant cuius nominis vsus Virgili⁹ etiā aduenerē referens ait. Vbi mollis amaracus illum Floribus & dulci spirans amplectitur umbra. Aperta est autem hęc herba vnguentis. Vnde et nomen traxit amaracus a puero cuiusdam regis, qui casu lapsus dum ferret vnguenta nouum & grauissimū ex confusione odorem creauit. Iacynthus herba ē habens florem purpureum. Traxit autem nomen a puero quodā nobili, qui in saltibus inter purpureos flores repertus, est interfectus, deditq; nomē herbe puerilis funeris casus. Est autem radice et flore volui similis, pueros a pubertate retinens. Narcissus herba fabulose impositum nomen habet a quodā puero, cuius membra in hunc florem transferunt, qui & nomen narcissi in appellatione custodit, & decus pulchritudinis a candore retinet foliorum. Rosa a specie floris nuncupata, q̄ rutilanti colore rubeat. Lilia lactei floris herba, vnde & nuncupata quasi lilia cuius dum candor sit in folijs, aurum tamen species intus effulget. Viola propter vim doloris nomen accepit. Huius genera sūt tria, purpureum, album, melinum. Achantus herba egyptia semper frondens spinis plena, flexibili virgultu. In cuius imitatione arte vestis ornatur, q̄ achantina dicitur, & aliter achantis dicta. Hēdera dicta q̄ arboribus reptando adhēreat, de qua Virgilius. Inter vitrices hēderam cibi serpere lauros. Alij hēderam aiunt vocatā q̄ hēdis supra lactis abundantia in esca a veteribus præbeatur. hēderæ frigidaē teritē indices scpm phisicos. Nā antipharmacōn ebrietatis est si quis potus hēdera coronet. Fleborum memorant gręci circa elleborū quendā fluuium plurimum gigni inde atq; a gręcis appel-

lari. hunc romani alio nomine veratrū dicunt, pro eo q̄ sumptū mentem in sanitatem reducit. Duo sunt autē genera, album et nigrum. hanc autem periti loquuntur escam esse et alimoniam coturnicū eo q̄ naturali quodā temperamento sui corporis vim pabuli nocentis euitant. Etenim siue ratione medicine plerumq; ad salubritatē humani quoq; corporis temperatur, cui videtur esse contrarium. quantomagis proprietate nature ad cibum proficit quod medicinali manu conuertitur ad salutem. Acone portus est bithyniē, qui prouentu malorum graminum vsq; ad eo celebris est vt noxias herbas aconitās illinc nominemus. Naz toxicavenena ex eo dicta q̄ ex arboribus taxeis exprimantur, maxime apud cantabriā. Euphorbiū dictū q̄ eius succus oculorū acuat visum, cuius vis tanta est vt duris carnibus super adiecta citius coqui compellat. Nascitur in multis locis, sed plurima in mauritania Laser herba nascitur in monte oscobagi, vbi & ganges fluius oritur, cuius succus dictus primū lafir, quoniam manat in modū lactis. De idē vsu deriuante laser nominatū est. hoc & a quibusdā opium cyrenaicū appellatur, qm̄ & apud cyrenas nascitur. Aloe herba amarissimi succus. Panace herba fragrantis odoris, tyrsō ferulę similis, ex quo profluit succus qui opopanacis dicitur, croceus & pinguis, odore grauis & amarissimus. Galbanum est genus pigmenti albi cresceus in monte amomo syrię, alias succus est ferulę. Dictus est mons crete ex quo dictamū herba nomen accepit, ppter quā apud Virgi. Cerua vulnerata saltus peragrat. Tantē enī potentię est dictamum vt ferrum a corpore expellat, sagittas excutiat vnde et eius pabulo ferē percussæ, sagittas corpori inhærentes eiciunt. hanc quidā latinorum pologium martis dicunt ppter belli tela excutiēda. Mandragora dicta q̄ habet mala suaue olentia in magnitudinē mali matiani, vnde et eam latini malum terrę vocant. hęc poetę antropomorpheos appellant, q̄ habeat radicem formam hominis simulantem. Anthropolos ei gręce latine dicitur homo, cuius cortex vino mixtus ad bibendū datur his quorū corp⁹ propter curas sectandū est vt soporati dolorē non sentiāt. huius species sunt duę. Fœmina folijs lactucę similibus mala generans in similitudinē prunorū. Masculus vero folijs betę similibus. Papauer herba somnifera, de qua Virgilius. Leteo perfusa papauera somno. Soporē enī languentibus facit. Eius alia ē vsualis, alia agrestis, ex qua fluit succus quē opion vocāt. Colocintida cucurbita agrestis et vehementer amara, quę similiter vt cucurbita flagella pter rā tendit. Dicta autē colocintida q̄ sit fructu rotundo atq; folijs vt cucumis vsualis. Centaurē gręci vocāt quoniā a chitone centauro fertur reperta, Eadem & limnifios quia locis humidis nascitur. Eadem & fel terrę propter amaritudinē dictum. Glyciriza gręce ex eo dicta q̄ dulcem radicē ha-

beat. *ἄλευ* enim gręci dulce dicunt. Eadem ad ipsos quia sitientibus sitim sedat. Dracontea vocata quę hasta eius varia sit in modum colubri, similitudinemque draconis imitetur, vel quod eam herbę vipera timeat. Chelidonia ideo dicitur vel quod aduentu hirundinum videtur erumpere, vel quod pulvis hirundinum si oculi auferantur matres eorum illis ex hac herba mederi dicuntur. Heliotropium nomen accepit primo quod æstiuo solstitio floreat vel quod solis motibus folia circumacta conuertat. Vnde et a latinis solsequia nuncupatur. Nam & sole oriente flores suos aperit, item sero claudit cum sol occubuerit. Ipsa est quam latini incubum siluaticum vocant. hæc & verrucaria quod extinguat verrucas, ex aqua potata, vel in cataplasmate posita abstergat, Pantaphilon a numero foliorum dicta. Vnde & eam latini quinque folium vocant, herba adeo ut purificationi, et templis adhiberi a gentilibus solita esset. Isopus herba purgandis pulmonibus apta. Vnde & in veteri testamento per isopi fasciculos aspergebantur agni sanguine qui mundari volebant. Nascitur in petris hærens saxo radicibus. Reubarbarum siue reupōticum, illud quod trans danubium in solo barbarico, illud quod circa ponticum colligitur nominatum est. Reu autem radix dicitur, Reubarbarum ergo quasi radix barbara. Reupōticum quasi radix pontica. hyoscyamus a gręcis a latinis herba calicularis dicitur, quod caliculi eius in figuram cantarorum nascantur, ut est malipunci, quorum ora ferrata sunt habentes intrinsecus semina papaueri similia. hæc herba insanavocatur, quia usus eius periculosus est. Denique si bibatur vel edatur insaniam facit, vel sōni imaginem torpidam. hanc vulgus milimindrum dicit, propter quod alienationem mentis inducit. Saxifraga vocata quod semen eius petras in vesica frangat atque comminuat. Gentiana nomen sumpsit ut medici memorant, ab inuentore radicibus aristolocię similibus. Nascitur sub alpebus gallię, atque asię. Satureia calida & prope ignita. Vnde illi et nomen inditum credunt, quod pronos facit in venem. Satyrium dicta a satyris propter incendię libidinis, quam vulgus stincum vocat, venem enim suscitatur. Eadem & orchis quod radix eius in modum testicularum sit, quos gręci *ορχή* vocant. Item & leporina, propter quod caulem mollem emittat. Vrtica vocata, quod tactus eius corpus aduratur. Est ei igneę omnino nature, & tactu perurit, vnde et pruriginem facit, & utilis valde ad sanguinem stagnandum. Artemisia herba dianę a gentilibus consecrata est, vnde & nuncupata. Gręce enim diana artemis dicitur. Est autem apta medicis & potu sumpta aufert dolorem cordis. Camimelos herba gręce dicta, quod mali matiam odorem habeat, sitque brevis terreque vicina. Camidrios a gręcis appellata quę sit brevis & per terram strata et minuta foliis parvissimis. Peon quidam medicus fuit, a quo peonia

herba perhibetur inuenta ut homerus dicit. hanc quidam glesidę vocant, quod dulcis saporis sit, vel pentorobinam, a numero granorum, vel ut alii dant dilosam a digitorum similitudine. Nascitur in siluis. Boglossos a gręcis dicta eo quod folia asperissima in modum lingue bouis habeat. Quę mirum in modum ob sapientiam nutriendam vino infundenda a veteribus memoratur. Conuiuij quoque illaritate prebere fertur pro olere etiam sumitur. Arnoglossos. i. agni lingua, quę a romanis plantago dicitur, quod planta eius cito adhęreat terre. hac multi pro olere vescuntur. Erpillos quę apud nos serpillus vocatur pro eo quod radices eius longe serpant. Eadem & matris animola, propter quod menstrua moueat. Aristolocia dicitur quod mulieribus foetis optima sit. Nam superflua post partum matricem beneficio vaporis expurgat. huius herbe genera sunt duo, quarum vna aristolocia rotunda dicitur, propter quod rotundam radicem habeat. Altera aristolocia longa, quia longam radicem habet cum ramis et folijs longioribus. Quam etiã & dactilin vocant, quod sit radice robore digitali & longa. Erigonon a gręcis dicitur quod vere primo senescat. Vnde et eam latini herbam senetionem vocant. Nascitur per macerias. Psillios dicta quod semen simile pulicis habeat. Vnde eam latini herbam pulicarem vocant. Gerabotane ideo a gręcis nomen accepit, quod remediis ac ligamentis hoim & turificationibus sacerdotum a gentilibus apta probaretur. Vnde et eam pontifices sagemen appellabant quasi sancimen, hæc et verbena, quia pura, proficit fibrolis si bibatur. Paliurus herba asperrima & spinosa, pungens et retinens, vulnerans appropinquantem sibi & ad unco dente comprehendens. Strutios quam quidam herbam lanariam vocant eo quod plerique lanam ex ea lauent. Nascitur in locis cultis. Cimicia propter similitudinem cimicis. Vnde et eam gręci corionem vocauerunt. Nascitur in locis asperis atque incultis. Marubium quod gręci prasium dicunt, vocatum propter amaritudinem. Nascitur in campis. Pollegium apud indos pipere preciosius est, habet autem virtutem termantiam calefacit, et deducit, extenuat et purgat & digerit. Absinthium gręcum nomen cuius probabilius est quod in ponti regione nascitur, vnde & absinthium ponticum nominatur. Simpatius gręce dictus eo quod tantam in radice virtutem habeat, ut frustra carnis aspersa in cacabo coagulet. Polypodium herba, cuius radix hispida atque crinita, ut est polipus, ex quo deriuatum est ut polypodium diceretur. Nascitur in teneris petrarum terris siue quercubus, vicinis. Polios herba a gręcis, latinis oimorbia, quod multis morbis subueniat. Nascitur in montibus & in duris locis, de vna radice multas et tenues fibres mittit feminis plenas, in summitate habens quosdam corymbos canescentes odore graui et subdulce, succus eius aqua cocta a serpentibus percussos

sanat sparsa in domo vel incensa omnes serpentes fugat. Scamonea quam latini acridium vocat. herba succi plena, quæ colligitur sub cauata radice. Denique terram sub rotunda cauitate fodiunt. tamen suppositis aut cochleis, aut nuci folijs excipiunt succus, atque siccatus auferitur. Venit autem sepius probabilior ex myfia asie. Huic contrarius atque falsus ex syria atque iudea. Daucos herba folijs foeniculi similis tyro bipalmis. Citocatia dicta quod ventres cito depurget, quam vulgus corrupte citociam vocat. Lappa dicta quod habeat caulem ingentem per terram dispositam. Hæc herba a grecis philantropos vocatur, quod vestibus hominum inhereat ob asperitatem sui. Nascitur iuxta muros. Capillu venis vocatum, siue quod elapsos post alopecia capillos recreat, vel quod capillorum fluores coerceat, vel quod sit virgulis nigris lenibus cum splendore, quasi capilli. nascitur in aquosis locis. Rubia dicta quod radix eius sit rubra, unde et colorare lanas perhibetur. Ancusa cuius radix contrita digitos inficit. Est enim colore sanguineo, unde etiam pictoribus ad purpuram efficiendam vsui est. Cameleon quæ latine vascarago vocatur eo quod viscum gignat, in quo herent aues quæ propria voluntate descendunt ad escam. Cicuta, propter quod in tyro geniculatos nodos habeat occultos vt canna, sicut dicitur fossa cæca quæ occulta est. Hæc potui data interficit. Hanc in carcere socrates bibit et exspirauit. Persius dicit. Sorbitio quem tollit dira cicute. Hæc dum hominibus venenum sit, capellas efficit pingues. Trifolium est quod greci trifillum vocant, quod sit folijs trinis et per singulas annotationes. Flomos quam latini herbam lucernam vocant, ad eo quod ad lychinia proficiat. Eadem et lucubros quod lucem prebeat umbris. Piretro grece dicta quod radicem incendiosam atque coaceruatam. Altea malua agrestis, siue malue viscus, sed altea quod in astum surgat, & viscus quia glutinosa est. Origanum quod latine colora interpretatur, propter quod infusum color et vinum. Hæc autem herba calida est, deducit etiam flegma & mingitur. Titimallum vocabulum sumpsit quod foliorum comam ad radium solis circumacta conuertat. Nam greci solem titan vocant, mallonem comam, ex quo confectum est vt titimallum diceretur. Huius species septem diuersis locis nascentes. Strignos quæ latine herba salutaris vocatur, propter quod dolor capitis et stomachi incendium mitigat. Eadem & vicia lupina propter semen eius vicia simile. Pilogonos quem latini herbam sanguinariam vocant. propter quod missa in naribus sanguinem moueat. Ambrosia quam latini apium siluaticum vocant. de qua Virgilius. Ambrosia quæ comæ diuinum vertice odorem spirauere. Apiago dicta quod flores eius apes maxime appetunt. Rosmarinum quæ latini ab affectu herbam salutarem vocant, cuius folia foeniculi sunt similia atque aspera, & rotatum terræ prostra-

ta. Menta agrestis quam greci calaminti, nostrivulgo nepeta vocauerunt, maioris virtutis et vehemens in calore. Genicularis herba substernitur ob scorpionum vim repellendam. Gladiolus quod sit folijs gladii similibus tyro cubitali floribus purpureis. Agaricum radix vitis albe. Affolidos, quam latini a colore albutium vocant, Scilla quod nocens sit de qua superstitio gentilium dicit, quod si integra ad limen suspendatur, omnia mala fugat. Camiptos a grecis dicta quæ terræ adhaereat, & odorem pini habeat. hanc latini cucurbitularem vocant quæ ex parte odorem cucurbitæ referat. Stafisagria hoc est herba quinque digitorum, huius semen commasticatum, humorem nimium capitis deducit, gustu amarum, nascitur in locis amoenis. Splenos dicta quæ splenem auferat, siue scolopendrios eo quod folia ipsius scolopendro animali sint similia. Nascitur in humidis petris. Nec caulem, nec florem, nec semen habet, folia ipsius superficie viridia sunt, subter rufa et damnosa, splenem curat. Voluus appellatus quæ radix eius volubilis sit & rotunda. Stoeas in insulis stoecadibus nascitur, unde et nuncupatur. Cyclaminos grece dicta a quodam qui cyclos vocatus est, qui primus virtutem huius herbe inuenit, siue quæ habeat radicem rotundam. Greci enim cyclo rotundum vocant, cuius radix aut succus si vino fuerit admixtus ebriosos facit. Nascitur in siluosis locis & agrestibus. Ampelos leuce siue brionia, quam latini vitam albam vocant. vel a qualitate coloris, vel quæ eius radix contrita & corpori infricata teneriorem & candidiorem cutem reddat. Nam succus baccarum eius lacvberibus siccis reddit. ampelos melena. i. vitis nigra, eademque labrusca folia hederæ similia in omnibus maior quam vitis alba baccas similiter habens quæ immaturitate nigrescunt, unde & vocabulum sumpsit. Viticella herba a latinis appellata, quæ sicut vitis quicquid proximum habuerit apprehendat. Corimbis quos a nulos appellamus. Buptalmos florem habet croceum oculo similem, unde & a grecis nomen accepit. est autem caule molle folijs coliadri similibus. Nascitur iuxta muros ciuitatum. Flomos, quam latini verbascum vocant quarum altera est masculina albidioribus folijs atque angustioribus, altera foemina folijs latioribus atque nigris. Ferula vocata a medulla. Nam illam Varro tradit esse ferule medullam, quam opodelon greci vocant. Nonnulli a feriendo ferulam dicunt. hæc enim pueri & puellæ vapulare solent, huius succus glabanum est. Papyrus dictum quæ igni & cereis est aptum. Pyro enim grece ignem dicunt. Iuncus dicitur eo quæ iunctis radicibus hereat. Scyrpus a quo segetes teguntur sine nodo, de qua Ennius Querunt in scyrpo soliti quæ dicere nodum. Et in proverbio. Qui inimicus est etiam in scyrpo nondum querit. Fucus genus herbe est de qua tingitur vestis dicta quia mentitur alienum colorem. Unde & Virgilius. Discet mentiri lana colores. Alga nascitur in

aquis stantibus. Ita deniq; nomen sumpsit ab alge re aque, vel quod alliget pedes, quia crassa est, fo- lijs aquam ex parte superantibus. Vlua & typ⁹ her- be circa fontes & paludes stagnisq; nascuntur. Ex quibus vlua idest alga mollis, & quodammodo fū- gus dicta ab vligine. Typus vero que se ab aquis in- f lat. Vnde etiam ambitiosorum et sibi placentiu- hominum tumor typus dicitur. Carix acuta herba & durissima sparto similis, de qua Virgilius. Et ca- rice pastus acuta. Spartus frutex virgosus sine fo- lijs ab asperitate vocatus. Volumina enim funium que ex eo fiunt aspera sunt. Gramen a situ potius dictum quod plurimorum agrorum sit. Vnde illud græci agreste vocauerunt, licet omnis herba gra- men vocetur ab eo quod germinetur sicut robur omnis ligni cutis, species ab eo qd sit firmissima. fi- lix a singularitate folii dicta. Deniq; ex vna virgula altitudine cubitali vnum scissum folium gignitur res implicata velut pēna. Avena per u litteram her- ba est, per. b. vero lorum quo equi retinentur. Aue- na herba seminalis segeti & milis. Virgi. Vrit enim lini campum seges, vrit auenę penitus & pro cala- mo aliquotiens. zizania qd poetę semper infelix lo- lium dicunt qd sit inutile et infœcundum. Fenum dictum qd eo flamma nutritur, Fos enim flamma est. Fenum qd est palea per e solam scribendū. fœ- num quod est lucrum per o & e scribitur. Manipu- lum dicimus facem feni Et dictus manipul⁹ quod manum impleat.

De oleribus.

Cap. x.

Ortus nominatur quod semper ibi aliqd oriatur nam cum alia terra semel in an- no aliquid creet, hortus nunq sine fructu est. Olus ab alendo dictum, eo quod pri- mum homines ab oleribus alerentur anteq fruges & carnes ederent. tentum enim pomis arborum et oleribus alebantur, sicut animalia herbis. Caulis est generaliter herbarum et olerum medius frutex qui vulgo tyrsus dicitur, quod a terra sursum cōscē- dat, ex quo derivatum est vt specialiter quoddam genus olerum caulis diceretur, quia tyrsus ipsi⁹ am- plius ceteris oleribus coalescit, idest crescit. Est au- tem generale nomen. Omnis enim frutex caulis di- citur. Caulium autem sunt genera quinq; .i. cuma- num pompeianum arcinum sabellicum brucium. Cima dicitur quasi coma. Est enim summitae ole- rum vel arborum in qua vigens virtus naturalis ē Malua genus herbe hortulanę que ex parte græ- covocabulo appellat. απο του μαλακι ξεσθαι eo quod molliendi aluum soluendiq; naturam ha- beat. Cuius succo si quis se oleo mixto perunxerit ab apibus negetur feriri. Folia eius ex oleo trita & imposita scorpionibus creduntur auferre torporē Pastinaca vocata quod radix eius precipuus past⁹ sit hominis. Est enim odoratu iocunda, cibo dele- tabilis. Rapa dicta a rapiendo. i. comprehendē- do. Est autem radice amplior nape, sapor dulcior

& folio tenuior. Napus a similitudine, nisi quod fo- liis latior, & radicis gustu subacrior est. Nominis au- tem affinitas in vtriusq; inde pene communis, quia vtrumq; semen in alterum vicissim mutatur. Nam rapa in alio folio, vt Emilianus ait, per biennium mutatur in napum, in alio vero napus transit i ra- pam. Napocaulis ex duobus operibus compositū nomen habet, quia dum sit sapore napo similis nō in radice sed in tyrso conscendit vt caulis. Sinapis appellatur quod foliis sit similis napis. Hęc aucto- res aiunt calidam virtutem habet & egeritur, sed stringit vrinam crudum in cibo sumptum, stoma- cho contrarium coctum vero in olere iuuat stoma- chum, semen autem eius tritum cum aceto serpen- tinum vulnera curat. Raphanum græci nos radi- cem vocamus, eo quod totus deorium nititur dum reliqua olera in summa magis profoliant. Cuius se- mine macerato quisquis suas manus infecerit, ser- pentes impugne tractabit. Siquidem ex ipsius ra- dice etiam ebur albescit. In cibo quoq; veneno ob- sistit. Nam contravenena radices, nuces, lupini ci- tria, apium, ruta profunt, sed contra futurum non contra acceptum venenum. Vnde et apud veteres ante alias epulas hęc solebant mensis apponi. La- ctuca dicta est quod abundantia lactis exuberet, seu quia lacte nutrientes fœminas implet. hęc & i- viris veneris vsus coerces. Lactuca agrestis ē quā sarraliam nominamus, eo quod dorsum eius in mo- dum ferræ est. Intubus græcum nomen est Et intu- bus quod intus sit tosus. Cepa vocatur quia non a- liud est nisi tantum caput. Ascalonia nūcupata ex vna vrbium palestinae quæ ascalon dicitur. vñ pri- us aduecta est. Alium dictum quod oleat. Vlpicum appellatum alii odorez habeat. fase los vocari aiūt a fase lo insula græcia, vbi non procul mons olym- pus est. Porrum cuius duo genera sunt, capitatum & sectile. Capitatum maius sectile parvulum. Beta apud nos oleris genus, apud græcos littera est. clī- rum genus oleris saporis euaniidi quasi vilis beta. Cucumeres quod sint interdum amari, qui dulces naici perhibentur si lacte mellito eorum semen in- fundatur. Cucurbita apopores. Sane pepo, melipe- po, ozimum græca nomina sunt, et origoeo. latinis incerta. Olus molle atriplex brassica, olis atrē Nasturtium sapor appellauit. quod acrimonia sui nasum torqueat. fungi quod aridi ignem acceptū concipiant. fos enim ignis est, vnde et esca vulgo dicitur quod sit fomes ignis & nutrimentum. alijs di- cunt fungos vocatos quod sint ex eorum genere q- dam interemptorii, vnde et defūcti. Tubera tumor terræ prodit eaq; causa nomen illi dedit. Volui ap- pellati, quod sint volubiles et rotundi. asparagus quod sit spinosa et aspera, et frutex eius ex qua gi- gnitur. Capparitis a grecis nomen sumpsisse vide- tur quod habeat rotunda in summitatibus semi- nū capitella. armoracea hoc est lapsana. Lapistrū Lapacia, hęc in cibo sumpta stomachum confor-

tat, venerem reprimat. Carduus genus herbe spinose huius naturam mordax & subaultera est & mollis frigidus & indigestus succus eius alopecias curat. Eruca quasi vrUCA quod ignite sit virtutis, et in cibo sepe sumptu veneris incendium moueat Huius species due, quarum altera vsualis, altera agrestis acris virtutis, vtraque tamen, veneris comouens vsu.



Apium dictum quod ex eo apes. i. caput antiquorum triumphantium coronabatur. Hercules autem hanc herbam primus capiti circumtulit. Nam nunc populum capite prefererat, nunc oleastrum, nunc apium. Cuius radices efficaciter pugnant contra infidias venenorum. Eius generis sunt petrosilenon iposilenon, & oleosilenon. Petrosilenon vocatum quod sit simile apio & nascatur in petris, montibusque pręruptis, quod nos petrapium dicere possumus. Silenon enim gręce apium dicitur, sed est summum ac probabile macedonicum gustu suaue, & odore aromatico. Iposilenon dictum quod sit durum et austerum, Oleosilenon quod mollior folio & caule tenerum. Feniculum latinivocant, quod eius tyrsi seu radicis succus acuat vsu, cuius virtus traditur vt serpentes annuam senectutem eius gustu deponant. Hoc olus gręci maratron vocant. Ligusticum a regione nomen accepit. Nascitur enim plurimum in liguria, odore aromatico & gustu acre. Anelson gręci dicunt, siue vt latini anesum, herba omnibus cognita acerrime feruens. Coriandrum ex gręco nomine sumptum, quod illi corion vocant, cuius semen in dulci vino datum, proniores reddit in venerem, si supra modum dederis amentiam nutrit. Canos etiam ex coriandro infici traditum est. Ruta dicta quod sit feruentissima, cuius altera agrestis, atque virtute acrior, sed vtraque feruentissima comprobatur. Hanc venenis repugnare mustelle docent, que dum cum serpente dimicauerint cibo eius armantur. Inula quam rustici alam vocant, radice aromatica, odoris summi cum leni acrimonia. Menta genus herbe odorifere, huius genera sex.

¶ Inest liber decimus octauus.

¶ De bellis.



Nimus bella intulit Ninus assiriorum rex. Ipse enim finibus suis neque contentus humanę societatis fœdus irrumpens exercitus ducere, aliena vastare, liberos populos aut trucidare aut subiicere cepit vniuersamque asiam vsque ad libyę fines noua seruitute perdomuit. Hinc iam studuit orbis in mutuo sanguine grassari alterna cęde. Quatuor autem sunt genera bellorum. i. iustum, iniustum, ciuile, plusque ciuile. Iustum bellum est quod ex predicto geritur de rebus repetitis, aut propulsandorum hostium cau-

Cap. I.

sa. Iniustum bellum est quod de furore non de legitima ratione inicitur. De quo in republica. Cicero dicit. Illa iniusta bella sunt que sunt sine causa suscepta. Nam extra vlciscendi aut propulsandorum hostium causa, bellum iustum geritur nullum potest. Et hoc idem Tullius paruis interiectis subdidit. Nullum bellum iustum haberi videtur nisi denunciatum nisi dictum, nisi de repetitis rebus. Ciuile bellum est inter ciues orta seditio, et concitati tumultus, sicut inter syllam & marium, qui bellum ciuile inuicem in vna gente gesserunt. Plusque ciuile bellum est vbi non solum ciues concertant, sed & cognati, quale actum est inter cesarem & pompeium, quando gener & focer inuicem dimicauerunt. Siquidem in hac pugna frater cum fratre dimicauit, et pater aduersus filium arma portauit. Lucanus. In fratrum ceciderunt premia fratris Item. Cui ceruix cęsa parentis cederet. Bella itaque dicuntur interna, externa, seruilia, socialia, pyratice. Nam pyratice bella sunt sparsa latronum manus per maria myoparonibus leuibus et fugacibus, non solum nauium comatus, sed etiam insulas prouinciasque vastantibus. Quos primum Cnens pompeius post multam vastationem quam terra marique diu egerat, mira celeritate compressit ac superauit. Sicut autem bellum vocatum quod contra hostes agitur, ita tumultus qui ciuili seditione concitatur. Nam seditio est dissentio ciuium, dicta quod seorsum alii ad alios eant. Alii estimant dissentionem animorum seditionem vocari, quam gręci diabasin vocant. Quo autem differat vtrumque Cicero docet. Potest enim inquit esse bellum vt tumultus non sit. Tumultus autem esse sine bello non potest. Quid est autem aliud tumultus nisi perturbatio tanta vt maior timor oriatur, vnde etiam dictus tumultus, quasi timor multus. Grauior autem est tumultus quam bellum. in bello vacationes valent, in tumultu non valent. Differt autem bellum, pugna, et prelium. Nam bellum vniuersum dicitur, vt punicum. Huius partes sunt pugne, vt cannensi, termensis. Rursum in vna pugna multa sunt prelia. Aliud enim in cornibus, aliud in media, aliud in extrema acie geritur. Bellum igitur est totum, pugna vnius diei, prelium pars pugne est. Bellum antea duellum vocatum. eo quod due sunt partes dimicantium, vel quod alterum faciat victorem, alterum victum. Postea detracta littera d, et mutata u in b dictus est bellum. Alii per antiphrasin putant bellum quod sit horridum, vnde & illud Bella horrida bella. cum bellum contra sit pessimum. Prelia dicuntur a premento hostis hostem. Vnde est prelia ligna quibus vna premitur. Pugna vocata eo quod initio vsus fuisset in bello pugnis contendere, vel quia primo bellum pugnis incipiebant. Vnde et pugna etiam duorum est aliquando et sine ferro. Quatuor autem in bello aguntur, pugna, fuga, victoria, pax. Pacis vocabulum videtur a pacto sumptum. Posterius autem

pax accipitur, fœdus primū initur. Fœdus est pax que fit inter dimicantes, vel a fide vel a fecialib⁹, id est sacerdotibus dictum. Per ipsos enī fiebant fœdera, sicut per seculares bella, Alij fœdera putant a porca fœde & crudeliter occisa, cuius mors optabatur ei qui a pace resiliisset. Virgilius. Et cesa iungebant fœdera porca. Fœderis partes induciæ. et dictæ induciæ quasi indies ocia.

¶ De triumphis.

Cap. ii.

O mne regnum seculi hulus bellisqueritur. victoria propagatur. Victoria dicta quod vi. i. virtute adipiscatur. Hoc est enī ius gentiū vim vi expellere. Nā turpis est dolo questiva victoria certa aut victoria est, vel occisio hostis, vel expoliatio, vel utrunq; Non est aut iocunda victoria que per imensa detrimenta contingit. Et hoc est quod laudat Salustius. duces victoriā in crueto exercitu deportasse. Pompa dicta est græca significatiōe ἀπο του πομπεν σθαι hoc est publice ostentari. Præcedit aut victoria pompam, ideo quod iturris ad certamen primum est victoriæ votum. Tropheum dictū ἀπο της τροπης, id est a conuersione hostis & fuga. Nam ab eo quod hostē quis fugasset merebatur tropheū, quod occidisset triumphum, qui dictus est ἀπο της τριαμψης, id est ab exultatiōe. Plenæ enī victoriæ triumphus debetur, semiplenæ tropheum, quia nondū plenā consecutus est victoriā. Non enī obtinuit, sed fugauit exercitū, Hęc tñ noīa scriptores confundunt, Tranquillus aut triumphum latine dicit potius appellatū, quod is qui triumphans urbē ingrederetur, tripartito iudicio honoraret. Nā primū de triumpho duci contendendo exercitū iudicare solitū erat, secundo senatū, tercio populus. Erat aut apud romanos mox ut triūphantes quadrigis veherentur, ex illo quod soliti sint priores duces hoc habitu bella inire. Quicūq; aut in conflictu vicisset, palma aurea coronabatur, quia palma stimulos habet. Qui vero sine conflictu fugientē prostrasset, laurea, eo quod hęc arbor sine spinis est. Namque & purpureā & palmatam totam triūphantes induebantur, & scipionē cū sceptro in manu gerebāt, ad imitationē victoriæ scipionis, licet & scipio baculus sit quo hoīes innituntur, vnde & ille primus cornelius scipio appellatus est, quia in foro pater eius cecus innixus eo ambulabat. Super scipionē aut aquila supersedebat ob indicium quod per victoriā quasi ad supernā magnitudinē accederēt. Inde & colore rufo perlinebantur, quasi imitarentur diuini ignis effigie. Quod vero a carnifice contingebatur, id erat indicium ut ad tantum fastigium euecti, mediocritatis humanæ cōmonerentur. Duobus autem generibus deletur exercitus, aut internitione aut dispersione. Salustius. Hostes inquit oppressi, aut dilapsi forent, Sicut utrunq; Virgi. Internitiōe, ut submersasque obrue puppes. Dispersione, ut age & disice corpora ponto. Spolia hostium preda, manubiæ, exuuię partes. Præda a prædendo, vocata. Manu-

biæ eo quod manibus detrahuntur, Hæ & exuuię ab exuendo dictæ, quia exuuntur. Hæ & partes a pari diuisione pro personarum qualitate & laborū iusta decisione, Spolia autem a palliis quasi expallia victis enim detrahuntur.

¶ De signis.

Cap. iii.

Signa bellorum dicuntur quod ex his exercitus & pugnandi & victorię receptui accipit symbolum. Nam aut per vocem tube aut per symbolum admonetur exercitus legionum. Principalia signa aquile, dracones, & pile. Aquilę ideo eadem auis iouis in armis auspicio fuerit. Nā dū idem iouis aduersus titanas proficisceretur, aquilā ei in auspicio apparuisse ferunt, quam ille pro indicio victoriæ acceptam tutelę suę auspiciatus eaz legioni signum dedit, quo factum est ut deinceps militum signis committeretur. Cuius Lucanus meminit dicens. Signa pares aquilas & pila minantia pilis. Draconū signa ab apolline morte phitonis serpentis inchoata sunt. Dehinc a græcis & romanis in bello gestari cœperunt. Pilam in signo constituisse fertur augustus propter nationes sibi in cuncto orbe subiectas ut magis figurā orbis ostēderet Vexillum & ipsum signū bellicū tractū, nomē habens a veli diminutione quasi vellilum. Sub romulo aut fasciculos fœni pro vexillis milites habuerunt Hinc & manipuli appellantur. Manipulos enim dicimus fasces fœni quod manum impleant. Cetera signa diuersis prælata agminibus secundum militarem consuetudinē existunt per quę exercitus permixtione præliorum agnoscitur.

¶ De buccinis.

Cap. iiii.

Buccina est qua signū datur in hoste, dicta a voce quasi vocina. Nam pagani agrestesque ab omnem vsū buccina ad comperita conuocabantur, proprie ergo hoc agrestibus signum fuit. De quo Propertius. Buccina cogebat præcos ad arma quirites. Huius clangor buccinæ dicitur. Tubam tyrrheni primum inuenerunt vnde Virgilius. Tyrrhenusque tube mugire per aera clangor. Hanc enī a tyrrhenis prædonibus excogitataz dicunt cū disperi circa maritimas oras non fale ad quicūq; præde occasiōem voce aut buccina conuocarentur vento plerunq; obstrepente. Hic postea bellicis certaminibus adhibita est, ad denuncianda signa bellorum ut vbi exaudiri præco præ tumultu non poterat. sonitus tubæ clangantis attingeret. Tuba autem dicta quasi toffa. i. caua. Item tuba quasi tibia. Inter tubam autem et buccinam veteres discerniebant. Nam buccina insonans sollicitudinez ad bella denunciabat. Virgilius. Qua buccina signum dira dedit. Tuba autem prælium indicabat ut At tuba terribilem sonitum. Cuius sonitus varius est. Nam interdum canitur ut bella committantur interdum ut insequentur eos qui fugiunt, & interdum receptui. Nam receptus dicitur quo se exercitus recipit. Vnde et signa receptui canere di-

cuntur. Classica sunt cornua que conuocandi causa erant, facta, & a calēdo classica dicebātur. De quibus Virgilius. Classica iamq; sonant. Apud amazones autē non tuba sicut a regibus sed a reginā si stro vocabatur fœminarum exercitus.

¶ De armis.

Cap. v.

Arma generaliter omnium rerum instrumenta sunt, vnde vbi reponuntur armaria dicta sunt, Idem arma & tela oīm generū sed arma sunt quibus ipsi tuemur, tela que emittimus. Nā arma duplicata idest quibus percutimur vel quibus tegimur. Arma autē proprie dicta sūt eo q̄ armos tegunt. Nam arma vel ab armis dicuntur, idest humeris vt latus hinc asta per armos acta tremit, vel ἀπο τοῦ ἀρμῶσ. i. a Marte

¶ De gladiis.

Cap. vi.

Gladius generaliter dī ensis in plelio, s̄ ensis ferrum tantum, gladius vero totus. Proprie autē appellatur gladius quod gulaꝝ diuidit idest ceruicem secat. Ad hoc enim primū est factus. Nam cetera membra securibus magis ceduntur, collū gladio tm̄. Acies autem gladii ab acumine dicta est. Capulus vocatur, vel quia caput ē gladii, vel quia ibi capitur vt teneatur. Nam alibi acies ferri non finit Mucro non tantū gladii est, sed cuiuslibet teli acumen, dictus a longitudine. Naz macron gr̄eci longum dicunt. hinc & machere Machera autem est gladius longus ex vna parte acutus. Framea vero gladius ex vtraq; parte acutus quaz vulgo spatam vocant. Framea autem dicta q̄a ferrea est. Nam sicut ferramentuz, sic framea dicitur ac proinde omnis gladius romphea. Spata a passione dicitur gr̄eco vocabulo quoniam patin gr̄ece dicitur pati vnde & patior & patitur dicimus. Alij spatam latine autumant dictam eoq; spaciofa sit. i. lata et ampla. Vnde & spatula in pecoribus. Semipatium gladius est a media lōgitudine spatę appellatus, nō vt iprudēs vulgus dicit sine spacio, dū sagitat velocior sit. Pugio a pungēdo & tranfigendo vocatur. Est enī gladius paruus & bifacutus lateri adherens, Idē & clunabulū dictū, q̄ religetur ad clunē. Celidoniacus gladius, ferrū est latum cuius duplex mucro ac bifurcus in modū caudę hirundineę formatur, vnde & celidoniacus dī. Sicca a siccano dicta est. Est enim gladius breuis quo maxime vtuntur qui apud italos latrocinia exercent. a quo & sicarii dicti sunt. Tanquillinus autē dicit, dū cuiusdam gladiatoris in ludū emissi gladius curuatus fuisset, ex acie recta procurrit vnus ad eum corrigendum, tūq; a pugnante rñsum est, sicca pugnabo, inde sicce nomen datum est. Secures signa sunt, que ante cōsulcs ferebantur, ne aut vsum perderent belli, aut vacantes ocio aspectum amitterēt gladiatorum. Quas & hispani ab vsu francorum per deriuationem franciscas vocant.

¶ De astis.

Cap. vii.

Asta est contus cum ferro, cuius diminutiuz fa-

cit astile. Nomen autem asta ab astu subsumpsit. vnde & astutia. Contus ferrum non habet, s̄ tantum cuspide acuta est. Virgilius. Ferrataq; trudes & acuta cuspide contos. Contus autē quasi conitus. Est ei conitus acuta rotunditas. Trudes amites sūt cū limato ferro, que gr̄eci a plustria dicunt Trudes autē dicuntur ab eo q̄ trudent & detrudent. Virgili⁹ Ferrataq; trudes. Venabula dicta q̄si venatui habilia. Excipia quia veniētē excipiunt quasi excipibilia. Excipiunt enī apros, expectant sulcipiūtq; leones, Intrantrifos, sit tm̄ firma manus. Lācea est asta amētū hñs i medio. Dicta autē lācea q̄ equa lance. i. equali amento ponderata vibratur. Amentuz quia media asta religatur vt iaculetur. Claua ē qlis fuit herculis, dicta q̄ sit clavis ferreis iuicem religata. et est cubito semis facta in longitudine. Hęc & cateia quam Horatius caiā dicit. Est ei gen⁹ gallici teli ex materia q̄ maxime lenta, que iactu nō q̄ dē longe ppter grauitatē euolat, sed quo peruenit vi nimia pfringit, q̄ si ab artifice mittat, rursū redit ad eum qui misit Huius meminit Virgilius dicens. Teutonico ritu soliti torquere cateias Vnde & eos hispani & galli teutonicos vocant Falarica enī est telum ingens torno factum habens ferrum cubitale et rotunditatem de plumbo in modum spherę in ipsa sūmitate, dicitur etiā & ignez habere affixum. Hoc autē telo pugnat de turribus quas falas dici manifestū est. Iuuenalis. Cōsulcs ante falas delphinorq; & columnas. A falis igitur dicta est falarica, sicut a muro muralis. Sane falaricaz Lucan⁹ dicit neruis mitti tortilibus et quedam machinavt nunc vibrata fabrica neruis. Virgilius vero ait turnum manu falarica iaculasse. Pila sunt arma iaculorum atq; telorum a torquendo vel emittendo vocata. De quibus Lucanus. Signa paresq; aquilas & pila minantia pilis. Cuius singulare pilum dicitur Telum vocatur secunduz gr̄ecā etymologiā ἀπο τοῦ τηλοῦ quod longe iaci potest, q̄q̄ abusiue dicatur & gladius vt est illud At non hoc telū meo quod vi dextra versat. Proprie autem teluz a longitudine dicitur. vnde & mustela dicit q̄ longior sitq̄ mus. Cuspis astile amentatuz a cespite dicta, quod est virgultum. Virgilius. Et pastoralē p̄fixa cuspi de myrtiū. Proprie autē cuspi posterior ps haste est

¶ De sagittis.

Cap. viii.

Sagitta a sagaci ic̄tu idest veloci ic̄tu vocata. Pennis enim fertur quasi auis, vt celeriter mors percurrat ad hominem. His primum cretenses vsi sunt. Quibus pennę ideo vt diximus agglutinantur vt leues sint & peruolent scutatos. Spicula sunt sagittę vel lanceę breues, ab spicarum specie nuncupate. Scorpio & sagitta venenata arcu vel tormentis excussa. Quę dum ad hominem venerit, virus quo figit infundit, vnde et scorpio nomen accepit.

De pharetris.

cap. ix

Dharetra sagittarū techa, a ferendo iacula dicta, sicut & pheretrū vbi sim⁹ deferē que ideo ethymologiam cōmunez habet quia pharetra mortem, pheretrū mortuū portat. coriti proprie sunt arcuū thece, sicut sagittarū pharetre Vagina appellatur eo q̄ in ea mucro vel gladi⁹ ba iuletur. Theca ab eo quod aliquid receptū tegat. c littera pro g posita. Alii gr̄co uomine thecam vocari asserūt qđ ibi reponatur aliquid. Inde bibliothea liborū repositio dicitur. dolones sūt vaginē lignē inter quas latet pugio sub baculi specie. dolones autē a dolo dicti sunt qđ fallant & decipiant ferro cū speciem pr̄ferant ligni. Hos vulg⁹ gr̄co nomine oxos vocant. i. acutos. Vñ & apud medicos acut⁹ morbus oxe vocatur. Arcus vocatur eo quod arceat aduersarium. Inde et arces dicuntur a quibus arcentur hostes. Item arcus ob speciem, quod sint curuati artius.

De fundis.

Cap. x.

Dicta est funda ab eo q̄ ex ea fundantur lapides. i. emittantur. Harum vsus primum in insulis que baleares dicuntur inuentus ē Virgilius balearis verberē fundæ. Balista gen⁹ tormenti ab emittendo iacula dicta. Bali enim gr̄ce mittere dicitur. Torquentur enim verberē neruorum et magnavi iacit aut astas aut saxa. Inde & fū dibalus quasi fundens & emittens. Contra balistā testudo valet. Series enim fit armorum ymbonib⁹ inter se colligatis.

De ariete.

Cap. x.

Arieti nomen species dedit, eo q̄ cū impetu impigit murū in modum arietuz pignantium. Valide enim ac nodosæ arboris caput ferro vestitur. eaq; suspēsa funibus multorū manus ad murū impellitur. deinde retrorsuz ducta impetu maiore destinatur, sicq; ictibus crebris concussum muri lat⁹ cedit. cauatū irrumpit ac fenestram facit. Contra impulsū arietis remedium est saccus paleis plenus & in eum locuz dimissus quo aries percutit. Iaxo enim saccorum sinu ictus arietis illisus mollitur Duriora. n. mollioribus facilius cedunt. Plutei sunt crates corio crudo itexte. que in opere faciēdo hosti obiciūtur. Muscul⁹ cuniculo filis fit quo murus perfoditur. ex quo & appellat⁹, quasi murusculus.

De clypeis.

Cap. xii.

Clypeus est scutum maius dictus ab eo q̄ clypeus. i. celet corp⁹, periculisq; subducatur, α πο του κλεπτειν. Oppositus enim sua defensione ab astis & iaculis corpus munit. Clypeus perditū est, scutum equitum. Scutum appellatum eo q̄ se excutiat telorum ictum. Vt eni telis resistat clypeus ante fertur. Vmbo scuti pars media est, q̄si vmbilicus. Ancile vocatur scutū breue & rotundū. De quo Virg. Leuaq; ancile gerebat. Et ancile dictum ab ancisione q̄ sit ab omni parte veluti ancila

sum ac rotundum. Ouidius. Idq; ancile vocat ab omni parte recisum. Quaq; notes oculis angulus omnis abest. Pelta scutum breuissimum in modum lunæ medię. Cuius meminit liber regum. Fecit rex salomon ducenta scuta de auro puro, & trecentas peltas ex auro probato. Cetra scutum loreum sine ligno, quoytuntur asri & mauri De quo poeta Leua creta tegit Parma leuia arma quasi paruus clype⁹ Dicitur autē & testudo scutū. Nā in modū testitudinis fit clypeus. Est & testudo scutoz cōnexio curuata in testitudinis modū. Nanq; in armoz gñib⁹ milites etiā ab aialibus noia sumunt vt aries. Et salustius in modum inquit heritij militaris.

De loriceis.

Cap. xiii.

Loricavocatur eo q̄ loris careat, solis eni circulis ferreis cōtexta est. Squama est lorica ferrea ex laminis ferreis aut æris cōcatenata, in modum squamæ piscis, et ex ipso splendore squamarum & similitudine nuncupata est. de cilijs autem & poliuntur & reguntur lorice.

De galeis.

Cap. xiiii.

Cassis de lamina est, galea de corio. Nam galeros corium dicitur. Cassidem autem a tūscis nominatam dicunt. Illi enim galeā cassim dicunt, credo a capite. Apex est quod in summa galea eminet, quo figitur crista quam gr̄ci conon dicunt, Nam conus est curuatura quæ in galea prominet & supra q̄ criste sunt.

De foro.

Cap. xv.

Forus exercendarum litium locus, a fando dict⁹ vel a phoroneo rege q̄ prim⁹ gr̄cis legē dedit. Qui loc⁹ & rostra vocat⁹ ab eo q̄ ex bello punico captis nauibus carthaginū, rostra ablata sūt, & in foro romano pr̄fixa, vt esset huius insigne victoriæ. Constat autem forus causa, lege, & iudice. Causa vocatur a casu quo euenit. Est enim materia & origo negocij, necdum discussionis examine patefacta, que dum proponitur causa est, dum discutitur iudiciū est, dū finitur iusticia, vocatū autē q̄si iurisditio, & iusticia quasi iuris stans. Iudiciū autē prius inquisitio vocabatur. Vnde et actores iudiciorum, & pr̄positos questores, vel questores vocamus. Negocium multa significat, modo actū rei alicuius cui contrariū est ocium, modo actionē causæ quod est iurgium litis, Et dictū negociū quasi necocium. i. sine ocio. Negociū aut in causis, negociatio in cōmertiis dicitur, vbi aliquid datur vt maiora lucrentur. Iurgium dictū quasi iuris garrū eoq; hi qui cām dicūt iure disceptēt. Lis a cōtentione limitis pri⁹ nomē sūpsit. de qua Virg. Limes erat positus litē vt discerneret agri. Causa aut argumēto aut pbatōe cōstat. Argumentū nūq̄ testib⁹, nūq̄ tabulis dat pbatōne, s3 sola inuestigatiōe iuenit veritatē, vnde & dictū argumētū. i. argutū inuentum Probatio aut testibus & fide tabularū cōstat. In oī aut iudicio sex psonę reqrūt, iudex, accusator, re⁹,

& tres testes. Iudex dictus, quasi ius dicens populo siue q̄ iure disceptet. Iure autem disceptare est iuste iudicare. Nō est aut iudex si nō ē in eo iusticia. Accusator vocatus quasi adcausator, quia ad cām vocat eū quē appellat. Re^a re qua peti^t nuncupatur, quia quis sceleris cōsci^o nō sit, reus tñ dī q̄ diu i iudicio p̄ re aliqua peti^t. Testes antiq^o supstitēs dicebāt, eo q̄ sup statū causę p̄ferebāt. Nūc pte ob lata noīs testes vocātur. Testis aut cōsiderat, cōditiōe, natura, & vita, Cōditiōe si liber, nō seruus. Nā sepe seruus metu dñantis testimoniū supprimit veritatis. Natura, si vir nō fœmina. Nā variū & mutabile semper fœmina. Vita si innocēs & integer actū. Nā si vita bona defuerit, fide carebit. Nō enī pōt iusticia cū scelerato hīe societate. Duo sūt aut ḡna testiū, aut dicēdo id qd̄ viderēt, aut p̄ferēdo id qd̄ audierēt. Duob^o aut moīs testes delinquent, cuz aut falsa promunt, aut vera silentio obtegunt.

¶ De spectaculis. Cap. xvi.

Spectacula vt opinor, ḡnaliter noīantur voluptates, quę nō per semetipsa inquinant, sed p̄ ea quę illic gerūt. Dicta aut specta- cula eo q̄ hoīb^o publica ibi p̄bea^t inspectio hęc & ludicra nūcupata, q̄ in ludis gerant, aut in scēnis. ludorū origo sic traditur. Lydii ex asia trāseuntes in hetruria cōsederūt, duce tyrreno, qui fratri suo successerat in regno. Cōtentione igitur in hetruria inter ceteros ritus superstitionū suarūz spectacula quoq; religionis noīe instituerunt. Inde romani accessitos artifices mutati sunt, et inde ludi a lydis vocati sunt, Varro autem dicit ludos a lusu vocatos. q̄ iuuenes per dies festos solebant ludi exultatiōe delectare populū. Vnde & eum lulum iuuenum & diebus festis & templis & religionibus deputabāt. Nihil iam de causā vocabulī, dum re. causa idola- tria sit. Vnde & promiscue ludi liberaliā vocabant ob honorem liberi patris. Ob hoc despiciēda ē originis macula, ne bonum æstimes quod initiū a malo accepit. Ludus autem, aut gymnibus est aut circensis, aut gladiatorius, aut scēnicus.

¶ De ludo gymnico. Cap. xvii.

Gymnicus ludus est velocitatis ac viriū gloria cuius locus gymnasiū dicitur, vbi exercēt athlete, & cursores velocitas cōproba^t. Hinc accidit vt oīz prope artiū exercitia gymnasia dicātur. Antea. n. in locis certantes cincti erāt ne nudentur post relaxato singulo repente prostratus & exanimatus est quidā cursor, quare ex cōsimili decreto tunc arconipomenes vt nudi deiceps omnes exercitarentur permisit. Ex illo gymnasiū dictum est, q̄ iuuenes nudi exercētur in campo vbi sola tātum pudenda operiuntur.

¶ De generibus gymniorum. Cap. xviii.

Onera gymniorum quinq; .i. saltus. cursus actus, virtus, atq; luctatio. Vñ ferunt quēdā regē tot filios adolecētes habentē, totidez generibus de regno iussisse contendere.

¶ De saltu, Cap. xix.

¶ Saltus dictus quasi exilire in altum. Est enī saltus altius exilire vel longius.

¶ De cursu. Cap. xx.

¶ Cursus a velocitate crurum vocatur. Est enī cursus celeritas pedum.

¶ De iactu. Cap. xxi.

Iactus dictus a iaciendo, vnde & piscatoriūz rete iaculū dicitur. Huic arti vsus est arrepto lapides procul ferire, astas pondere libra to iacere, sagittas arcu emittere.

¶ De virtute. Cap. xxii.

¶ Virtus est immensitas virium i labore & pondere corporis. ¶ De luctatione. Cap. xxiii.

Luctatio alterum complexu vocata, quibus cominus certantes innitent, qui gręca appellatione athlete vocantur. Locus itē luctationis palestra dicitur.

¶ De palestra. Cap. xxiiii.

Palestrā aut vel ἀποτονωπῶλης .i. a luctatione vel ἀπο τοῦ παλλειν .i. a motu ruine fortis nominatā dicunt. s. q̄ in luctando cum medios arripiant fere quatunt, idq; apud gręcos πῶλλειν vocatur. Quidā opinantur artem luctendi vsorūz contentione mōstratā. Nanq; inter ceteras feras eos solos & erigi congressos & subsidere celeriter ac reuerri, & modo manibus tentare inuicem, modo complexu abigere sese more luctantium dicunt.

¶ De agone. Cap. xv.

Quęlatini certamina, gręci agones vocāt, a frequētia qua celebrātur. Siquidē & omnē cētū atq; cōuentū agona dici. Alii q̄ in circulis & quasi ἀνευγωνίας .i. sine angulo locis eaderentur nuncupatos agones putant.

¶ De generibus agonum. Cap. xxvi.

Agonum genera fuisse, imensitas viriū, cursus celeritas, sagitadi peritia, standi patietia, ad citharam quoq; vel tibias incedendi genus, de motibus quoq; de forma, de cantandi modulatione, terrestris quoq; belli, & naualis prælij perpetiendorumq; suppliciorum certamina

¶ De ludis circensibus. Cap. xxvii.

Ludi circenses sacrorum causa deorum ac gentilium celebrationibus instituti sunt, vnde & qui eos spectant demonum cultibus inseruire vidētur. Nam res equestris antea simplex agebatur, & vtiq; communis vsus huius reatus non erat. Sed cum ad ludos coactus est naturalis vsus, ad dæmoniorum cultum translatus est. Itaq; castori et polluci deputantur hæc species quibus equos Mercurio distributos historiæ docent. Sed & neptunus equestris ludus est quem Gręci Ippon vocant, Sed et Marti et Ioui in ludis equi sunt consecrati. et ipsi quadrigis præfunt. circenses autem ludi ideo dicti vel a circumeundo, vel quod ibi nunc metæ sunt, olim gladij ponebantur,

quos quadrigę circuibāt, & ide dicti circēses ab en-
sibus circa quos currebāt siquid ē in littore circa ri-
pas fluminū cursus agitātes gladiosin ordine ripe-
littore ponebāt, & erat artisequū circa pericula tor-
quere. inde et circēses dicti putāt q̄si circū enses.

¶ De circo. cap. xxviii.

Circus solī principaliter cōsecratus est a pa-
ganis cui edes medio spacio & effigies de
fastigio ædis emicat, quod nōnulli putave-
runt sub tecto cōsecrandū, quē in aperto habent.
Est autē circus omne illud spaciū quod circuire e-
qui solent. Hūc romani dictū putant a circuitu e-
quorū. eo qđ ibi circū metas equi currāt. Græci ve-
ro a circe filia solis quę patri suo hoc genus certa-
minis instituit asserūt nuncupatū. Fuit autē maga
& venefica, & sacerdos demonū. in cui⁹ habitu & o-
pere magicę artis, & cultus idolatrię recognoscit.

¶ De ornamentis. cap. xxix.

Ornamenta circi, oua, meta, obelisc⁹, carcer
Oua honoris castoris et pollucis scribunt, q̄
illos ouo editos credendo de cygno et ioue
non erubescunt. Fingunt autē circensia romani ad
causas mundi referre, vt sub hac specie superstitio-
nes vanitatum suarum excusant.

¶ De metis. cap. xxx.

Metum quippe appellatione proprie ter-
minum ac finē mūdi designare volūt ab
eo quod aliquis emensur⁹ finis est, siue ad
testimonium orientis occidentisq; solis.

¶ De obelisco. cap. xxxi.

Obeliscū mēfferes rex egypti primus fecisse
fertur tali ex causa. cū quodā tēpore nilus
violētī inundatione egyptū nocuisset, indi-
gnatus rex tāq; pœnas a flumine exigeret sagittaz
inundas misit. Nō multo post grauius alitudine cor-
rept⁹, lumen amisit, qui post cęcitātē visu recepto
duos obeliscos solī cōsecrauit. Obeliscus enī sagit-
ta dī, qui ideo in medio circo ponit, quia per medi-
um mūdū sol currit. Medio autez spacio abvtraq;
meta cōstitut⁹ obeliscus, fastigiū sūmitatēq; coelisi
gnificat cū sol abvtraq; spacio medio horaz; discri-
mine transcendit. Sūmo obelisco suppositum est
quoddā auratū in modum flamme formatum, qm̄
sol plurimum caloris atq; ignis habet.

¶ De carceribus. capi. xxxii.

In circo vnde emittuntur equi carceres
dixerunt ab ea re qua et ille carcer qui
est in ciuitate, quod vt ibi homines dam-
nati atq; inclusi, ita hic equi coercen-
tur ne exeant anteq; signum emittant.

¶ De aurigis. Cap. xxxiii.

Ars circi auriga & currus, equites vel pedites, au-
riga proprie dictus q̄ currum agat & regat siueq;
feriat iunctos equos. Nam aurit ferit dicimus, vt la-
tus aurit apertum. Ipse est & agitator. i. verbera-
tor ab agendo dictus. Aurigę autem duobus colo-
ribus sunt quibus speciem idolatrię vestiunt. Nam

præstinus terre, venetus cælo & maria paganis de-
dicatus est.

¶ De quadrigis. Cap. xxxiiii.

Erichthonius autē qui regnavit athenis pri-
mus quatuor equos iunxisse fert. sicut Vir-
gi. auctor est dicēs. Prim⁹ erichthoni⁹ cur-
rus & quattuor ausus lūgere equos, rapidisq; rotis
insistere victor. Fuit enī mineruę & vulcani fili⁹ de
caduca in terram libidine vt fabulę ferūt procrea-
tus, portentum demoniacum, immo diabolus qui
primo iunoni currum dedicauit. Tali auctore qua-
drigę productę sunt.

¶ De curru. Cap. xxxv.

Dictus est autē currus a cursu, vel quia rotas
habere videtur, vnde & currum quasi cur-
sum. Quadrigarū vero currus duplici te-
mone olim erant perpetuoq; & qui omnibus equis
iniiceretur. Iugo primus ciristenes sicyonius tantū
medios iugauit eosq; singulos exvtraq; parte sim-
plicivinculo applicauit, quos græci siraforos, lati-
ni funarios vocant, a genere vinculi quo prius al-
ligabantur.

¶ De equis quibus currunt. Cap. xxxvi.

Quadrigę & bigę, trigę & seiugę a nu-
mero equorum & iugo dicte. Ex quibus
quadrigas solī, bigas lunę, trigas inferis,
seiugas ioui desultores lucifeto & hespe-
ro sacrauerunt. Quadrigas ideo solī iungunt, quia
per quattuor tempora annus vertitur ver & estatez
autūnum et hyemen. Bigas lunę, quoniam gemio
cursu cum sole contendit, siue quia & nocte videtur
& die. Iungunt enim vnum equum nigrum, alterū
candidum. Trigas diis inferis, quia hi per tres eta-
tes homines ad se rapiunt, id est per infantiam iu-
uentutem atq; senectutem. Seiuga maximus cur-
rus ioui, propter quod maximum deorum suorum
euz esse credunt. Ideo autem rotis quodridas cur-
rere dicunt, siue quia mundus iste circuli sui celeri-
tate trāscurrit, siue propter solez quia volubili am-
bitu rotat, sicut ait Ennius. Inde petefecit radijs
rota candida cælum.

¶ De septem spacijs. Cap. xxxvii.

Quadrigę spacia septē currunt referentes
hoc ad cursum septē stellarū, quib⁹ mūdū
regi dicūt, siue ad cursum septē dierū præ-
sentiū, quibus peractis vitę terminus cōsummat
quorum finis est arcus. i. iudicium.

¶ De equitibus. Capi. xxxviii.

Dorro equites singulares ideo currere di-
cūt quia singulariter vnusquisq; cursū vi-
tę hui⁹ peragit, atq; transit, alius alio tem-
pore sequens alium pervnam tamen viam morta-
litas vsq; ad propriam metam mortis.

¶ De desultoribus. Capi. xxxix.

Desultores noīati, q̄ olim prout quisq; ad fi-
nē cursus venerat, desiliebat & currebat si-
ue de equo in equum iterum transiliebat.

De pedibus.

Cap. xl.

Pedites autem aiunt. propterea pede currere, quia pedibus curritur mortalitati. ob hoc a superiore parte currunt ad inferiora. i. ab oriente ad occidentem, quia mortales oriuntur & occidunt. Nudi currunt, quia & homini in seculo nullę reliquię sunt. Recto spacio currunt, quia inter vitam & mortem nihil distat. Sed hæc igitur propterea fingunt, ut vanitates suas & sacrilegia excusare conentur.

De coloribus equorum.

Cap. xli.

A circa causas quoque elementorum iidem gentiles etiam colores equorum iunxerunt, roseos, enim soli. i. igni, albos aeri, prasinos terræ, venetos mari assimilantes. Item roseos aestati currere voluerunt, quia ignei coloris sint, & cuncta tunc flauescant. Albos hyemi quia sit glacialis & frigidibus vniuersa canescant. Veri prasinos viridi colore, quia tum pampinus densatur, Item roseos currere marti sacrauerunt, a quo romani exoriuntur, & quia vexilla romanorum cocco decorantur, siue quia mars gaudeat sanguine. Albos zephyris & serenis tempestatibus prasinos flori & terræ, venetos aquis vel aeri, quia ceruleo sunt colore, luteos id est croceos igni & soli, purpureos iri sacrificauerunt quem arcum dicimus quia is plurimos colores habeat. Sic quoque dum hac spectatione deorum cultibus atque elementis mundialibus prophanantur, eosdem deos atque eadem elementa proculdubio colere nascuntur. Unde animaduertere debes christiane quia circumnauina immunda possideant. Quapropter alienus erit tibi locus, quem plurimi sathanę spiritus occupauerunt, Totum enim illum diabolus et angeli eius repleuerunt.

De theatro.

Cap. xlii.

Theatrum est, quo scena includitur, semicirculi figuram habens, in quo stantes omnes inspiciunt. Cuius forma primum rotunda erat sicut & amphiteatri. Postea ex medio amphiteatro theatrum factum est. Theatrum autem a spectaculo nominatum *απο του θεασθαι* quia in eo populus stans desuper atque spectans ludos contemplantur. Idem vero theatrum idem & prostibulum, eo quia post ludos exactos meretrices ibi prosternerentur. Idem & lupanar vocatum ab eisdem meretricibus quæ propter vulgati corporis leuitatem lupę nuncupabantur. Nam lupę meretrices sunt vocatę a rapacitate, quia ad se miseros rapiant et apprehendant. Lupanaria autem a paganis constituta sunt, ut pudor infelicitium mulierum ibi publica retur, et ludibrio haberentur tam hi qui facerent quam quæ putarentur.

De scena.

Cap. xliii.

Scena autem erat locus infra theatrum in medio domus instructa cum pulpito. Qui pulpitus oricistra vocabatur vbi cantabant comici, tragici, atque saltabant histriones & mimi. Di-

cta autem scena græca appellatione eo quia in speciem domus erat instructa, unde & apud hebreos tabernaculorum dedicatio a similitudine domiciliorum scenophagia appellabatur.

De oricistra.

Cap. xliiii.

Oricistra autem pulpitus erat scene, vbi saltator agere posset, aut duo inter se disputare. Ibi enim poetę, comedi, & tragedi, ad certamen conscendebant, hisque canentibus alij gestus edebant. Officia scenica, tragedi, comedi, themelici, histriones, mimi, & saltatores.

De tragœdis.

Cap. xlv.

Tragedi sunt qui antiqua gesta atque facinora sceleratorum regum luctuoso carmine spectante populo concinebant.

De comœdis.

Cap. xlvi.

Comœdi sunt qui priuatorum hominum acta dictis aut gestis canebant, atque stupravirginum & amores meretricum in suis fabulis exprimebant.

De themelicis.

Cap. xlvii.

Themelici autem erant musici scenici qui in organis & lyris & cytharis præcinebant & dicti themelici quod olim in oricistra stantes cantabant super pulpitem, quod themele vocabatur.

De histrionibus.

Cap. xlviii.

Histriones sunt qui muliebri indumento gestus impudicarum foeminarum exprimebant. Hi autem saltando etiam historias & res gestas demonstrabant. Dicti autem histriones siue quia ab historia id genus sit adductum siue quod per flexas historiis fabulas exprimerent quasi histriones.

De mimis.

Cap. xlix.

Mimi sunt dicti græca appellatione quia rerum humanarum sint imitatores. Nam habebant suum auctorem, qui antequam minima gerent fabulam pronunciatet. Nam fabule ita componebantur a poetis ut aptissime essent motui copis.

De saltatoribus.

Cap. l.

Saltatores autem nominatos Varro dicit ab arcade salio, quem æneas in italiam secum adduxit, qui primo docuit romanos adolescentes nobiles saltare.

Quid pro patrono agatur.

Cap. li.

Est plane in artibus scenicis, liberi & veneris patrocinium quæ priuata & propria sunt scene, de gustu & fluxu corporis. Nam molliciem libero et veneri imolauerunt, illi per sexus, illi per luxum dissoluti. Quæ vero ibi vocibus & modis & organis & lyris transiguntur, apollines, & musas & minervas & mercurios patronos habent. Quod spectaculum odire debes christiane, quorum odisti auctores

De amphiteatro.

Cap. lii.

Amphiteatrum locus est spectaculi, vbi pugnant gladiatores. Et inde ludus gladi-

torius dictus quod in eo iuuenes vsu armorum diuerso motu condiscant, et modo inter se aut gladiis aut pugnis certantes, modo contra bestias incedentes, vbi non odio sed premio illecti, subeunt ferale certamen. Amphiteatrum dictum quod ex duobus theatris fit factum. Nam amphiteatrum rotundum est, theatrum vero ex medio amphiteatro est, semi circuli figuram habens.

¶ De ludo equestri. Cap. liii.

Onera gladiatorum plura. Quorum primum ludus equestrius. Duo enim equites precedentibus prius signis militaribus vnus a porta orientis alter ab occidentis precedebant in equis albis cum aureis galeis minoribus & habilioribus armis, sicque atroci perseverantia pro virtute sua iniebant pugnam dimicantes quousque alter in alteri morte profliret, ut haberet qui caderet casum, gloriaque qui perimeret. Quae armatura pugnabat marti duelli causa.

¶ De retirariis. Cap. liiii.

¶ Retirarius ab armaturae genere in gladiatorio ludo contra alterum pugnans occulte ferebat rete quod iaculum appellatur ut aduersum cuspidem insequente operiret, implicitumque viribus superaret. Quae armatura pugnabat neptuno tridentis causa. De secutoribus. Cap. lii.

Sequor est ab insequendo retirarius dictus Gestabat enim cuspidem & massam plumbeam quae aduersarii iaculum impediret ut antequam ille fetiret rete iste superaret. Haec armatura sacra erat vulcano. ignis enim aquam semper insequitur ideoque cum retirario componebatur, quia ignis et aqua semper inter se inimica sunt.

¶ De laqueatoribus. Cap. lii.

Laqueatorum pugna erat, fugientes in ludo homines iniectione laqueo impeditos comsecutosque prostrare. amictos vmbone pelliceo. De velitibus. Cap. liii.

Velitum pugna erat, ut vltro citroque tela obiectarent. Erat autem eorum varia pugna & spectantibus grauior quam reliqua. Velites autem vocati sunt siue a volitatione, siue a ciuitate hetruscorum quae veletes vocabatur.

¶ De ferale certamine. Cap. liiii.

¶ Ferarum pugna erat missas bestias iuuenes excipere & pugnare aduersus eas vltro funere certare, non crimine sed furore.

¶ De horum execratione ludorum. Cap. lix.

Haec quippe spectacula crudelitatis & insipientio vanitatum, non solum hominum viciis sed & demonum iussis instituta sunt. Proinde nihil esse habet christiano cum circensi insania cum impudicitia theatri cum amphiteatri crudelitate, cum atrocitate harum cum luxuria ludii. deus enim negat qui talia presumit, fidei christianae praeruaricator effectus, qui id denuo appetit quo in lauacro lampridem renunciauit. i. diabolo pompis &

operibus eius

¶ De alea. Cap. lx.

Alea idest ludus tabulae inuenta a graecis in ocio troiani belli a quodam milite nomine alea, a quo et ars nomen accepit. Tabula luditur pigo, calculis tessellisque.

¶ De pigris. Cap. lxi.

Pirgus dictus, quod per eum tessere pergant siue quod turris speciem habeat. Nam graeci turrim pigrum vocant.

¶ De calculis. Cap. lxii.

Calculi vocati quod leues sint & rotundi, vnde & calculus dicitur lapis breuis qui sine molestia sui breuitate calcetur. item calculi quod per vias ordinales eant quasi per calles.

¶ De tessellis. Cap. lxiii.

¶ Tessere vocata quia quadratae sunt ex partibus omnibus. Has alij lepusculos vocant, eo quod exiliendo discunt. Olim autem tessere iacula appellabantur a iaciendo.

¶ De figuris aleae Cap. lxiiii.

Vidam autem aleatores sibi videntur physiologice per allegoriam hanc arte exercere & sub quadam rerum similitudine fingere. Nam tribus tessellis ludere perhibent, propterea tria seculi tempora praeterita, praesentia, & futura, quia non stant, sed decurrunt. Sed & ipsas vias senariis locis distinctas propter aetates hominum, ternariis lineis propter tempora argumentantur, inde et tabulam ternis descriptam dicunt lineis.

¶ De vocabulis tessararum. Cap. lxv.

Actus quisque apud veteres lufores a numero vocabatur ut vnio, binio, trinio, quatrio, quinio, senio. Postea appellatio singulorum mutata est, & vnionem canem trionem suppum, quatrionem planum vocabant.

¶ De iactibus tessararum. Cap. lxvi.

Actus tessararum ita a peritis aleatoribus componitur ut afferat quod voluerit, ut puta senio qui eis in iactu bonum affert. vident autem canem quia damnosus est, vnum enim significat.

¶ De calculorum motu. Cap. lxvii.

Calculi partim ordine mouentur, partim vage ideo alios ordinarios, alios vagos appellant. At vero qui moueri omnino non possunt, incitos dicunt. Vnde & egentes homines inciti vocantur, quibus spes vltra procedendi nulla restat. ¶ De interdictione aleae, Cap. lxviii.

¶ Ab hac arte fraus & mendacium et periurium nunquam abest, postremo & odium, damna rerum, vnde & aliquando propter haec scelera interdicta legibus fuit

¶ De pila. Cap. lxix.

Pila proprie dicitur quod sit pilis plena. Haec & spera a ferendo vel feriendo dicta. De qua quarum genere et pondere dorcatius sic tra

tradidit. Ne tu parce pilos viuaces condere ceruæ. Vnica donec erit gemina superaddita libræ. Inter species pilarum sunt, trigonaria, & arenata. Trigonaria est qua inter tres luditur. Arenata qua in grege dum ex circulo astantium spectantiumq; emissa, vltra iustum spacium pilam excipere lusumq; inire consueuerunt. Cubitalem lusum appellat, cum duo cominus ex proximo ac pene coniunctis cubitis pilam feriunt. Suram dicitur dare, qui pilam crure prolato feriendam collusoribus prebet.

Incipit liber nonusdecimus.

De nauibus.

Capi. i.



Artium quarundam vocabula quibus aliquid fabricatur, vel instrumenta artificium vel que misterium exhibent, atq; aliquid huiusmodi, deinceps experiente notanda studii artifex generale nomen vocatur, q; artem faciat, sicut aurifex qui aurum. Faxo enim antiqui pro facio dicebant. Nauclerus dominus nauis est appellatus ita q; nauis i forte eius sit. Cleros enim grece fors dicitur. Ceteri autem in nauis contributione sunt. Gubernio qui & gubernator quasi cohibernator, q; cohibeat prudentia sua hiberna. i. tempestates maris. Nauta a naue dictus per deriuationem. Nauita autem pro nauta poetice dicitur, sicut mauors pro mars. Nax rectum est nauta Remex vocatus q; remum gerit, sic autem remex quomodo tubex dicitur. nomina tui casu. Epipaca greco sermone appellatur qui latine dicitur superueniens. Hic nihil habet negotii. sed nauulo dato in alias terras transire disponit. Nauem quidem perhibent dictam, ex eo q; gnarum rectorem querat. i. peritum sapientem strenuum, q; continere et gubernare nouit, propter maritima pericula & casus, vnde est illud salomonis. Intelligens gubernacula possidebit. Lydii autem primam nauem fabricauerunt, pelagi incerta petentes, puium mare vsibus humanis fecerunt. Rates primus & antiquissimum genus nauigii est erudibusignis afferibusq; confertum, ad cuius similitudinem fabricate naues ratarie dicte nunciam rates abusive naues. Nam proprie rates sunt conexe inuicem trabes. Trieris nauis magna quam greci durconavo cant. de qua esaia dicitur. Non transibit per eam trieris magna. Carpasia nauis a carpado insula nominata sicut rhodo a rhodia, sicut ab alexandria alexandrina. Liburne naues dicte a libiis, naues ei sunt negociatorum. de quibus Horatius. Ibis liburnis inter alta nauium, Rostrate naues dicte ab eo q; in fronte rostra greca habebant propter scopulos ne feriantur & collidantur. Longe naues sunt que dromones vocamus, dicte eo q; longiores sint ceteris. cuius contrarius mulculus curtum nauigium. dromo autem a decurrando dicitur. Cursum enim greci dromum vocant, Classis dicta a greco vocabulo Απο του καλον. i. lignis. vnde & calanes nauicule que ligna militibus portant. Auquiromanus di-

ctus pro eo q; celeritate sui anchoris & instrumentis reliquis nauium vehendis sit aptus. Phaselus est nauigium, quod nos corrupte baselus dicimus, de quo vigi. Pictisq; phaselis. Scapha que & cata scop nauium, quod latine speculatorium dicitur Barca est que cuncta nouius comertia ad littus portat. Hac nauis in pelago propter nimias vndas suo suscipit gremio, vbi autem appropinquauerit portui, redit vicem barca nauis quam accepit in pelago. Paro nauigium piratarum aptum, et ex his ita vocatum. Cicero. Tunc se fluctigero tradit mandatq; paroni. Et alibi. Parumculis ad littus ludit celeribus. Myoparo quasi minus paro idem & carabus. Est enim parua scapha ex vimine facta que contexta crudo corio genus nauigii prebet, qualibus vtuntur germanorum piratae in oceani littoribus vel paludibus ob agilitatem. De qualibus historia gens inquit saxonum myoparonibus non viribus nituntur fugere potius quam bello parati. Celeones quas greci celecras vocant. i. veloces biremes vel triremes a giles & ad misterium classis apte. Ennius. Labitur vncte carina per equora cana celonis. Biremes autem naues sunt habentes remorum ordine geminum. Triremes et quatriremes trium et quattuor ordinum, sic et pentiremes, et hexeremes quinose vel fenos ordines habentes. Actuarie naues sunt que velis simul & remis aguntur. Hippoganus in quos transfere solitum est. Potonium nauigium fluminale. tardum et graue, quod non nisi remigio progredi potest. Hinc et traiectus. i. extentus. Est enim funis latus vnde et transfenna dicitur extentus funis. Lembus nauicula breuis que alia appellatione dicitur et cymba & caupillus, sicut & liutris. i. carabus, qua in pado paludibusq; vtuntur. Carabus parua scapha ex vimine facta que contexta crudo corio genus nauigii prebet. Portemia nauicula nauicula syriaci generis lata & sine carina, a portendocata. Vtuntur his in pannonia. Trabarie amnice naues que ex singulis trabibus cauantur, que alio nomine littorarie dicuntur. He et caudice ex vno ligno cauate facte, & inde caudice, quia a quatuor vsq; ad decem homines capiunt.

De partibus nauium et armamentis. Capi. ii.



Proppis posterior pars nauis est quasi pro Prora anterior, quasi priora. Cumba locus imus nauis, q; aquis incumbat. Caspina a currendo dicta quasi currina. Fori nauium latera concaua a ferendo onera dicta, siue tabulata nauium que sternuntur, dicta ab eo q; incessus ferant, vel foris emineant. de quibus Virg. Laxantq; foros. columbaria in summis lateribus nauium loca concaua per que eminent remi dicta credo q; sit similia latibulis columbarum in quibus nidificant. Ageaui sunt vel loca in nani per q; ad remiges hortator accedit. de qua Ennius. Multa foro ponet & agea longea longa repletur. Transtra sunt tabule vbi sedent remiges di-

Etia q̄ in tranſuerſo ſit, quæ Virgilius iuga appel-
lat. Remia a remouendis & decutiendis fluctibus
dicti, ſicut tonſores a tondendis & decutiendis ca-
pillis. Palmula eſt extrema latitudo remia palma
dicta qua mare impellitur. Antemne autem dictæ
quando ante annem ſint poſitæ, Præterfluit enim
eas annis. Cornua extreme partes antemnarū ſūt
dicta per tropum ab animali in animale. Malus
eſt arbor nauis qua vela ſuſtinentur. Malus autem
dictus, quia habet inſtar mali in ſummitate vel q̄
quaſi quibusdam malleolis ligneis cingitur quorū
volubilitate vela facilius eleuantur. Modiuſeſt cui
arbor nauis inſiſtit ob ſimilitudineꝝ menſuralis va-
ſis dictus. Carceria ſunt in cacumine arboris. Tro-
cleꝝ, quaſi flitteta, per quę funeſtrahuntur. Cinna
Lucida confulgent alii carceria mali, Trocleꝝ au-
tem vocatæ q̄ rotulas babeant, trocos enim græ-
ce rota dicitur. Paraſtatæ ſtipites, ſunt pares quibꝰ
arbor nauis ſuſtinetur. Cato. Malum deligatū pa-
raſtatę iunctę. Clauus eſt quo regitur gubernacu-
lum. De quo Ennius, vt clauum rectum teneaz na-
uimq; gubernem. Porticulus malleus in manu por-
tatus quo modus ſignumq; datur remigantibus.
De quo plautus. Ad loquendum atq; tacendū tu te
habes porticulum, a portando igitur porticulus.
Tonſilla vncinus ferreus vel ligneus ad quem in lit-
tore defixum funes nauium illigantur. De quo En-
nius tonſillas rapiunt configunt littus ad vncas.
Anchora dens ferreus ex græca æthymologia no-
men ducit. q̄ quaſi hominis manus comprehendat
vel ſcopulos vel harenas. Nam manus græce cir-
ca dicitur. Apud græcos autem aspirationem non
habet. Nam ancira, vnde & apud maiores ſine as-
piratione proferebatur, Puluini ſunt machineꝝ qui-
bus naues deducuntur et ſeducuntur in portum.
Pons ſcala nauium.

¶ De velis.

Cap. iiii.

Vela græci armena dicunt, proinde q̄ aere
mouentur. Apud latinos autem vela a vo-
latu dicta. Vnde eſt illud. Velorum pandi-
mus alas. Genera velorum acateon, pidromos, da-
lum, artemon, ſiparum, mendicum. Ex quibus aca-
teon velum maximum & in media naui conſtitutū.
Epidromos velum ſecundæ amplitudinis, ſed ad
puppim. Dalum enim minimum velum, & ad pro-
ram defixum. Artemon dirigendę potius nauis cā
commendatum q̄ celeritatis. Siparum genus veli
vnum pedem habens quo iuuari nauigia ſolent in
nauigatione quotiens vis venti langueſcit. De quo
Lucanus. Summaq; tendens ſipara velorum peri-
turas colligit auras, quod ex ſeparatione exiſtimāt
nominatum, Pes, extremus angulus veli quoniam
ſic nauitæ loquuntur.

¶ De funibus.

Cap. iiii.

¶ Funes dicti q̄ antea in vſum luminis fuerint cir-
cundati cera vnde et funalia. Reſtes ſiue q̄ rates
contineant, ſeu q̄ in his retia tendantur. Rudetes

ſunt funes nauium ex nimio ſtudio ita dicti. Spi-
ræ autem funes ſunt quibus in tempeſtatibus vtun-
tur, quas nautici ſuo more curcubas vocant. Spi-
ræ autem a ſparto vocatæ. Propes funis quo pes veli
alligatur, quaſi prope pedes. De quo turpiliꝰ. Qua-
ſi cum ventus fert nauem in mare ſecundus, ſi q̄s p̄
pedō miſit ſi veli ſiniſtrum. Tormentuz funis in na-
uibꝰ longus quo proſa ad puppim extēditur quo
magis conſtringantur Tormenta autem a tortura
dicta ſunt reſtes funeſq;. Saphon funis in proſa po-
ſitus. De quo cecilius. Venerio curſu veni plato pe-
de vſq; ad ſaphonem. Opiffera funis quo cornibus
antemne dextra ſiniſtraq; tenduntur retroverſo p̄
neſtum funis quo nauis in littore religatur ad palū
Mitra funis funis qua nauis media vincitur. Anqui-
na funis nauis eſt quo ad malum antemna conſtrin-
gitur. de qua cinna. Atq; anquina regit ſtabilē for-
tiſſima curſum. Remulcum funis quo deligata na-
uis trahitur vice remi. De quo Valgiꝰ. Hic mea me
longo ſuccedens proſa remulco. Letantem gratis
ſiſtit in hoſpitijs. Struppivincula loro vel lino facta
quibus remi ad ſcalmos alligantur. De quibus Li-
bius. Tumq; remos iuſſit religare ſtruppis. Catapo-
rates liea cum maſſa plumbea qua maris altitudo
tentatur. Lucilius. Hanc cataporatem puer eodeꝝ
deſert, vinctum plumbi pauxillum rudis liniq; ma-
taxam.

¶ De retibus.

cap. v.

Retia ſunt ſiue a retinendis piſcibꝰ
ſiue a reſtibus quibus tenduntur. Minus
autem rete ſi plagium dicitur a plagis. nā
proprie plagas dici funes illos quibus retia tendū-
tur circa imam & ſummam partem. Funda genus
eſt piſcatorij retis dicta ab eo q̄ in fundum mittat.
Eadem etiam a iactando iaculum dicitur. Plautus
Probus quidem antea iaculator eras. Tragum ge-
nus retis ab eo q̄ trahatur nūcupatū ipm eſt & ver-
riculū. Verrere enim trahere eſt. Naſſa ex vimini-
bꝰ tanq̄ rete contextum. caſſis genus venatorij re-
tis q̄ capiat. Hinc eſt q̄ incaſſum dicimꝰ. i. ſine cā.
quaſi ſine caſſibꝰ ſine quibꝰ venatio inanis eſt. co-
nopeū rete in ſimilitudinem tentorii contextum, p̄
pter muſcas & culices excludendos, quo magis a-
lexādrini vtuntur, quia ibi ex nilo culices copioſi na-
ſcuntur, vnde & conope dicit. nā conopea egyptꝰ eſt
¶ De fabricis ſiue fornacibus. cap. vi.

Faciendo ferrum Faber impositū nomē
habet. Hinc deriuatū eſt nomen ad alias
artiū materias, fabros vel fabricas dicere
ſed cū adiectione, vt faber lignariꝰ, & reliqua pro-
pter operis. ſ. firmitatem. In fabricoruz aut fornace
gentiles vulcanū auctorem dicunt, figuraliſter p̄ vul-
canū ignem ſignificantes ſine quo nullum metalli
genꝰ ſū di extendi q; poteſt. Nichil eſt enim pene qd̄
igne non efficiatur. Alibi enim vitrum, alibi argen-
tū, alibi plumbū, alibi miniū, alibi pigmenta, alibi
medicamenta efficit. Igne lapides in æra ſoluuntur

igne ferrum gignitur ac domatur, igne aurum perficitur, igne cremato lapide cementa & parietes ligantur. Lapidem nigros ignis coquendo candificat ligna candida vredo obfuscat, carbones ex pruna fulgida nigros facit, de lignis duris fragiles, de putribilibus imputribiles reddit, sticta soluit, soluta restringit, dura mollit, mollia dura reddit. Habet & medicaminis usum. Nam sepe viri prodest. Pestilentie quoque quae obscuracione solis contrahitur auxiliari certum est. In opere quoque aliud gignit primis ignibus, aliud secundis, aliud tertijs. Habet quoque et aliam in se diuersitatem ignis. Nam alius est qui sui humano, alius qui iudicio patet diuino, siue qui de celo fulmen astringit, siue qui de terra per vertices montium eructuat, ignis autem dictus quod nihil gigni potest ex eo. Est enim inuolabile elementum assumens cuncta quae rapit. Fabrica duabus rebus constat, ventis & flammis. Flamma vero proprie fornacis est dicta quod flatu folium excitetur. Fornax vero ab igne vocata. Fos enim ignis est, Camin⁹ est fornax, & est graecum nomen deriuatum a caumate. i. a calore. Fauilla est deserta igne scintilla. Pruna est quod diu ardet, cum autem extincta fuerit carbō nominatur. Pruna autem a perurendo dicta est carbō vero quod flamma caret. Qui dum interisse dicitur maioris sit virtutis. Nam iterum incens⁹ fortiore luce calescit. Cuius tanta est etiam & sine igne firmitas ut nullo humore corrumpatur, nulla vetustate vincatur, extinctus enim tantum incorruptibiliter durat ut hi qui limites figunt eos in fossos terra substernant, & lapides desuper figant ad conuincendum litigatorem, ut fixum lapidem post quantalibet secula limitem esse agnoscant.

¶ De instrumentis fabrorum.

Cap. vii.

Incus est in quo ferrum tunditur, a cecidendo dictus eo quod illic aliquid cudamus. i. feriendo producamus. Cudere enim cedere & ferire est. Veteres autem non incudem vocabant, sed intudezeo quod in ea metallum tundeatur. i. tendatur, vnde & tunda malleus a tundendo. i. tendendo dictus Malle⁹ vocatur, quia dum quid calet & malle est cedit & producit. Marcus malleus maior, & dictus marcus quod maior sit ad cedendum & fortior, Marcellus mediocris. Marcellus malleus pusillus. Lucilius. Et velut in fabricam feruens cum marcellus ferrum multorum magnis ictibus tundit. Forcipes quasi ferricipes eo quod ferrum candens capiant, teneantque siue quod ab his aliquid foruum capimus & tenemus, quasi fornicapes. Nam foruum est calidum, vnde & feruidum, vnde et formosos dicimus quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat. Lima dicta eo quod lene faciat. Nam limum lene est. cilium est vnde operantur argentarii, a quo et celata vasa dicuntur.

¶ De fabricis parietum.

cap. viii.

¶ In fabricis parietum atque tectorum graeci inuen-

torem dedalum asserunt. iste enim primus didicisse fabricam a minerua dicitur. Fabros autem siue artifices graeci tectores vocant. i. instructores Architecti autem cementarii sunt qui disponunt in fundamentis. Vnde & apostolus de semetipso quasi sapiens inquit architectus fundamentum posui. Matrones dicti a machinis in quibus insunt propter altitudinem parietum.

¶ De dispositione.

cap. ix.

Edificiorum partes sunt tres, dispositio, constructio, venustas, dispositio est aree vel solij et fundamentorum descriptio.

¶ De constructione.

cap. x.

Constructio est laterum & altitudinis edificatio, constructio autem vel instructio vocata eo quod instrigat & coherere faciat, ut lapides luto, & ligna & lapides inuicem sibi. Nam & inunctio ferri in aqua instructa est. Nisi enim candes intingatur, stringi & coherere non potest, ferrum. item constructio a multitudine lapidum et lignorum dicta. vnde et strues. Aliud est enim edificatio, aliud instauratio. Nam edificatio noua constructio est. i. instauratio vero quod reparatur ad instar prioris. nam instar veteres pro similitudine ponebant. inde & instaurare dicebant. constructio autem constat fundamento lapidibus calce & lignis. Fundamentum dictum. quod fundus sit edificii. idem & cementum a cedendo dictum quod crasso lapide surgat. Lapides in structuris apti, albus, tiburtinus, columbinus fluuialis, funga, rubrus, & reliqui. Albus lapis, alius durus, alius mollis. Mollis dentata serra secatur. tractabilis in opere est, ita ut in eo quasi in ligno littere scribantur. Tiburtinus a loco italiae dictus, quod dum sit ad fabricam fortis, vapore tamen dissilit. Tophus edificijs inutilis est, fundamentis aptus mortalitate et mollitia. Ex estu enim & halitu maris fricatur & verberatur imbribus. Arenatus lapis concretus maris hatenis, hic et bibulus dicitur. Seruat enim humorem acceptum, idem et in bethyca Gaditanus ab insula oceani vbi plurimus exciditur. Piperinus subalbidus cum punctis nigris durus atque fortissimus. conclatus cocleis lapillisque et harena concretus asperrimus & interdum fistulosus. columbinus a colore auium nuncupatus, natura vicinus gypso, & mollitiae simillimus. Molaris in parietibus utilis, quia est quaedam natura eius pinguior duraque & aspera, ex quo etiam et mola fiunt, vnde & nomen traxit, huius quatuor genera, albus, niger, permixtus ac fistulosus. Sfungia lapis creatae ex aqua leuis ac fistulosus & cameris aptus. Si lex lapis durus ex cuius genere nigri filices optimi quibusdam in locis & rubentes. Albi filices contra vetustatem, incorrupti permanent. Idem et in monumentis sculpti, & incorrupti permanent, quibus nec ignis quidem nocet. Nam ex his etiam formae fiunt in quibus graecia funduntur. Viridis silex vehementer & ipse igni resistens, sed nusquam copiosus,

& ubi inuenitur lapis non saxum est. Pallidus in cemento raro utilis. Gilbus contra iniurias fortis & i structuris infidus, nisi fuerit multa suffrenatio de uinctus. Fluuiatilis filex semper veluti madens est. Hic estate exhiberi oportet, nec ante biennium in ferere in structuris domorum. Fictiliū operum ad parietes et fundamenta, coctis laterculis ad tecta imbriculis tegulisq; aptantur. Tegule vocatę q; te gant ædes & imbrices q; accipiant imbres. Tegule autem primę positionis nomen, cuius diminuti uum tigillum. Laterculi uero vocati, q; lati formentur circumactis vndiq; quattuor tabulis. Lateres autem crudi sunt, qui & ipsi inde nominati q; lati ligneis formis efficiuntur, quos crates dicuntur, in quibus lutum pro iisdem lateribus crudis portare solent. Sunt enim connexiones cannarū dicti α τ ο υ κ ρ α τ ε i v. i. q; seinuicem teneant. Lutum autē vocatū quidam per antiphrasin putant, q; non sit mundum. Nam omne lotuz mundum est. Calx uia dicta quia dum sit tactu frigida, intus occultum cōtinet ignem vnde perfusa aqua statim latens ignis erumpit. Natura eius mirum aliquid facit. Postq; ei arserit, aqua incenditur quibus solet ignis extigui oleo extinguitur quo solet ignis accendi. Vtus ei⁹ i structuris fabricę necessarius. Nam lapis lapidi nō potest adhere fortius nisi calce coniunctus. Gypsū cognatum calci est et est gręcū nomē. Plura ei⁹ genera. Omnium autem optimum lapis est specularis. Est enim insignis edificiorum & coronis gratissimus. Arena ab ariditate dicta, non ab adhærendo in fabricis vt quidam volunt. Huius probatio, si manu impressa stridet, aut si in vestem candidā spsa nihil fordīs reliquat. Columnę pro longitudine & rotunditate vocatę, in quibus totius fabricę pondus erigitur. Antiqua ratio erat columnarum altitudinis tertia pars latitudinum. Genera rotundarum quattuor, dorice, ionice, tuscanice, corintheę, mensura grossitudinis & altitudinis inter se distantes. Quintum genus est earum quę vocantur atticę quaternis angulis, aut amplius parib⁹ laterū in teruallis. Bases futurę sunt columnarum quę a fundamento consurgunt, & superpositę fabricę sustinent pondus. Bases autem nomen petre est fortissime syro sermone. Capitella dicta q; sint columnarum capita quasi super collum caput. Epistilia sunt quę super capitella columnaruz ponuntur, & est gręcū, idem supermissa. Pauimenta originez operis a gręcis habent. Vocata autem pauimenta eo q; pauiantur. i. edantur, vnde et pavor quia cedit cor. Ostracus est pauimentum testaceū eoq; fractis testis calce admixto feriat. Testa enim gręci ostrā dicūt. Rudos artifices appellant lapidescōtufos et calce admixtos quos in pauimentis faciendis superfundunt, vnde et rudera dicuntur. Canalis ab eo q; caua sit in modum canne. Sane canalē melius genere fœminino q; masculino proferimus. Fistule aquarum sunt dicte, q; aquas fundāt et mit

tant. Nam gręcę stola mittere est. Formę earuz p magnitudine aque et capacitae fiunt, per quas aque per modulos certos diuiduntur. E quibus ē vnica et quinarīa, digitus quadratus, digitus rotundus et ceteri modi cuiq; caule.

¶ De venustate.

Cap. xi.

Vcusq; partes constructionis, sequitur de venustate edificiorum Venustas est quicquid ornamenti et decoris causa edificiis additur, vt tectorum auro distincta laquearia et preciosi marmoris crustę, et colorum pictura

¶ De laqueariis.

Cap. xii.

Laquearia sunt quę cameram subtegūt et ornant quę lacunaria dicuntur, quod lacus quosdam quadratos vel rotundos ligno vel gypso vel coloribus habeat pictos cum signis intermicantibus. Principaliter autem lacus dicitur, vt lacilius, Resultent edesq; lacusq; cuius diminutio lacunar facit, vt Horatius. Neq; aureum mea renidet in domo lacunar. Inde fit alia diminutio lacunarium, et per antisticon laqueariū facit.

¶ De crustis.

cap. xiii.

Crustę autem sunt tabule marmoris. vnde et marmorati parietes et crustati dicuntur. Qui autem marmora secandi in crustas excogitauerunt non constat. Fiunt autē arena et ferro terraq; in pretenui linea premente arenas tractuq; ipso secante, sed crassior arena plus erodit marmoris. Nam tenuis fabricis et polituris accomodata est.

¶ De lithostratis.

cap. xiiii.

Lithostrata sunt elaborata arte picture p uulis crustis actessellis tinctis in varios colores. Tessalli autem a tessellis nominati. i. quadratis lapillis per diminutionem

¶ De plastis.

cap. xv.

Plasticen est parietum ex gypso effigies si gnaq; exprimere, pingiq; coloribus. Plasticen autem dictum gręcę quod latine ē fingere terra vel gypso similitudines. Nam impressa argilla formam aliquam facere plastis est Vnde et prothoplastus est dictus homo, qui ex limo primus est conditus.

¶ De pictura.

cap. xvi.

Pictura autem est imago exprimens speciem alicuius rei. Quę dum visa fuerit ad recordationem mentem reducit. Pictura autem dicta quasi fictura. Est enim imago ficta non veritas. Hinc et fucata i. ficto quodam colore illita, nihil fidei et veritatis habentia. Vnde et sunt quędam picture quę cor pora veritatis studio coloris excedunt et fidem dū au gere contendunt, ad mendacium prouehunt, sicut qui chimeram triplicem pingunt, vel scillam hominem sursum, caninis autem capitibus cinctam deorsum. Picturam autem egyptii excogitauerūt primuz, ymbra hominis lineis circūducta. Itaq; initio

talis, secunda singulis coloribus, postea diuersis, sic paulatim sese ars ipsa distinxit & inuenit lumē atq; umbras differentiasq; colorum. vnde nunc pictores prius umbras quasdam & lineas futurę imaginis ducunt, deinde coloribus complent tenētes ordinem inuentę artis.

¶ De coloribus

Cap. xvii.

Colores autem dicti sunt q̄ calore ignis vel sole perficiuntur, siue q̄ initio colebantur, vt summe sublimitatis existerent. Colores aut̄ aut nascuntur aut fiunt. Nascentur vt sinopis rubrica paritōnium, melinum, fretia auripigmentum. Ceteri finguntur aut arte aut permixtione. sinopis primum inuenta in ponto est. Inde nomen a sinope vrbe accepit. Species eius tres, rubra, & minus rubens, & inter has media, Rubrica vocata q̄ fit rubra & sanguineo proxima. Hęc plurimis locis gignitur, sed optima ponto. vnde & pōtica dē. Syricum rubri coloris pigmentum ex quo & librorum capita scribuntur, Ipsum est & phoeniceū, appellatū ita eo q̄ in syria colligatur in littorib⁹ rubri maris vbi phoenices inhabitant. Aliud est sericū, aliud syricum. Nam sericum per e lana est quā seres mittunt, syricū vero per y pigmentū quod syri phoenices in rubri maris littoribus colligunt. Est aut̄ & inter facticios. Naz sepe fit aut sinopide aut sandice mixtus. Miniū primi gręci in ephesiorū solo inuenisse tradunt. Cuius pigmenti hispania ceteris regionibus plus abundat, vñ etiam nomē proprio flumini dedit. Huius distillatio argentū liquidum gignit. Miniū aut̄ hoc quidam dicūt esse cinnabari. Ciunabarin a dracone et barro. i. elephanto cognominatū, aut enī draronū esse sanguinēdū implicāt elephantes. Ruunt enī beluę & dracones obruunt quorū fuluus cruor terram inficit, fitq; pigmentuz quicquid solo tinxerit. Est aut̄ puluis coloris rubri Prasin. i. creta viridis et si in aliquibus terris promiscue generetur, optima tñ in libya cirenensi. Chryfocolla colore prasina est dicta q̄ vena eius habere aurū traditur. Hęc & in armenia nascitur, s; ex macedonia probabilis venit. Foditur enī ex metallis gr̄is. Cuius inuentio argentū atq; indicum prodit. Nam vene eius cum his habent nature societatem. Cypria ab insula cypro vbi plurima reperitur Sandaraca in insula rubri maris topazon nascitur colore cinnabari, odore sulphureb, Inuenitur aut̄ i aureis & argentariis metallis, melior quo magis rufa, quoq; magis vir⁹ redolet, q̄q̄ & cerusa si torreat in fornace sandaracū facit. vnde et colore est flammens. Quod si torreatur, equa pte rubrica admixta sandicen reddit. Arsenicū quod ob colorez auri auripigmentū vocant, colligitur in ponto ex auraria materia, vbi etiam sandaraca. Optimum ē qđ i aureū colorē transit purum & fissile, gracilivenaz discursu. Qđ vero pallidus aut sandarace simile ē deterius iudicatur. Est & tertium genus squamosū quo miscetur aureus color. Vis eorum vt sandara-

